UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Homili-||arvm Sive Sermo-||num doctissimi uiri Ioh. Eckij ad-||uersum quoscunq[ue] nostri || temporis hæreticos,|| super Euangelia || de tempore || ... Tomvs ...

... ab Aduentu usq[ue] ad Pascha ...

Eck, Johannes

1534

VD16 E 292

urn:nbn:de:hbz:466:1-35308

Visual Library



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



HOMILIARVM SIVE SERMONUM doctissimi uiri Ioh. Eckij aduersum quoscunq; nostri temporis hæreticos, super Euangelia de tempore ab Aduentu usq; ad Pascha, TOMVS .I.

Bona merx non eget præcone, & tamen catholicis uereq; Christianis, ut nũc sunt tempora, neq; [illegible]us, neq; opportunius quicquam offerri potest.

Th 3800

ANNO M. D. XXXIIII.
Mense Martio.

Sum ex libris Antonij Gulchers
Nunc ex donatione Chris Morsi
patris Wennemari professi
Hugariensis ord. S. Tirana
Aronspergae 28. 7bris 1655

S. D. N. CLEMENTI VII. PONTIFICI, OPT. MAX. CHRISTI Iesu in terris summo uicario, post oscula pedũ beatorũ, dei gratiã ac felicitatem.

QVA ratione, beatissime pater, superioribus annis adgressus sim homilias edere in lingua Germanica, aduersus pestilentes Lutheri, Zuinglij ac Parabaptistarũ hæreses, epistola Illustrissimo Lotharingię duci scripta, affatim explicat. quod etsi exẽplaria linguæ nostræ iam aliq̃ties fuerint typis excusa, catholicis nimirũ auide illa conquęrentibus, tamen patronorũ non modo hortatu, sed iussu quoq;, curaui ut in Latinũ uerterẽtur. sic eñ ecclesiæ (Augustino ita explicante) hodie uarijs loquitur linguis. Sudoribus nostris ut Mecœnatẽ pararẽ, q̃ felicibus prodirent auspicijs, S. T. ex oñibus potissimũ delegi, cui hæc nostra dedicarent. Nã cum hic in primis Christi Iesu gloriæ, animarũ saluti ac sanctæ Ecclesię dei fit sudatũ, nõ nisi supremo dei Christiq̃ uicario nuncupãdum fuit opus, in nauicula Petri hoc periculosissimo tẽpore regẽda ac defendẽda laboriosissime desudãti. quod pro cãdore animi sui S. T. clementi clementia beneuolentissime suscipiet, cum dñs Iesus, cuius officio inter hoĩes amplissime fungeris, uiduam duo ęra minuta offerentẽ tãto extulerit p̃conio. Valeat S. T. deo seruatore incolumitatis tuæ felicissime, Ingolstadij Bauariq̃, XI. Iunij. Anno gratiæ XXXIII. supra sesquimillesimum.

S. T.

à pedibus

seruitor,

Ioh. Eckius.

INDEX HOMILIA-

rum Tomi primi, secundum Dominicas & Festa.

Dñica 1. Aduent⁹. Euāgel. Cū appropinquasset. Mat. 21. Homilię tres Fol. 1.
Dñica 2. Aduētus. Euāgel. Erunt signa in sole. Luc. 21. Homilię quinq 20.
Tres ex eis de extrēo iudicio
Dñica 3. Aduētus. Euāgel. Cū Johānes audisset. Mat. 11 Homilię duę 50
Dñica 4. Aduen. Euangel. Miserūt Judęi. Johannis. 1. Homilię tres 65
Dñica sub oct. natalis dñi. Euangel. Erat Joseph & mater ei⁹. Luc. 2. Homilię 3 86
Dñica infra oct. Epiphani. Euang. Cū fact⁹ esset annorū duode. Luc. 2. Homilię 3 108
Dñica 2. post Epiph. Euan. Nuptię factę sunt. Johann. 2. Homilię septem 131
Tertia est de planetarijs.
Dñica 3. post Epiph. Euāg. Cum descēdisset. Matthęi. 8. Homilię quinq 188
Quinta ē de bello & militibus
Dñica 4. post Epip. Euāg. Ascendente Jesu in. Matth. 8. Homilię tres 239
Dñica 5. post Epip. Euāg. Cōfiteor tibi pater. Matth. 11 Homilię duę 246
Dñica Septuagesimę Euā. Simile ē regnū cęlorū homi. Mat. 20. Homilię q̄tuor 259
Dñica Sexagesimę. Euāg. Cum turba plurima. Lucę. 8. Homilię q̄tuor 289
Dñica Quinq̄gesimę. Euāg. Assumpsit Jesus duodecim. Luc. 18. Homilię duę 316
Dñica Jnuocauit. Euange. Duc⁹ est Jesus in desertum. Matth. 4. Homilię sex 329
Duę vltimę sunt de tēptatiōe.
Dñica Reminiscere. Euan. Egress⁹ Jesus secessit in part. Mat. 15. Homilię duę 374
Dñica Oculi. Euang. Erat Jesus ejiciens dęmo. Luc. 11. Homilię tres 387
Dñica Lętare. Euāg. Abijt Jesus trans mare. Johann. 6. Homilię quatuor 408
Dñica Judica, q̄ & passiōis. Euāg. Quis ex vobis arguet. Johā. 8. Homilię q̄tuor 433
Dñica in Palmis. Euā. Cū appropinquasset. Matthęi 21. Homilię duę 461
In Cœna dñi. Euan. Ante diem festū Paschę. Johan. 13. Homilię septem 475
Sex sunt de venerabili eucharistia.
In die Parasceues sancta.
Passio longior Jesu Christi. Homilię seu articuli octo 523
Passio brevior. Quę vtilitas in sanguine meo?
Homilię seu articuli 7 602
Passio secūdum Johannē. 18. Egressus ē Jesus trans torr. Homilię sex 643
Euangeliū in die Parasceues post hęc rogauit Pilatum. Jo hannis 19. Homilia vna 695

Sūma homiliarū Tomi primi, 96.

INDEX

NOTABILIVM SENTENTIA-rum Tomi primi Homiliarum D. Iohannis Eckij.

A

ABraam gauisus de Chri sto 456
Aduentus tempus 9
Aduentus quartus dñi 76
Aeneę Siluij relatum 512
Aetates mundi 265
Aeternum 410
Alleluia vacat 278.281
Amen 48
Angelus apparēs Chro 530
Angeli emittētur in extremo iudicio 30.ꝛ deinceps
Animę preciositas 120
Antonius eremita 358
Apollonij prestigię 394
Apostoli cum Christo iuerunt 647
Apli modicę fidei 232.ꝛ deiñ
Apli honorifice notati 242
Apostoli Christum non intelexerunt 322
Apli fugerunt a Christo 537
Apostoli baptizati 480
Aqua in vinum versa, mystice quid significet 176.ꝛ deiñ
Aqua veteris testamēti 179. ꝛ deinceps
Aqua misceatur calici 692
Arimathia 696
Asinus et asina quid significēt 17.463
Asmodęus cui vitio ꝑsit 371
Astronomia fatidica improbatur 142. ꝛ deinceps
Astronomię qđ cōcessum vel prohibitum ibidē

B

Bacchanalia pctis plena 323
Bacchanalibus ipsis euangelio de passione cur vtatur ecclesia ibidem
Beatitudo equalis oīb⁹ 287
Beelphegor 371
Beelzebub 371. 391
Bellare licet Christiano 613
Bellare aliquādo meritorium 220.ꝛ deinceps
Bellū iustū tria exigit ibidē
Belli stipendia recipere iustū ibidem
Bella Chriano⁹ noxia 397
Bñdictio Simeōis qualis 88
Bñdictiōes mane et sero dandę 639
Blasphemare 550
Blasphemos punire 604.615

C

Anon Missę dicatur secrete 300
Cadūt impij retro 566.649
Caput leuare 46
Charitas mercenaria 274
Causę in Chro occidēdo 675
Cęcum esse qđ significet 328
Certamen Christianorū 357
Christi facies velare 552
Christi alapa 609. 661
Chri oro in cruce efficax 577
Christi sanguis sufficiēs 619
Christus beatus fuit, ꝛ tamē passus 610
Christ⁹ eqtauit in Jerusalē 3
Christus cur hic paup fuit 6
Christi ingressum cōsidera 7

Christus cur locum passionis quęsiuit 14
Christi aduentus duplex 9
Christus q̃modo venit in animam hominis 77
Christus positus est in signũ & ruinam 94.& deinceps
Christus traditus est in mortem a multis 321
Chr̃s bis flagellatus ẽ 321
Christi oratio operabat̃ 577
Christus nouies in passione hinc inde ductus 545
Christi volũtates plures. 529
Christi humilitas 478
Christus cur clamarit 637
Christus vbi apparuit in Galilęa 471
Christi clarificatio 425
Christi passiõis vtilitas 268
Christum cur populus sequebatur 410
Chr̃s prophęta quõ fuit 425
Christus venit ad gẽtes 375
Christus esurijt 335
Christus ductus a spiritu in desertum 330.& deinc.
Christ⁹ iudicabit in forma visibili 26
Christi vox efficax 31
Chr̃s creuit in sapiẽtia 107
Christus cur tarde miracula fecerit 184
Christum quęrere 114.119
Christus quinquies tacuit coram Pilato 677
Christus cur ad nuptias venerit 139
Christ⁹ cur ex aqua fecerit vinum 162
Christi humanitas 9
Christus cur prohibuerit ne dicerentur miracula 197
Christus admirabatur 222
Christus dormiuit 241
Christus transiuit torrentem 646.& deinceps
Christus prędixit passionem suam 317
Chr̃i mors ẽ ei⁹ ascẽsio 319
Christ⁹ quomodo se dixit derelictum 588.635
Christi sitis 590.637.689
Christi sepultura. 700.& deiñ
Christus reuelauit cogitationes multorum 99.& deinc.
Chr̃i sanguinẽ virt⁹ 624.& de.
Chr̃s Samaritan⁹ nr̃ ẽ. 462
Christi vulnera quot 565
Christiani ter olim omnium cauerunt quotannis, antea etiam sępius 8.483
Christiamtas ad finem mundi duratura 48
Christiani quidam comparãtur Judę 536
Christiani quõ graui⁹ et non graui⁹ peccãt paganis 406
Cib⁹ precious vitãdus 416
Cinerum dies 324
Ciuitas excidens a fide, delebatur 232
Claustrales manẽt in monasterio 113
Claui crucis Christi 576
Collectas concludere p Christum 255
Cõducere oparios i vineã 271
Confidere in deũ 159
Confessio triplex 247
Confiteri in tempore 320
Consilia euangelica. 612
Consummatum est 690
Cõtradicere Chr̃o. 93.& deiñ
Corporale in sacrificio Missę lineũ sit, nõ Sericũ 698
Corrigia calceamenti Christi 84.& deinceps

Creatura vidicat creatorẽ 512
Crux Chri in iudicio 29
Crux, Christi clauis 529
Crux Christi sup sepulchro Ade 680
Crucis virt⁹. 685.⁊ deinceps
DAmnatis ad mortem refrigeria dari 639
Denarius diurnus 269
Deo gratias 248
Deum non cognoscere 474
Diabol⁹ accusat hoiem 42.43
Diabolus idem tentauit Adã ⁊ Christum 337
Diabol⁹ seminat, sed malum semen 314
Diabol⁹ potẽs i tẽtatiõe 333
Diabolus doctior Judeis. 335
Diabolus stultus 338
Diabolo nulla fides adhibeatur 342
Diabol⁹ Christum durit 344 ⁊ deinceps
Diabolus inhonorat sanctam trinitatem 351
Diabolus est superbus 351
Diabolus iam est captus vsq; ad Antichristum 356
Diaboli varie morati 371
Digitus dei 400
Discipuli quõ aut qñ a Christo baptizati 480
Dismas baptizatus a latere Christi 632.637
Docens, factis sermonẽ confirmet 458
Doctum fieri 116
Doctoris cathedra 346
Doctor sit 30 annorum 187
Dominica in rosis 422
Dñica in passione 435
ECclesia cum tẽpore mutat decreta 650
Ecclesię magnitudo ꝓtra Lutherum 226
Ecclesia hic affligitur. 239. et deinceps
Ecclesię vsus in quibusdam ii.⁊ deinceps
Ecclesia dr regnũ celorũ 265
Ecclesia est in vnitate 683
Ecce homo 569
Ego sum qui sum 459
Eheie 560
Eleemosynas dare 423
Eliseus sanauit Naamã 194
Euangelium absconditũ prudentibus 249.⁊ deiñ
Euangelium positum in ruinam hereticis 92
Eucharistiam adorare 381
Eucharistiam eleuare in missa 621
Eucharistię suscipiendę se prę parare, quę illic credẽda, de fructibus cõmunionis ⁊ damnis malorũ 477.⁊ deiñ
Eucharistiam ter olim ãtannis sumpserũt fideles. 8. 483
Excęcatio hominum 299
Exemplũ bonũ prębere 468
Exempla docent 293
Exorcismus 385.398
Ex prędicatione abire 670

F

FAmam suã tueri 443
Ferias celebrare 691
Fides sola inutilis 449
Fides fit ex tribus 188
Filij portant iniquitatem parentum 623.⁊ deinceps
Flagellatio Christi 565
Frangere panem 429

G

Galilęę mare 410
Generatio fidelium 48
Gentiũ vocatio 214.⁊ deiñ
Grabatum vnde dicat 236

Gratias agere 247
Gula 323.334

H

Haeretici instabiles 328
Hęretici sunt canes 383
Hęretici iactāt scripturas 348
Hęretici sunt seditiosi 405
Hęreticorū baptisma valet 81
Herodis malignitas 617
Holes cōparant arboribus 33
Horę euangelicę 263
Hortꝰ signat paradisum 648
Humilitas 254
Hydrię quid significent 161. & deinceps
Hydrię sex ętatum ibidē
Hydriarum illarum vna etiamnum Colonię 161
Hypocrita malus 504

I

Idololatria decreuit tempore Christi 390
Ieiunare post baptismū 333
Iericho reędificatur 325.326
Ierusalem excidium 575
Ignis añ extremū iudiciū 28
Imago dei in anima 270
In ecclesia q̄d agēdum 248
Interrogat quis non semp ex nescientia 52.53
Joachimi abbatis error 49
Johānes cōmendatus a Christo 61
Johānes nouit Christum 52
Johannes cur discipulos ad Christum miserit 53
Johannes fuit plus q̄ ꝓpheta, angelꝰ, p̄cursor 62.63
Johanni legationem miserūt Judęi 66
Johannis tētatio, humilitas, constantia 67. & deinceps
Johānes quō sit Elias 70
Johannes est vox Chri 73
Johānis baptisma 80. & deinceps
Johannes euangelista sponsus nuptiarū in Chana 132
Johānes custos & filius virginis Marię 687.688
Joseph quō sit pr̄ Chri 87
Judas infelix 534
Judę pnia impfecta. 560. 561
Judęorū falsa opinio de Messia 4
Judęi canes 383
Judęi mystici sunt iusti 682
Judęis nō pmittēda vsur. 625
Judęis non licuit interficere quenquam 666. & deinceps
Judęi peiores diabolo 440
Judęorum glossę fatuę 172
Judęorū pauci baptizati 213
Judęi reprobati a deo 215
Judęorū murmur aduersum gentes 285
Judęos baptizatos bene tractari debere 466
Judęi vtūtur sanguine Christiano 570. & deinceps
Judęi sunt serui imperatoris 678
Judęi durꝰ tractātur a Turcis q̄z a Christianis 625
Judęorū casus in horto 649
Judicaturi cū Christo in extremo iudicio 35
Judicare in extremo iudicio 44. & deinceps
Judicari hominem in morte 58
Judicem esse difficile est 626
Judicium extremum cum attinētijs 33. & deinceps
Jugum Christi suaue 258

L

Laici non tangāt calices 300
Laici contra ecclesiam 245
Latro in cruce 585
Leges ecclesia mutat, p tempore 650

Legendę sanctorum 59.60
Leprosus mystice. 191.ꝛ deiñ
Leprosum non tangere 193
Leuiathan 371
Liberū arbit.in nobꝭ 257.259
Loca oīa nō ęque sancta 545
Locus orādi peculiaris 648
Longinus miles 637.692
Loqui hominem 390
Lucas euangelista dicit a Maria 129
Lucifer 371 Luther 48
Lutherus fenestram aperuit nequitię 258
Luther blasphemat Mariam 212.213
Luther p̄cursor Antichr̄i 318
Luther prohibet bellare contra Turcas,ꝛ tamē iubet rusticos Chr̄ianos occidi 613
vide Neochristiani.

M

Magistratui obedire 479
Magistratus malꝰ 354
Magistratui cōtradicere aut repugnare 295
Malchus dedit alapam Christo 546
Manus dei 193
Mare Galilęę 410
Maria intercedit pro nobis apud deum 140.160
Maria quęsiuit Jesum 112
Marię tria inesse obseruatione dignissima 141
Marię compassio 98.539.et alias sępe
Maria habuit 3 custodes 634
Martiani Cęsarꝭ statutū 158
Matrum maledictiōes malę 626.ꝛ deinceps
Matrimonū vis 137.138
Mediatores et intercessores 389
Membra Christi 644
Mendici in euangelio, sed nō apud Lutheranos 326
Meritum omne hic comparatur, contra Lutherū 267
Meritoria opera 268.ꝛ deiñ
Michael procurator dei 277
Miracula ꝓbāt doctrinā 190
Miracula sanctorum 627
Miraculi opꝰ excellit alia 165
Miracula diaboli 393
Miraculorū Chr̄i initiū 184.
Miracula aliqua fecit Christus sine verbo 163
Miracula cur noluit Christꝰ manifestari 197
Mors dupler 450
Mortis semp reminiscēdū 60
Mortem licet fugere 607
Morivolūtarie meritoriū 608
Mortalis natura 175
Mulieres non prędicent 106
Mundus 47
Mundum non timere 234.
Murmur etiam bonorū 282. et deinceps

N

Nanis pœnitentię,ꝛ animę,ꝛ ecclesię 245
Necromantia 343.352.357
Neochr̄iani reiciūt Glossas sctōrū,ꝛ faciūt ꝓprias 18
Neochr̄iani sunt euangelici verbis tm̄,non facto 56
Neochr̄iani cōtradicūt Christo ꝛ euangelio 92.ꝛ deiñ
Neochristiani contēnunt preces ꝛ ieiunia 105
Neochristiani nō obseruāt dies festos 109
Neochristiani nesciūt scripturam esse difficilem 123.124.
Neochristiani non comburūt libros hęreticos 158

Neochr̃iani fingũt nouas ordinatiõnes ꝛ ceremonias. 210
Neochristiani sunt instabiles et varij 250. 251
Neochr̃iani accendũt ꝓpria lumina ꝙ nõ accẽdit deꝰ. ibi.
Neochristiani quærunt angulos hereticorum 416
Neochristiani ociosi sunt sine operibus 271. 272
Neochr̃iani nõ orant ex corde pro vera fide 298
Neochr̃ianorum fides minor ꝙ Chananee 381
Neochr̃iani nõ patiunt̃ mendicos, ꝙs Chr̃s sustinuit 326
Neochr̃iani minuunt dei cultum in omnibus 444
Neochr̃iani dissecant incõsutilem tunicam domini 633
Neochr̃iani non præparãt se ad communionẽ 478
Neochristianorum sepultura asinina 699
Neochr̃ianorũ p̃dicatores errãt, ꝛ sunt puersi 267
Neochristianorum prædicatores quærunt rumusculos populi, non honorẽ dei. 298
Neochr̃ianorum prædicatores sunt rebelles ptãti 396
Neochr̃iani prædicatores suos cur laudant 438
Neutrales 404
Nomen dei 459. 460
Noua fient omnia 28
Nuptiæ in Chana 132. ꝛ deiñ
Nuptijs interesse possunt debẽtq; sacerdotes 163
Nuptiæ mystice 166. et deiñ

O

Obedientia omnium creaturarum 239
Oblatio sacerdoti faciẽda 203
Operari in vinea 261. ꝛ deiñ
Opera malorum significãt bona 685
Orare 105
Orare benedictionem añ prãdium 418
Orare in tribulatione 230
Orare pro pace 241
Orare in certis locis 648
Oraꝝ perseueranter 327. 328
Osanna 472. 473

P

Palmas portare 472
Panis hordeaceꝰ significat legẽ Moysi 428
Paradisus 632
Parẽtibꝰ obedire 126
Parẽtes honorare 688
Parentes diligũt prolem 377
Pascha 665
Passionem p̃dicare varijs modis 642
Patientia 310
Paupes sint patiẽtes 6
Pauperes euangelizant̃ 55
Paupes aliqñ laute viuãt 141
Paupes nõ contemnant̃ 139
Par 396. ꝛ deinceps
Par impiorum 402
Peccatum graue 257
Pctõris accusatio 42. ꝛ deiñ
Pctõres se emẽdãt. 466. 467
Pedes lauare mystice 480
Pœna indigne communicantium 417. ꝛ deinceps
Pœnitentia sera vtilis, sed periculosa 633
Pœnitentia 176
Persona vna repræsentat gentem 216
Petrꝰ negauit Chr̃m 547. 658
Petrus peccauit 652. 653
Petri gladius 650
Pilatus quinquies excusauit Christum 625

Pilatus non expectauit respõsum Christi 618
Pilat⁹ factus Chr̃ianus 623
Plinij de Christianis snĩa 19
Preciositas nimia culpat̃ 236
Prędicatiões audire bonum 437
Prędicatores conducti in vineam 265. ⁊ deinceps
Prędicatores seminant verbũ dei 294
Prędicator calumniam refellere potest, nõ referre 443
Prędicator non cesset ob malitiam auditorum 295.430
Prędicatores falsi 339
Prędicatores iam mali 261
Prędicatores ventosi 314
Prędati studeãt scripturꝫ 430
Prędati a deo instituti 416
Prędatis magna potestas est a deo 312
Prędmium iustitię 269
Procurator vineę 277
Processiones vtiles 469
Prophetę duplices 71.72
Prophetissę quatuor 102
Prophetię aqua 171
Prophetia non intelligitur nisi impleta 317. ⁊ deiñ
Prudentię proprię inniti 116
Pueros inducere ĩ ecclesiã 110
Pueri bñ stꝫ instituẽdi 116.126
Puerꝫ nocẽt maledictiões parentum 570
Pusillanimium consolatio. 360
Purgatoriũ probatur ex Hieronymo 58.59
Purgatorij nullũ meritũ. 268

Q

Quater Christ⁹ vestes deposuit 478
Quęrere Christum 114
Quot Chr̃i vulnera 565.620

Regnum dei 400
Regnum Christi non ex hoc mundo 668.669
Regnum cęlorum 261
Regnũ Chr̃i spũale. 4.5.6.7
Regula loquẽdi de communitate 186
Regula de passiõibus deo tributis 262
Regula, facta malorũ possunt quid boni significare 685
Regl'a de laude hoĩs. 216 217
Regula, quomodo vnus loc⁹ varie exponitur 340
Regula, euangelistę non vsi verbis in propria forma. 234
Regula, quando aliquid scribit̃ in vtroq; testamẽto 2.3
Regula de ritib⁹ ecclesię 10
Regula, quãdo locus scripturę est obscurus 22
Regula de Christo ꝓpter duas naturas 117
Religionem intrare cõtra parentes 121
Religiosi maneãt in monasterio 113. vide claustrales.
Reliquias distribuere 684
Reliq̃ę panis euãgelici 430
Sacerdotium 199
Sacramentarij 409
Sacr̃m Chr̃i seruare 448
Sacr̃a ex latere Chr̃i 692
Sanctos venerari 355
Sãcti cur tentarũt facere miracula 142
Sanctorum miracula a quo fiant 627
Sapientes huius seculi 249
Scãdaliçari in Chr̃o 56.90
Scriptura valet cõtra tentationes 339.340
Scriptura difficilꝫ intellectu 124

Scriptura accusat pctōrē. 41
Scriptura varie exponit̄ 340
Scp̄tura vtit̄ distictiōib. 446
Sectatores Christi 191
Sectę plures hęreticorū 251
Semen dei est Christus 311
Semen in anima nostra 312
Seminare bonum semen 307
Seminauit cur Christ⁹ in spinas 306
Senib⁹ obedire ⁊ eos seq̄ 389
Sepultura Chr̄i 697. ⁊ deiñ
Sepultura pomposa 697
Sepultura hęreticorum 699
Sepultura fiat secundum cōsuetudiuem loci 698. 699
Septuagesima 278
Serui bene tractandi 206
Sexagesima 315
Signa iudicij ex Hiero. 24. 25
Signa alia 22. 23
Societas malorū vitāda 236
Socer honorandus 611
Solicitudo oīs ad deū 238
Sol in extremo iudicio 22
Spiritualia meliora 120
Spina triplex 304. 305
Spina Christi 567
Sudor Christi sanguine⁹ 606
Supstitiones diabolicę 352
Tenebrę in morte Christi 635
Testimonium falsum 614
Testes in extremo iudic. 38. 39
Testes ꝯ Christum. 549 550
Tentatio et peccatum nō sunt idem 360
Tentatio fortificatur 361
Tentatio qñ cōfitenda 362
Tentatio vtilis 368
Tentationē ꝑmittit de⁹ 363
Tētatione nō egēt mali 366
Tentationē deprecari 367
Tentare deū, malū 348. 349
Theodosii aduersus hęretic. edictnm 158
Titulus Christi 581. 582
Thomę Aq̄natꝫ exēplū 198
Tribulationes pati 368
Tribulatio vtilis 621
Triplices aures 296. 297
Tundere pectus 248
Turcarū pctā quāta 406
Tunica Christi 683
Valentini imperatorꝫ edictum 158
Uerbū Chr̄i oīpotēs 341. 650
Uerbū declarat se 255
Uerbum dei 290. ⁊ deiñ
Ueronica 575
Uestes sacrę in missa 563
Uestes p̄ciosę culpantur 136
Uiduę 103
Uirtutes cęlorū 21. ⁊ deiñ
Uirginalis pudicitia 132
Uindictā quęrere, malū 654
Uini penuria in nuptijs q̄d significet 170. ⁊ deiñ
Uinū multiplex in scp̄turꝫ 183
Uisitare infirmos 209
Uulgus instabile 620
Uulnera Christi 620
Zuinglij hęresis 107

Ad lectorē.

In fine pagellę 222. lege, veros dei. In reliq̄s nihil offendes, aut si q̄d, id minuti⁹ erit, q̄ꝫ cui⁹ (q̄d q̄dē ad nos attinet) debeas admoneri. ⁊ tñ sicubi hęserꝫ, q̄d futurū certo scim⁹, memineris nō id exēplo nr̄o, sed p̄mitiuo exēplari imputandū. maluim⁹ em̄ ⁊ tibi nobiscū supesse q̄d inq̄rat̄, q̄ꝫ in alieno labore nasuti esse. quāq̄ꝫ si q̄s p̄orē editionē cū hac ꝯtulerit, isq̄ꝫ nō ingrat⁹ hr̄i voluerit, nobis gr̄am sit habiturus.

AD ILLV

STRISSIMVM LOTHARINGIAE Ducem D. Antonium &c. Iohannis Eckij Epistola.

Rom. 15

ILlustrissime princeps & dñe, scribit apostolus Paulus Romanis: Quæcũq; scripta sunt, ad nostrã doctrinã scripta sunt, ut per patientiã & cõsolationẽ scripturarum, spẽ habeamus. Expensa uero scriptura sacra in penitiori & recondito sensu, nõ parũ momenti habet, siquid futurũ sit spiritus ad cautelam nostrã prędixerit. Sic Iacob patriarcha

Gene. 49

dixit filijs suis: Cõgregamini, ut annunciẽ quæ uentura sunt uobis in diebus nouissimis. congregamini & audite filij Iacob, audite Israel patrẽ uestrum. Quod si Iudæi attente prophetiã de Messia à Iacob tunc pronunciatã intellexissent, regem̃ glorię nunq̃

Johã. 9.

crucifixissent. Nisi em̃ cęci fuissent, uidissent & tũc & modo se neq; reges neq; duces habere ex Iuda, imò nullum magistratũ, cum eorũ sint tot millia in ter-

Johã. 5.

ris. Ideo Christus inqt ad eos: Ego ueni in noĩe patris mei, & nõ accepistis me. Si alius uenerit in noĩe suo, illũ accipietis. hic erit Antichr̃s, de tribu Dan natus, cui adhærebũt Iudæi cõtra prophetias Iacob: Fi-

Gene. 49

at Dan coluber in uia, ceraftes in semita, mordẽs ungulas equi, ut cadat ascẽsor eius retro. Huiuscemodi futura quæ ecclesiæ eueniẽt, etiã in nouo testamẽto scripta sunt. nã Chr̃o apostolis spũm paraclitũ promittẽte, subdidit: Non em̃ loquetur à semetipso, sed

Johã. 16. 2 Matt. 26. Luc. 19. q. 23.

quæcũq; audiet, loquet: & quæ uẽtura sunt, annũciabit uobis. Sic Chr̃s futura prædixit de negatione Petri, destructione Ieruſalẽ, aduentu spũſſancti, pſecu

Johã. 16. Matt. 24

tione tyrannorũ, & de nouissimis diebus. Sic apostoli in scriptis nobis reliquerunt multa de nouissimo periculoso tẽpore, Petrus, Paulus, Iohannes & Iudas Thaddæus. Sed q̃rsum hæc princeps excellẽtissime? ut catholicus cordatus quisq; expendat scripturam, & faciat bonum, ac declinet à malo, ne simili cæcitate labamur sicut Iudæi. Nam sicut in ueteri testamẽto locuplete est prophetatũ de aduentu Messiæ per Abraam ex tribu Iuda, de domo Dauid, ex uirgine, in ciuitate Bethlehẽ &c. sic & aduẽtus Antichristi cũ sectis præambulis sufficiẽter prænũciatus est in nouo testamento. Qui ergo affectata ignorantia deserit ecclesiã dei & sanctam eius unitatem, & sectatur nouas sectas, antiquas hæreses, schismata, seducit se ipsum in perpetuũ excidium. Sic em̃ prę̃monuit nos Christus: Surgẽt enim pseudochristi & pseudoprophetæ, & dabunt signa magna & prodigia, ita ut in errorẽ inducãtur, si fieri potest, etiã electi. Ecce prędixi uobis. Si hanc diuinã & paternam admonitionem obseruaremus, non essent tot sectæ & seditiones in Chr̃iano orbe. ait em̃ ibidem & apud Marcũ: Si quis dixerit uobis, Ecce hic est Christus, ecce illic, ne credideritis. Quã pie admonet nos saluator, ut caueamus à sectis, cũ Lutheri iactet q̃ regnũ Christi sit penes se. Zuinglius arrogat sibi hoc regnũ. (nam per Christũ hic regnũ fidei intelligit, nõ eucharistia, ut hæreitci diuinant) hoc idẽ faciunt Picardi, Parabaptistę, Spiritiui, Iconomastiges, & alia huiusmodi portẽta & monstra. à quibus oñibus dehortat nos Chr̃s, dehortãtur Petrus ac Paulus, ac alij apostolici culminis primates. At pseudopropheræ aptissimas huiusmodi & indubitatas scripturas, fictis ac peruersis glossis lacerãt & subuertunt. In qua perfidia pro-

2. Pet. 3.
2. Thes. 2.
1. Tim. 4.
2. Tim. 3
Iud. 1.
In Apoc.
Matt. 24
10
9
12
Marc. 13.
2. Pet. 2.
2. Tim. 4.
9

pagãda adeo diligẽtes & ſagaces fuerunt, ut in paucis annis uniuerſam Germaniã hæreticis & ſeditioſis libellis oppleuerint. & p̃cipue multis & uarijs ſermonibus diſſeminatis, plebem in ſeditionẽ concitarunt & inobediẽtiam, aduerſus deũ, eccleſiã & eccleſiaſticã ac ſecularẽ poteſtatẽ. In qua re ſtrenuã operam impẽderunt, nullis laboribus, impẽſis aut faſtidijs parcẽtes, cum interea catholici in defenſanda ſi dei ueritate ſint oñino tepidi ac frigidi, ut ueriſſime dixerit Chr̃s: Filij huius ſeculi ſunt prudẽtiores filijs lucis. Nã dum ſchiſmatici aceruos, imo mõtes homiliarũ emiſerint, cõtrà catholici rarenter ſermones ad plebẽ ediderunt, adeo ut inq̃ſitiã tam ex clero q̃ laicis hunc fucum p̃texerint, Emiſſe quidẽ ſe & legiſſe Lutheri et aliorũ homilias, q̃a catholicorũ nõ extarẽt uenales. q̃uis excuſatio illa minime eos expurget, ſed reddat magis ſontes, Gregorio dicẽte? Peccatũ peccato addit, qui culpæ quã facit, patrocinia defenſionis adiũgit. Ex his & alijs cauſis moti ſunt, ſyncero & catholico animo nobiliſſimi Baioariæ principes ac dñi, D. Gulielmus & D. Ludouicus, germani fratres, patroni mei piiſſimi. ſicut uigilantiſſima diligẽtia curauerũt ſubditos in uera fide & auita religiõe conſeruare, & nouarũ ſectarũ ac hæreſum propagatores ac p̃cones uarijs tormẽtis affecerũt & extirparũt: ita matura & graui deliberatiõe p̃habita, eis uiſum eſt, eſſe cõſultũ, utile ac catholicæ fidei proficuũ, ſi homiliæ p̃ circulũ anni in lingua Germanica ederent de tẽpore ex biblicis ſcripturis, iuxta explanationẽ ſanctorũ patrũ, intelligẽtiam communẽ & ſenſum eccleſiæ catholicæ, ac doctorũ ab ea approbatorum, & in primis Dionyſii, Ambroſii, Cypriani, Auguſtini, Chryſoſtomi, Hieronymi, Bedæ ac aliorum.

Luc. 16.

Libro 22. Moral.

Duces Bauariæ.

Hoc onus inclyti principes humeris meis debilibus impoſuerunt, ad laudē dei, ſuorū ſubditorū ſalutem, & fidei catholicæ augmētum & defenſionē, quibus ego non grauate pro debita obedientia morē geſſi, ac in ſubiectā formulam, non ſine ingenti labore, redegi. Hunc itaq; librum homiliarū de rempore, Illuſtriſſime princeps, cū edere ſtatuiſſem, uiſum eſt prę clare cum eo actū, ſi tibi dedicatus prodiret in orbē: motus præcipue hac ratione, q; Illuſtr. D. T. tam catholice ac ſtrenue ſe geſſit aduerſus hęreticos ac ſeditioſos, ut hinc apud deū Opt. Maxi. gratiā demeruerit, atq; apud hoīes laudem immortalē. Quod uirtutis inſigne ornamētum, uelut hæreditarium ab inclytis Lotharingiæ ducibus accepiſti, qui ſemper in cauſa fidei ardēter amātes & fideles protectores inuenti ſunt. Poſteaq; enim regnum Auſtraſię (in quo Carolus Martellus, Pipini, & Carolus Magnus nati ſunt) in Lotharingiam, Brabantiā & Lutzelburgum ſectum eſt, principes Lotharingiæ in cauſa fidei ſemper reperti ſunt cōſtantes, ſtrenui & optime animati. Teſtis eſt locupletiſſimus Gotfridus dux de Bulion, adſcitus à Lotharingo in hæredē, q paſſagij Hieroſolymitani ſupremus præfectus, uicit Antiochiam & alias prę clarasurbes oriētis. tandē ciuitatem ſanctā Ieruſalē Anno gr̄æ M. XCIX. die xv. Iulij uictorioſe cepit, ubi & rex à toto exercitu ſalutatus ē. Ardorē popelli Chr̄iani tunc florētis agnoſcimus, q; dum exercitū recenſeret ante Niceā Gotfridus, inuenta ſunt ſexcēta millia peditum, & centum millia equitū. Veſtigia patrū ſecuti ſunt duces poſteriores uſq; ad tēpora principis Caroli, qui genero ſuo Renato, duci Calabriæ & Andegauenſi ducatum cōtulit, filio autē Renati duce Iohāne ſine maſcula ſobo

Auſtraſia

Auſtraſia diuiſa.

11.
19.
12.

9.

le decedente, sororius eius bello ducatū obtinuit, uicto & cęso maximo ac bellicosissimo Burgundionū principe Carolo ante Nāceum, anno salutis 1477. ipso die Epiphaniæ. Horū nobilissimorū ac celebratissimorū principū uestigia secutus dux excelse, dominia tua prudēter in magna securitate, pacifice, foris domiq; clarus administras. Et genuina animi tui
anno. 1525 uirtus, magnanimitas fortissima, prudentia singularis emicuit magnifice, dum Lutherana hæresis pestilentissima ac exitialis in Germania oriretur, sategisti plus q̄ paternis admonitionibus ac mandatis arduis hancluem à subditis tuis propellere, ac ne inficerentur, præcauere. Et fortitudinē animi tui ac bellicæ rei peritiam tum maxime declarasti, cum sangui nolentū plebis Lutheranæ aduersus oēm omnino magistratū ac obedientiā in Germania ortum esset bellum, ac nobilitatem omnem, clerum ac monasticos in exilium pelleret, disiectis arcibus, direptis monasterijs, spoliatis ecclesiis, omnia ea moliretur, quæ pessimi quiq; sacrilegi poterant excogitare. Tum labentibus rebus, trepidātibus clero ac nobilibus uniuersis, opportune succurristi, coacto tumultuario milite ac ualido equatu, felicissime seditiosos superasti ac confeciſti apud Tabernas, apud nemus Castaneū, ante uallū Alsatię, ac plerisq; alijs locis. Qua uictoria & fidem catholicā, ecclesiæ obedientiā, clerū, monasteria ac nobilitatem restituisti, et tibi gloriam peperisti nunquam intermorituram. Deus illustrissimā D. T. in felici ac uictorioso regimine diu cōseruet incolumem, & fidei adsertorem inuictum tueatur, cui me commēdo. Ingoldstadij Bauarię, duodecimo Ianuarij, Anno huius seculi trigesimo supra sesquimillesimum.

TOMVS PRIMVS

HOMILIARVM

super euangelia de tempore, à prima dominica Aduentus usque ad diem Resurrectionis dominicæ.

DOMINICA PRIMA ADVENTVS.

Euangelium Matthæi. 21.



IN illo tempore, Cum appropinquasset Hierosolymis, & uenisset Bethphage ad montem Oliueti, tunc Iesus misit duos discipulos, dicens eis: Ite in castellũ quod contra uos est, & statim inuenietis asinam alligatam & pullum cum ea, soluite & adducite mihi. Et si quis uobis aliquid dixerit, dicite: quia dominus his opus habet, & cõfestim dimittet eos. Hoc aũt factum est, ut adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem: Dicite filiæ Sion, ecce rex tuus uenit tibi mansuetus, sedens

Marc. 11. Lucę. 19. Johan. 12.

Zacha. 9.

Isaię. 62. Johan. 12. Marc. 11. Lucę. 19. super asinam & pullū filiū subiugalis. Euntes autem discipuli, fecerunt sicut præcepit illis Iesus. Et adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super eos uestimēta sua, & eum desuper sedere fecerunt. Plurima aūt turba strauerunt uestimenta sua in uia. Alij autem cędebant ramos de arboribus, & sternebant in uia. Turbæ autē quæ præcedebant & quæ sequebantur, clamabant, dicentes: Osanna filio Dauid, benedictus q̄ uenit in nomine domini.

Marc. 11. Lucę. 19 Johan. 12

EXPOSITIO
seu homilia .I.

PRincipio hic illa contextus euāgelici historia aperte demōstrat, quomodo dominus gloriæ Christus Iesus, rex cæli & angelorum omniumq̄ creaturarum, in tāta humilitate ingressus sit amplissimam illam & magnificam ciuitatem Ierusalem, in qua Iudæi opulētissimi nobilissimiq̄ habitabant, ibi nīmirum in summa egestate se dedignatus non est exhibere, palamq̄ uideri ab omnibus, adeo ut mirum sit, altissimum se ad tantā demisisse humilitatem. Veruntamen uera eius esse uerba oportebat, quando dixit: Filius hominis uenit non ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionē pro multis. Et alibi etiam dixit ad apostolos suos: In medio uestrum sum sicut qui ministrat.

Matth. 20 Lucę. 22

¶ Nec est q̄ hunc Christi in urbem ingressum parui facias, olim enim iam prædixerat illum spiritussanctus per prophetam Zachariam, sicut & euangelista eodem spiritu illustratus hic in euangelio dicit, Dicite filiæ Sion, inquit Zacharias, Ecce rex tuus uenit tibi mansuetus, sedēs super asinam & pullum filium subiugalis. Illam em̄ sancti Augustini super Iohannem scribentis regulam, omnis Christianus plurimū & diligenter ponderare debet. Qñ

Zacha. 9

Augustini regula.

factum noui testamenti inuenitur prænunciatum in ueri testamẽto, in lege aut prophetis, intelligamus hoc factum à spiritusancto, ad rem aliquam notabilem significãdam. Cum ergo Zacharias hunc ipsum Christi ingressum tot retro seculis annisq; præuiderat, magnum quid & graue in eo positũ sit oportet. Certum enim id signũ erat aduẽtus Messiæ, quod filiæ Sion dederat deus, populo nimirum Iudæorum. Ex quo Iudæos etiam præcipue in Christum credere cõueniebat. Quo facit non tantum quod Christus humiliter adeo asellæ insidens, ingressus est urbem, sed ista quoq; gratulabunda populi & puerorum acclamatio. ait enim Matthæus, Cõmota est uniuer Matth. 21
sa ciuitas, dicens, Quis est hic? Ingressus etiam templum, eiecit uendentes & ementes omnes ex illo, mensas nummulariorum potenter euertit, cæcos & claudos in tẽplo sanauit: quæ omnia suis circunstantijs antea nec contigerãt, nec uisa nec audita fuerant Hierosolymis: eoq; magis Iudæos, & ex ijs quidem magnates ac doctiores præcipue commouere debuerat propheticum illud Zachariæ signum, unde cognoscerent hũc ipsum esse Messiam, de quo cuiusq; equitatu hæc prædixerat Zacharias.

¶ Verum inuidia & superbia adeo erant excæcati, ut non uiderent quàm clare & aperte in Christo eiusq; ingressu, pphetia hæc impleta esset. Quin potius magistrũ illum suum, præterquam quod cõtempserunt, persequuti etiam sunt fortiter. statim em̃ post hæc subiungit Matthæus: Videntes principes sacerdotum & scribæ (uerum Matth. 21
ij quinam sint, uide sermonẽ Epiphaniæ) mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo & dicentes, Osanna filio Dauid, indignati sunt & dixerunt ei: Audis ne quid isti dicunt? Iesus autem dixit eis: Vtiq; nunquam legistis, quia ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem. Psalm. 8
Sed & Lucas commemorat, quomodo quidam phariſæorum de turbis dixerunt ad illum: Magister, increpa discipulos tuos. Quibus ipse air, Dico uobis, qa si ij tacuerint, lapides clamabunt. Quo nimirum declarare uoluit Christus, quàm certo & efficaciter omnes de se prædictæ prophetiæ essent implendæ, aut potius illas sublatis uocibus lapides essent proclamaturi.

¶Deinde non tantum hoc suo equitatu dominus Messiam se esse euidenter comprobauit, quem olim prophe-ta Zacharias prædixerat, sed simul etiam istorum falsam de Messia conceptam opinionem excludere uoluit. Nam & tunc eius erant sententiæ Iudæi, & nunc quoq; hodie sunt, quæ profecto nec nulla nec exigua est causa, etiam-num tantæ & cæcitatis & pertinaciæ illorum, quòd tam cõtumaciter in sua pe. seuerant infidelitate. Putabãt em̃ Messiam uenturum in sublimi rerum secularium admini stratione magna'q; pompa, & magnificentia uulgi iudi-cio splendida, adeo ut toti impaturus esset mundo, illũq; uniuersum regno Iudaico pariturum. Et hanc falso per-suasam opinionem ex scripturis exuxerant, sicut nunc quoq; hæretici scripturas falso intellectu exponũt. Quũ
Isaię. 2. dicit dominus per Isaiam: Erit in nouissimis diebus præ paratus mons domus domini in uertice montium, & ele uabitur super colles, & fluent ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi, & dicent: uenite, ascendamus ad mõ-tem domini, & ad domum dei Iacob, & docebit nos uias
Ieremi. 3. suas, & ambulabimus in semitis eius. Quomodo & Iere-miam intelligebant, dicentem: In tempore illo uocabũt Ierusalem solium domini, & cõgregabuntur ad eum oẽs gentes in nomine domini in Ierusalem. Sed & Dauid ait:
Psalm. 72 Adorabunt eum omnes reges, omnes gẽtes seruient ei, coram illo procident Aethiopes, & dominabitur à mari usq; ad mare, & à flumine usq; ad terminos orbis terra-rum. & id genus locos alios plurimos in eandem indu-cunt sententiam.

¶ Atqui huiusmodi falsam opinionem non mali tan-tum habuerunt Iudæi, sed etiam qui pñ erant, adeo'q; co gnati & apostoli Christi. sicut enim Matthæus scribit,
Matth. 20 Venit ad Iesum mater filiorum Zebedæi, orauit ut ex ñs alter ad dextram, ad siniſtrã alter sederet in regno suo.
Marc. 10. Quamuis Marcus asserat Iohannem & Iacobum filios Ze bedæi hoc ipsum petñsse (tu hæc require in sermone fe-sti sancti Iacobi). Iam uero, ut quidem Hieronymus &
Hieron. Chrysostomus. Chrysostomus rationem explicant, Salome mater illoꝝ hoc muliebri quadam benignitate & adfectione permo-ta à Christo petñt. Putauit enim eum post resurrectio-

nem ilico regnaturum, & hoc quod in secundo aduentu promittitur, in primo esse complendum, & auiditate fœminea presentia cupit immemor futurorum. Quo animo apostoli quoq; rati sunt, fore ut Christus populo Israël seculare suum imperium restitueret, quum illi iam in cælum ascensuro dicerent: Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel? Actu. 1.

¶ Verum nostrates quoq; Iudæi fortiter adhuc innitũtur illi, q; sicut iam per uniuersum mũdum dispersi miserrimam uitam uiuunt, sine regimine & magistratibus, potestati tantum subiecti Christianorum, multo q; durius Turcaz, ita rursus liberaturus sit eos Messias, & in terram ludeorum collecturus, ut in Deuteronomio promissum erat: Quum reducturus esset illos de cunctis populis, in quos eos ante dispersérat. Et sicut Iezechiel scribit: Congregabit eos super terram suam, & nõ derelinquet quenquam ex eis ibi. Sed & sperant Messiam templum illis rursus suum ædificaturum, quemadmodũ dicit Zacharias: Ecce uir oriens, nomẽ eius, & ipse extruet templum domino, & ipse portabit gloriam, & sedebit, & dominabitur super solio suo. Deute. 30. Iezech. 39 Zacha. 6

¶ Sententiam istam elatam nimium q; fastuosam ueterum simul & recentium Iudæorum, mitissimus & humilis dominus Iesus, iam hodie penitus concutit euertit q; unica hac asina, cui uelut pauper & egenus insidẽs, urbẽ ingressus est, illam quoq; propriam non habuit, sed commodatitiam, pro qua suos etiam apostolos emiserat qui adducerent. Quod certe unà cum Zachariæ testimonio falsam istam Iudæorum sententiam ualide cõfutat. Quic quid enim prophetæ & Moyses prædixerant, de spirituali regno Christi & fidei, Iudæi suæ perfidiæ consulentes detorserũt ad externam temporalem secularem q; administrationem. Plane enim sicut hic Zacharias humilẽ & pauperem illum ingressum Hierosolymam prædixit, ita cæteri quoque prophetæ aduentum suum in humilitate & paupertate descripserunt. Siquidem ipse etiam patriarcha Iacob de Messia loquẽs, asinæ meminit & pulli, & Dauid quoq; in persona illius dixit: Paup sum ego & in laboribus à iuuentute mea, exaltatus autẽ humilia- Gene. 49 Psalm. 87

tus sum & cõturbatus. Et huic quidẽ humilitati ipse Christus ut hic facto, ita alibi uerbis testimoniũ præbet, quũ
Matth. 8. ait: Vulpes foueas habent, & uolucres cæli nidos, filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. Quid multa? adeo egenus extitit Christus, ut ei didrachma etiam defuerit, unde uectigal exolueret. nanq; quũ eo opus
Matt. 19 haberet, Petrum tandem ablegauit, piscem qui caperet & inde eximeret didrachma. Adeo etiam egenus & pauper fuit ille, si mõ & more mũdano loquamur, ut emen
Luc. 9 dis etiam sibi pro discipulis suis panibus in deserto pecu
Johan. 6. nia defecerit. Messias ergo Christus Iesus egenus uenit
Disce pauper. in mundũ, sicut & pauper ingressus est Hierosolymã.

¶ Ad extremum, disce hinc quisquis pauper es, humi
Luc. 2. litatem. pauper enim extitit ipse etiam saluator tuus &
Matth. 2. redẽptor: tua tuæq; animæ salutis causa paup ille natus
Matth. 21 est, in præsepe repositus est, diuersorio etiam carens in Mariæ puerperio. Pauper extitit & in exilium fugit in Aegypto. Pauper ingressus est in Ierusalem super asinã.
Matth. 27 Pauper & nudus in cruce pependit. Pauper etiam mortuus est, proprioq; carens sepulchro. unde & Ioseph ab Arimathia illum sepeliuit in suo nouo sepulchro. Esto itaq; & tu pauper cum paupere Christo, & ut maxime formosus sis & diues, humilis tamẽ esto cum domino Iesu. Nam & ille rex est regum, omniumq; dominantium
Apoc. 9. dominus, ut ait Iohannes: & tamen urbem ecce maximã Ierusalem ingreditur asella uectus commodatitia. Profecto enim si illud nobile uirtutum omnium speculum sequuti sedulo fuerimus, paupertatem patienter sustinuerimus, & in ipsis quoq; diuitijs humiles tamen extiteri-
Ephes. 3. mus: ille idem nobis Christus Iesus post has diuitias gloriæ suæ dabit uirtutem, ut sic spiritu sancto confirmati & hic sua sancta fide diuinaq; roboremur charitate, & illic in futuro seculo æterna decoremur felicitate, quod nobis dominus deus concedat, Amen.

HOMILIA II. SVPER EO-dem euangelio.

Regula bona Augustini.

SAnctus Augustinus super euãgelium Iohannis scribens, regulam quandã nos docuit, Christianis oĩbus & animo firmiter concipiendam, & in euangeliis subinde usurpandam. ait enim: Ea quę fecit dominus noster Iesus Christus stupenda atq; miranda, & opera & uerba sunt. Opera, quia facta sunt: uerba, quia signa sunt. Ergo opera licet ita reuera facta sint, tamẽ aliquid significãt ad nostram doctrinam & eruditionem, ut sic in credendis & agendis melius instruamur. Regula hac uti ecclesiam, nonne uel hinc clare cernimus, quòd euangeliũ illud bis in sacro Missæ legit officio, iam hodie dominica prima Aduentus, & dominica Palmarum? Nam iuxta hanc Augustini regulam, hunc Christi ingressum intelligere & considerare possumus, partim in se, ut opus, quomodo in dominica Palmarum legitur, quoniam ea die contigit, ut Christus super asinam inueheretur in Ierusalem ante suam passionem & mortem. Partim secundum id quod significat, & nos docet. Quod ad significationẽ attinet, sicut Christus humiliter ingressus est urbem Hierosolymã sup asinam sedens, ita & filius dei uenit in hũc mundum, demisit & humiliauit semetipsum. aduenit super asinam, hoc est, in sua sanctissima carne, quam ille ex purissimis guttulis sanguinis Mariæ adsumpserat, de cuius humilitate nobis sanctus Paulus ad Philippẽses hæc scripta reliquit: Quum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit, formã serui accipiens, & habitu inuẽtus ut homo, humiliauit semetipm, factus obediens usq; ad mortẽ crucis. Philip. 2

¶ Nec est quòd quisquam fideliũ admiretur, quòd iam diximus asinam cui insedit Christus, ipsam eius significare humanitatem. Nam & Christus semet rebus conferre dedignatus non est uilioribus quàm sit asina, sicut apud Dauidem inquit: Vermis sum & nõ homo, opprobrium hominum & abiectio plebis. Et tamen asinam suæ humilitatis gratia significare benedictam Christi humanitatem, patet ex prophetia Iacob: In benedictione Iuda, ubi Psalm. 21.

ex sententia sanctorum doctorum omnium loquitur de Messia, quem missurus esset deus, quique futurus erat expectatio plebis. sequitur inde, Ligãs ad uineam pullum suum, & ad uitem ò fili mi asinam suam. & hoc ille fecit in uenerabili sacramento, ubi corpus suum sub specie uini suo uniuit sanguini. sicut em firmiter credit ecclesia, corpus, anima & sanguis Christi, singula hæc sub singulis speciebus tota & integerrima sunt, ut iam nihilo minus suscipiat laicus sub unica specie, quàm sacerdos sub utraque, sed de ijs aliâs.

Genes. 49.

¶ Quum ergo iam ecclesia ante Christi natiuitatẽ aduentum consideret dominicum, recte hodie euangelium illud legit, quo eius in carnem significatur aduentus. ois enim cogitatio & meditatio ecclesiæ, nũc de aduentu domini est, unde & tempus hoc Aduentus appellari cœpit, olimque obseruatum à priscis pie est & sancte, multũ in eo ieiunatum, à plerisque confessio facta, quando etiam tunc in natali domini eucharistia ab omnibus sumebatur, sicut nũc in solennitate paschali: eius rei satis magnum testem Fabianum habemus martyrem & Papam, sic inquientem: Etsi non frequẽtius, saltem in anno ter homines communicent, nisi forte quis maioribus quibuslibet criminibus impediatur, in Pascha uidelicet & Pentecoste & Natali domini. Sed & sacrum concilium Agathense, similiter & Elibertanum decreuerunt, ut seculares, qui in natali domini, pascha & pentecoste non communicauerint, catholici non credantur, nec inter catholicos habeantur. Et ò quàm sanctum illud tempus erat, quo charitas Christiana tam magna erat, tantumque feruebat: Atque ideo etiam nuptias agere & id genus alia gaudia per aduentum prohibita sunt, sicut in concilio Hilerdensi sancitum legimus: Non oportet à septuagesima usque in octauam paschæ, & tribus hebdomadibus ante festiuitatem sancti Iohannis Baptistæ, & ab aduentu domini usque post Epiphaniam nuptias celebrare: quod si factum fuerit, separentur.

De conse. dist. 10. ca. etsi nõ frequent.

Ibi. ca. secu. ca. ois homo.

Ca. non opor. 33. q. 4. ꝛc. scias, defer. ca. capellanus.

¶ Nec uero immerito sanctum hoc dominici aduẽtus tempus quilibet Christianus maiori & seueritate obseruat, & pietate præ cæteris (sicuti nunc quoque in canoni-

cis cœnobijs ieiunatur, quotidieq; conciones fiunt in aduentu, ut per quadrageſimam). Nam duos Chriſti aduentus in ſcripturis inuenimus, Alterum q iam dudum præteriit, quo ueniens in hunc mundum homo factus eſt. Et hunc quidem Chriſti aduentum ueteris teſtamẽti patres iam olim ardenti deſiderio, uotisq; flagrantibus ſemper petierunt, ſicut & Moyſes dicebat: Obſecro domine, mit te quem miſſurus es. Et Iſaias clamat ad dominum: Rorate cæli deſuper & nubes pluant iuſtum, aperiatur terra & germinet ſaluatorem. Iam tempora quo prolongabãtur magis, eo cœperant fieri moleſtiora grauioraq; illis, quòd Meſſiam nondum aduentare uidebãt, quòd ille aduentum ſuum uſq; adeo in quinquies mille annos differre pergebat. In eorum perſona ad illum hæc clamauit Iſaias: Vtinam dirumperes cælos & deſcenderes, à facie tua montes defluerent. Ita nũc quoq; ſancta eccleſia, quæ ſpiritui ſancto gaudet rectore, ſibi perſonam adſumpſit ueteris eccleſiæ, Deumq; precatur pro aduentu ſimul & ſemita æternæ felicitatis. & hoc ipſo quidem aduẽtu tota undiq; abundat ſcriptura. In propria enim uenit, & ſui eum non receperunt, inquit Iohannes. Et apud Lucam dominus ait: Filius hominis uenit quærere & ſaluum facere quod perierat.

Duo aduẽtus.

Exodi. 4
Iſaię. 45.
Iſaię. 64.
Johan. 1.
Lucę. 19

¶ Alter uero Chriſti aduentus eſt horribilis & tremẽdus, quo uenturus ille eſt in iudicio extremo uiuos iudicaturus & mortuos. ita enim ad Iudæos dixit: Videbitis filiũ hominis uenientem in nubibus cæli, in uirtute multa & maieſtate. Quod Iſaias multo ante præuiderat in ſpiritu, dicẽs: Dominus ad iudicium ueniet cum ſenibus populi ſui. Profecto enim omnem iudicandi poteſtatem Chriſtus habet, ſicut ipſe apud Iohannem profitetur, quum ait: Pater non iudicat quenquam, ſed omne iudicium dedit filio.

Matt. 24.
Iſaię. 3
Johan. 5.

¶ Iam nunc ergo utrunq; Chriſti aduẽtum hoc ſacro tempore recolit eccleſia, alterum quidem lætum, ſalutarem & pium plane ac miſericordem, quo uenit ille ſicut ouis non aperiens coram tondente os ſuum. Vnde nondum omẽm lætum iam hodie reiicit cantum, gaudet eñ ſuper hoc priore aduentu, atq; ideo retinet glorioſum

Iſaię. 53.

illud canticum alleluia. Alter autem Christi aduentus in graui & districta erit iustitia, quum iam Christus aduenier ut leo rugiens. tunc enim ipsæ etiam cælorum uirtutes mouebuntur, tunc & terræmotus magni erunt, & mortui omnes resurgent, atq; ab ultimis terræ finibus ad hoc cõuenient iudicium, in quo sane quum ut Petrus air, Vix iustus saluabitur, impius & peccator ubi parebũt? Vt iam recte sanctus Hieronymus dixerit: Siue comedã, siue bibam, siue aliquid aliud faciam, semper uox illa uidetur sonare in auribus meis: surgite mortui & uenite ad iudicium. Verum de extremo iudicio peculiaris suo loco habebitur sermo. Tantum illud hic uideamus, homo quũ Christi cogitat aduentum, qui illum uel uitæ adiudicaturus est æternæ uel damnationi perpetuæ, si ille uere pius est, humiliabit utiq; se. & merito quidem timẽs deum, eidem quoq; seruiet diligentius, in bonis deoq; beneplacitis operibus sese exercebit sedulo, quo tandem se paret gratiam recens nati paruuli in natali illius abũdantius & dignius percipere, ipseq; tandem in illo finali iudicio lætus compareat coram iustissimo iudice, uti non perpetuis affligatur pro merito suo supplicijs, sed potius uitã impetret sempiternam ex misericordia & merito Christi Iesu, Amen.

Luc. 21

1. Petri. 4

Hieron.

¶ Postremo, quando dictũ est hactenus, quomodo quaq; significatione euangelium hoc usurpetur, hac dominica, quur sanctum hoc tempus aduẽtus dicatur, & quomodo utrinq; nunc aduentus ad animum memoriamq; reuocetur, restat iam dicere quur id tandem quatuor diebus dominicis fiat. semper enim aduentus quatuor dominicas habet. Ad hæc iam respondeo, ordinatum constitutumq; id esse arbitrio & magno quodam consilio ecclesiæ catholicæ, quæ magistrum & rectorem suum habet spiritum sanctum: & quia super ea re biblicam scripturam nullam habemus, nec constat quando hic aduentus cœperit, credendum sane est, hunc quoq; ut alias ceremonias pleraſq; ex ipsa apostolorum institutione promanasse, sicut & Hieronymus & Damascenus testãtur de quadragesimali ieiunio, quod ad ortiuam cæli partẽ adoremus, quod hebdomadalis feriatio ex sabbato in diem

Quatuor dominicę aduẽtus.

sit translata dominicum &c̄. Quamuis ratione certa nō careant hic quoq; doctores, quur in aduētu factum id sit. Nanq; & priorem Christi aduentum quatuor sunt quæ præcesserunt, Inspiratio legis naturalis, Institutio circūcisionis, Legis scriptæ constitutio, & prophetiæ cōtesta tio. Quatuor hæc Messiæ aduentum præcesserunt, quæ & quatuor ijs dominicis diebus designātur. lex enim naturæ cœpit in Adam, circuncisio in Abraam, lex in Moyse, in Dauide autem prophetia (quamuis prius fuerunt prophetæ in particulari, Adam, Iacob, Ioseph, Balaam, Moyses &c̄.) Et ad eundem modum quatuor etiam tempora post Christi ponunt aduentum, primum apostolorum, quo Christianos persequuti sunt Iudæi: secundum martyrum, quando eodem in officio illos sequuti sunt gentiles: Tertium doctorum, quo hæretici persequi cœperūt ecclesiam, idq; ab imperatore Constantino usq; ad Carolum Magnum durauit. Quartum uero confessorum à Carolo Magno hactenus durat, durabitq; ad Antichristum usq;, quo non iam gentiles & hæretici tantum & tyranni, sed ipsi etiam peruersi Christiani fideles persequentur. Atq; id omne alterum illum Christi aduentū præcedet, quo ad iudicium uenturus est, unde & quatuor illis dominicis competenter designatur.

Quatuor præcesserunt aduētum Messię.

Quatuor tempora post aduētū Christi.

¶ Sunt tamen qui quatuor istorum dierum dominicorum in aduentu rationem hanc reddant, ex ipso etiam uocabulo aduentus. constat enim ex scriptura Christum quadruplici uia aduenire. Aduenit nanq; primum in humana natura natus in hunc mundum. Secundo, ueniet in ultimum iudicium iustus iudex. Tertio etiam uenit subcuiusq; hominis mortem. Quarto, in corda etiam singulorum hominum insinuans sese aduenit, & iustificās illum & dinina sua gratia clementer uisitans. De quolibet quatuor istorum generum aduentu per hoc tempus tractatur. & hodie quidem primus ille aduentus in mundum, & sic singulis dominicis deinceps, quemadmodum suo semper dicetur ordine. Quod autem ad hunc in carne aduentum attinet, require in sermonibus de Christi natiuitate, & in die natiuitatis Mariæ.

¶ Istæ sunt autem rationes tantum suasoriæ, augen-

tes deuotionem fidelium non necessario cogentes. Nam euangelium de secundo aduentu Christi, habetur secundũ usum Romanæ ecclesiæ dominica prima aduentus.

¶ Posset hic, neq; id etiam absurde, induci, quàm desideratus omnibus retro seculis fuerit Christi aduentus ille prior, sicut & Haggæus dicit: Veniet desideratus cunctis gẽtibus: unde & Iacob patriarcha desiderium illum dixit collium æternorum.

Haggę.2. Gene.49.

¶ Posset latius deinde explicari quantopere desideratus sit, in cælo quidem ab angelis, ab hominibus in terra, & in limbo à patribus. Ab angelis, siquidem lapsus illorum unus hic restitutor extitit. quãtum enim ciuium cælestium lapsu Luciferi sociorũq; erat deperditũ, Christus locum eorũ rursus hominibus suppleuit, testaturq; id ipse Dauid de Christo: Iudicabit in nationibus, implebit ruinas. & non paulo apertius Isaias, dicens: Consolabitur dominus Sion, & consolabitur omnes ruinas eius. Ab hominibus etiam plurimum desideratus est Christus, tanquam mediator, quemadmodum Paulus ait: Vnus est deus, unus mediator dei & hominum, homo Christus Iesus. A patribus autẽ ut redemptor desideratus est, iuxta prophetiam Zachariæ: In sanguine testamenti tui emisisti uinctos tuos de lacu in quo non est aqua. Et Dauidis: Qui educit uinctos in fortitudine. Et hæc quidem facile adductis scripturis dilatari possunt, iustumq; conficere sermonem.

Psal.109. Isaię.51

1.Timo.2

Zacha.9 Psalm.67

HOMILIA .III. DE HOC *ipso euangelio.*

EVangelium hoc tres in se cõtinet patres. Primum quomodo dominus quum uenisset Bethphage, cõmiserit apostolis asinam adducere cum pullo. Deinde ut præceptum illud Christi impleuerint apostoli. Postremo, quibus modis apostoli simul & totus populus domino ministrauerint, magnisq; gratulationibus & applausibus eum collaudârint.

¶ Quod ad primum attinet, quum iam appropinquasset Iesus Hierosolymis, ibi sane nescio misericordia ne

Christi, an charitas maior demonstretur redimendo generi humano exhibita. Prius enim quàm mortis suę tempus aduenisset, quamuis sæpe illum quærebant Iudæi occidere, sicut in Nazareth, quum in montem eum adducerent excelsum, non parcentes illi, quod quidē in eis erat, quin ipsum de monte etiam præcipitarent, uerum ille transiens per medium eorum ibat. Sed & quum arreptis lapidibus eum in templo essent lapidaturi, nisi ipse templum egressus abscondisset se ab eis. Et aliâs quoq; quærentibus illis apprehendere eum, exiuit de manibus eorum. Ac deinceps quum iam non palam ambularet apud Iudæos, abiit in regionem iuxta desertum, in ciuitatem quæ dicitur Ephrem. Quando iam hora aduenerat salutem & redemptionē generis humani operandi, non iam subterfugit, qn potius ultro mitissimus dominus ad passionis suæ locum aduenit, non abhorruit etiam manibus sese offerre inimicorum. ita enim habet euāgelium: Quū appropinquasset Hierosolymis, neq; sane eum passio & mors sua latebant, siquidem in ipso itinere iam sic dixerat ad illos: Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum & scribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad illudendum & flagellandum & crucifigendum. Ad hæc appropinquabat dominus Hierosolymis, ad passionem suam properans, ad sua ipse supplicia ultro festinans, uolūtarie ad mortem trāsiuit, ex magna illa charitate quam erga hominem habebat, ut sic illum rursus sibi conciliaret, sicut per Ieremiā dicit: In charitate perpetua dilexi te, & ideo attraxi te miserans. Vsq; adeo enim paterno quodam nos ille dilexit adfectu, accedens etiam ultro ad locum quo moriturus erat, ut à fletu & lachrymis quoq; sibi nō temperârit, quum ciuitatem aspiceret Ierusalem, sicuti Lucas describit, quòd & desolanda illa esset, & inhabitatores eius tantum angustiæ, afflictionis, ærumnæ & miseriarum perpessuri, quantum in mūdo uix unquā auditum foret. Sed ō domine Iesu Christe, etiam nūc appropinqua nobis per gratiam & misericordiā tuā.

Luce. 4. Johan. 8. Johan. 10 Johan. 11 Matt. 20. Matth. 21 Jerem. 31. Luce. 19.

¶ Quum iam Iesus uenisset Bethphage ad mōtem Oliueti. Id sane ab euangelista nō temere commemoratur.

Marc. 11. Luc. 19 nanq; & Marcus & Lucas hic mentionem faciunt Bethaniæ, quoniam Bethania & Bethphage locus hic uterq; in monte Oliueti non longe alter ab altero positus sit, & sicut Lucas in Actis ait, mons Oliueti à Hierosolymis per iter distabat sabbati, hoc est, mille passibus. Quando em̃ sabbatum rite sanctificare præceptum erat, non licebat illis in eo ultra mille passus ambulare. Atq; id sane ludeī usu receptum obseruârunt sine omni præcepto scripturæ, tantum hoc modo sibi à senioribus traditum, quomodo nos nunc quoq; multis utimur in ecclesia, quorum (ut supra dictum) quæ sit autoritas ignoratur, ita etiam nullum habemus scripturæ testimonium, tantum illum ab apostolorum temporibus in nostra hæc secula deriuatum usum, quod sane obseruatu dignissimum est contra nouellos istos Christianos, q̃ sine scripturis recipere nil uolunt. Fuit autem Bethphage prædium seu uilla sacerdotum, ubi sane merito Christus Iesus summus ille secundum ordinem Melchisedec sacerdos ingressurus iam in sancta sanctorum, idq; nõ per sanguinem hircorum aut uitulorum, sed per proprium sanguinem, quieuit: uolebat enim iam sacerdotium illud uetus, uetusq; testamentum & sacrificium consummare. Ablegauit ergo apostolos suos ex Bethphage, qui sacerdotibus ueteris testamẽti succesſuri erant. Neq; est quod in montis Oliueti expositione multum laboremus. oleum siquidem in scripturis misericordiam significat, quo fere exemplo ueteribus etiam ethnicis oliua pacis signum extitit, ut iam nimis competenter totius misericordiæ dominus discipulos suos ablegauerit ex monte Oliueti.

Actuum. 1

Gloſa interlinearis

Psal. 109 Hebr. 9

¶ Atq; hic iam dominus discipulos ex suis duos misit in castellum quod contra eos erat, ut illi asinam cum pullo adducerent. Discipulos hos duos sunt qui putent Petrum & Iohannem fuisse, quòd ij fere magis quàm cæteri familiares alter alteri fuerint, sicut ex cœna, in die resurrectionis in Samaria, & ex ipsa domini passione satis liquet. Sanctus Ambrosius super Lucam, Petrũ & Philippum hos duos fuisse arbitratur, sicut & magister in historia scholastica (quamuis male citet Philippum ex Actis apostolorum capite octauo, quia ille nõ fuit apostolus,

hic autem missi fuerunt apostoli, quia in præcedenti capitulo dicitur secreto adsumpsisse duodecim.) Quicunq; autem ij duo fuerint, non refert, quum suam semper habeat hoc expositionẽ, quæ nunc statim sequetur.

¶ Dixit uero dominus: Ite in castellum, quod contra uos est, & inuenietis asinam alligatam &c̃. Quo ad literam, asina hæc à diuitibus data fuerat in usum paupertũ, quibus nec emere nec fouere asinos facultas erat. unde illam communem fuisse omnibus, certum est etiam hic ex Lyra, post magistrum in historia scholastica. Verum cõmissio illa si bene põderetur, ut facit Chrysostomus, exigua non est. ibi enim declarauit Christus diuinitatem suam, suam potestatem, suamq; rerum omnium scientiam & cognitionem, ostendens scire se iam ante & illos asinam inuenturos & pullum alligatum, quodq; & asinam & pullum homines isti eis statim permissuri erãt, & hoc sane erat potẽter ac magna cum autoritate mittere.

¶ Sed & hinc nos discere oportet, paupertatem sustinere, non quærere fastum & tumentem superbiam, inquit Chrysostomus, ne maioribus in hiemus, quàm quæ requirit necessitas. Ideoq; natiuitati suæ Christus matrẽ elegit pauperculam, fabrilem coniugem, non etiam domum precioſam, sed casam & præsepe. Apostolos quoq; uocauit non doctos, diuites, nobiles, sed pauperes piscatores. Mensam illi panis ornabat ordeaceus, proprijs carebat ædibus, tántum de ciuitate una in aliam pedester ambulabat. non puluinaribus insidebat, sed in mõte graminibus, exigente rei necessitate. flebat etiam & collachrymabat, ijs omnibus nimirum regulam nobis Christianæ uitæ prębens. Vnde & asinæ urbem ingressurus insedit, tribus potissimũ de causis, partim ut illud signũ à propheta Zacharia iam olim traditum, quo Iudæi Messiam illum esse cognoscerent, hic impleretur: partim ad designandum mysterium, sicut in secundo iam ante sermone, & mox amplius explicabitur. Partim deniq; ad bonorum morum fidele exemplum, ne nos quoq; in apparatu pompoſo, fastu & proterua tumidaq; superbia uiuentes ambulemus. Extende illa, & applica ex superioribus, & habębis sermonem,

Per totũ euangeliũ

¶Hoc autem factum est, ut adimpleretur, quod dictum est per prophetam dicentem: Dicite filiæ Sion &c. Quomodo hæc prophetia iuxta literam faciat ad illum Christi ingressum, & per se patet, & iam ante primo sermone explicatum est. Nunc ergo ad spiritalem sensum ueniamus, secundum regulam beati Augustini supra in secundo sermone traditam, considerauri quidnam hic nobis & facta Christi & uerba designent, sequuturi etiam in hoc sanctum Chrysostomum super Matthæum, & sanctum Ambrosium super Lucam.

Chrysost. Ambrosi.

¶ Appropinquauit Christus sanctæ ciuitati Ierusalem. Ierusalem tantundem est ac si dicas, uidens pacem. significatq; hic ecclesiam sanctam dei, quæ ut semel cœpit in Abel, ita duratura est usq; ad ultimum iustum, qui uicturus est super terram. Hæc in ueteri olim testamento parUula adhuc erat, carens huberibus, donec sponsus illius filius dei Christus Iesus ei appropinquauit factus homo, ubi uenit Bethphage, quæ uox Syrica est, inquit Hieronymus, non Hebræa, domumq; significat oris seu mandibulæ. designat autem thesaurum uerbi dei, qui extitit in Christo Iesu. In eo enim omnes thesauri sapientiæ & scientiæ fuere recõditi. sed etiam secundum humanitatem suam Bethphage est. Ad montem uenit Oliueti, hoc est, ad altitudinem & sublimitatẽ pacis. uere enim hæc pax summa est, qua ille pacificator homines deo patri & angelis reconciliauit, unde & angeli in eius natiuitate canebãt: Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus. Quin potius ipse Christus mons ille est Oliueti, quo pater cælestis nobiles inserit oliuas, dicentes istud Dauidicum: Ego sicut oliua fructifera in domo dei. Et esse quidem oliuam pacis signum, ex Genesi perspectum habemus, ubi columba ramum adferebat oliuę in arcam Noe. Christus enim ille ipse est, qui & pacem suam nobis dedit, & suam quoq; nobis reliquit pacem.

Hierony. Colos. 2. Lucę. 2. Psalm. 51. Gene. 8. Johan. 14.

¶ Christus discipulos emisit duos, hoc est, prædicatores duos. Quo quidem numero nos prædicatores intelligere omnes debebimus, quos ex Bethphage, domo scilicet oris, ablegauit deus. nam in præceptis geminæ charitatis dei & proximi, omnes pendent prophetæ & lex

Matt. 22.

uniuersa. Atqui ea ipsa illi prædicaturi erant præcepta. Vel etiam duos esse qui mitterentur conueniebat, quòd omnes prædicatores habeant sciẽtiam in ueritate, & puritatem in opere, ut inquit Beda. Quamuis etiam Theophylactus exponit duos esse ad soluendum missos, Paulũ quidem ad gentes, Petrum uero in circunciſionem, hoc est, ad Iudæos, sicut ipse testatur ad Galatas, Beda. Theophy. Galat. 2

¶ Et ait illis Christus: Ite in castellum, quod cõtra uos est. Sed quur Hierosolymam hic castellum nominat? quoniam ibi non paradisum cælestem, sed hunc mũdum designat, quem diabolus extruxit concupiscentijs malis, cõfirmauitq; priuatæ utilitatis adfectu, omniq; superbia & proteruitate. unde & Christus non Ieruſalem, sed castellum dicit, adijciens insuper, quod contra uos est. Certe enim contra dominum erat Ieruſalem, quem crucifixit, contra apostolos etiam & discipulos Christi, quos persequuta est, Petrum & Iohannem nanq; captiuos coniecit in carcerem, uirgisq; cecidit, lapidauit Stephanum, Iacobum occidit &c̃. Inuenietis asinam alligatam &c̃. Actu. 5. 7. 7 12.

¶ Per hæc animalia duo intelligit, quòsnã prædicare deberent apostoli, Iudæis nimirum & gentibus, utriſq; quidem magnis peccatorum uinculis constrictis, idololatriæ nimirum & blaſphemiæ. Nec est quod alienum hoc tibi mirumq; fiat, Iudæos & gentes animalibus brutis designari. hoc enim & Dauid nos docuit: Homo quum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumẽtis insipientibus & similis factus est illis. quamuis & prohibeat hoc deus, ne similes illis unquam efficiamur, per eundem alio loco sic dicẽtem: Nolite fieri sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus. Asina, quoniam & uetula & gestandis assueta erat ponderibus, synagogam recte figurat Iudæorum, qui multo iam tempore legis Mosaicæ iugum portauerant. Pullus autem cui (ut Marcus ait) nemo adhuc insederat, gentes significat legi diuinæ non alligatas, efferatas insuper in erroribus & indomitas, omniq; blaſphemia corruptas, quæ nec deum iam nouerant. Quid mirum autem si Iudæos & gentes ad ueri dei agnitionem Christus reuocauit, quum ipse sit ille lapis angularis, in quo, ut Petrus inquit, parietes duo isti ex Psal. 48 Psalm. 31. Marc. 11. Epheſi. 2. 1. Petri. 2.

Iudæis & gentibus unum facti sunt.

¶Hoc autem factum est, ut adimpleretur quod dictum
Zacha.9 est per prophetam. Et hæc quidem Zachariæ uerba quilibet prædicator à deo missus tanquam sibi dicta æstimare debet. Dicite ò prædicatores, filiæ Sion, hoc est, cuiq; fideli animæ. Rex tuus, tuus deus & dominus, en tibi uenit mansuetus, paratissimus iam misericordiam tibi hoc tempore gratiæ exhibere, dum asinæ insidet & pullo, dum adhuc in tempore illo ecclesiam ex omnibus gentibus administrat & regit. nam quum in nubibus aduenturus erit iratus, seuerum tunc & iustum uidebis iudicem. Ex iis solis uerbis Zachariæ poteris facere sermonem de officio prædicatoris. At quàm pulchre sanctus Ambrosius hic concludit, quum ait: Non enim mũdi dominus forẽsi specie gestari dorso asinæ delectauit, sed ut latente mysterio penetralia mentis nostræ insterneret, & in secretis animorũ interiore cõsessu mysticus rector insideret, quasi quodam corpore diuinitatis infusus, regens mentis uestigia, lasciuiam carnis infrenans.

¶Fecerunt ergo discipuli, sicut præcepit illis Iesus, nihil addentes de suo, quod nunc carnales isti faciunt prædicatores, nolentes sustinere unà cum euangelio scripturæ sensum induci ex sanctis patribus, Augustino, Cypriano, Chrysostomo, Hieronymo &c̃. Verum sua figmenta & somnia, nõ temperãtes sibi etiam à calumnijs omnium ordinum, ecclesiasticorum præcipue, assuunt & intermiscent, sine ullo præcepto, imò & contra Christi præceptum. Non ita hic fecerunt apostoli. Sequitur, imposuerunt super eos uestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt &c̃. Est qdem dubia hic quæstio, quomodo Christus asinæ simul & pullo insederit. Theophylactus dicit primum eum super asinam sedisse, postea super subiugalem: quia & primum quieuit in Iudæorum synagoga, deinde in gentili populo. Neq; id sane inepte. primum eũ uocauit synagogam, quum ipsi etiam apostoli & discipuli Christi Iudæi fuerint, & ex illis deinde ecclesia succreuit catholica, dicẽte propheta: De Sion exibit lex, & uerbum domini de Ierusalem. Deinde tãdem subiugali insedit, quo gentes significantur: quoniam in ipsa etiam
Isaię.2.

prima apostolorum ad opus & officium prædicationis emissione, illos ad Iudæos tantum misit, quum diceret: In uiam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. Marc. 10. Post suam autem resurrectionem, Ite, inquit, in orbem uniuersum, & prædicate euangeliũ omni creaturæ. Mar. vlt. Tunc enim illum etiam indomitum subiugalem sibi subiecit, & sub Christianam istam gratiæ legem subiugauit. Hieronymus quidem tam breui itinere putat Christum nõ insediſſe utriq;. Hieron. & sane si usum ac necessitatem consideres tantum, quid mirum si nullius plane usus esset officio? uerum ad signum illud à Zacharia datum implendum, penes quod Messias cognosceretur, & ad hoc ipsum quoq; arcanæ significationis consummandum mysterium, pie credẽdum est profecto. Neq; id scripturæ est absimile, ipsum utriq; inequitasse. siquidem super utrũq; illi etiam uestimenta posuerant sua.

¶ Sed iam diu quæri audio, quid ista etiam sibi uelint uestimenta apostolorum. Vitam nimirum eorum sanctã designant, quam plurimum etiam attenderunt Ethnici, quo libentius faciliusq; fidem deinceps catholicam adsumpserunt. Ita enim CHRISTVS: Sic luceat, inquit, lux uestra coram hominibus, ut uideãt opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum qui in cælis est. Matth. 5. Audite hæc Neochristiani, Christus opera bona lucere uult, quę uos tamen usq; adeo contemnitis, ut etiam hypocrisin clametis esse. Ecce alterius à uestra persuasione sententiæ est Christus, huic nos adhærentes fidem habebimus, non istis carnalibus & ex carne natis prædicatoribus. Vt ergo Christus commode insidens asellæ ingredi posset, uestes illi suas, suam honestam conuersationem proposuerunt, ut sic tandem facilius asina gentilitatis Christũ admitteret, ferretq; sessorem: sicut in epistola quadã Plinius scribit ad Traianum. Plinius libro. epi. 96. hic enim quum Plinio præceperat Christianos torquere & affligere, Plinius imperatori de inculpato eorum scripsit conuictu, quomodo neminẽ offenderent, deo supplicarẽt quotidie, orarẽt etiã quum ederent, & tunc gratias agerẽt. Quibus porro adplausibus, cõgratulationibus & honorificis tripudijs, turbæ dominum usq; in Ierusalem sint comitatæ, prostratis

in uias uestibus, arreptis ex arboribus ramis, decantatis in hoc etiam à turbis & pueris hymnis & laudibus, paulo commodius in dominica palmarum explicabitur. ibi hæc lector diligens requirat. Beda, qui uestimenta deposuerunt super asinam, apostoli, inquit, sunt, cæteriq; doctores. neq; enim nudo insidet asino Christus, tectum illum esse oportet sana & catholica doctrina.

Beda.

DOMINICA .II. ADVENTVS,

Euangelium Lucæ 21.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Erunt signa in sole & luna & stellis, & in terris pressura gentium præ cõfusione sonitus maris & fluctuum, arescentibus hominibus præ timore & expectatione quæ superueniẽt uniuerso orbi. Nam uirtutes cælorum mouebuntur. Et tunc uidebunt filium hominis uenientem in nube cum potestate magna & maiestate. His autem fieri incipientibus, respicite & leuate capita uestra, quoniam appropinquat redemptio uestra. Et dixit illis similitudinem: Videte ficulneam & omnes arbores, cum producunt iam ex se fructum, scitis quoniã prope est æstas. Ita & uos cum uideritis hæc fieri, scitote quoniã prope est regnum dei. Amen dico uobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cælum & terra transibunt, uerba autem mea non transibunt.

Isaię.13 Joël.2

Matt.24. Marc. 13. Isaię.3

Matt.24. Marc. 13.

Matt.24. Marc. 13 Roma. 13. 1. Thes. 13. Apoca. 8.

HOMILIA PRIMA.

EVangelio iam hoc præcipue nobis Christus suum illum declarat ad iudicium aduentum, quo uenturus est iudicare uiuos & mortuos, eoq; nunc ideo utitur ecclesia, quoniam hoc iam tempore Christianos filios suos illa admonet iudicij istius meminisse: quod quũ faciunt, facilius se hic deo reconcilient, cumq; maiori lætitia in extremo tandem iudicio appareant, præmium simul ac æternæ benedictionem salutis recepturi. Primũ autem statim signa hic Christus enumerat, diem illum iudicij præcessura, deinde aduentum suum, tertio loco cõsolationem bonorum, mox & exemplis eadem declarat, atq; ad extremũ confirmat tandem hęc omnia certo certius esse adimplenda. Sed nos ipsum iam contextum secũdum literam explicemus, deinde opitulante dei gratia articulos hinc educamus.

¶ Erũt, inquit Christus, signa in sole &c̃. Quæris, quãdo hæc signa futura sint? Ex Luca id quidem non ita cõstat. paulo ante enim quàm hæc dixit, loquuturus erat Christus de miserando urbis Ierusalem excidio, atq; hoc ita concludit: Ierusalem calcabitur à gentibus, donec impleantur tempora nationum. Et erunt signa &c̃. Ex ijs sane uerbis quid colligas non habes, nec certus eris, quãdo hæc signa in sole & luna apparebunt. Verum ex Matthæo ipsam etiam temporis licebit addiscere circunstantiam. Quum enim enumerasset iam CHRISTVS illas, quæ super terram futuræ sunt per Antichristum calamitates & persequutiones, sequitur: Statim post tribulationem dierum illorũ sol obscurabitur. Vnde certa stat sententia, signa quæ hic in euãgelio cõmemorantur, futura post Antichristi tempora, ante tamen diem extremum. Nanq; ubi Christus dominus spiritu oris sui interfecerit Antichristũ, sicuti Paulus testatur, & Iudæi, & Ethnici, quicq; ex Christianis desciuerãt, agnoscere iam cœperint se ab Antichristo insigniter falsos esse & deceptos, tunc demum ij quoq; se per contritionem & pœnitentiam ad Christum conuertent, nec multo post signa, de quibus hic in euangelio, incipient. Quoniam autem inter Anti-

Lucę. 21

Matt. 24.

1. Thes. 2

christi mortem & diem extremum temporis aliquid intercesserit, colligere facile licet ex uerbis sancti Iohannis in Apocalypsi: Quum aperuisset sigillum septimum, factū est silētium in cælo, quasi media hora. ac deinceps de cantu angelorum narrat, quid miseriæ & calamitatis futurę sit super terram. Quum ergo & hic Iohannes meminerit mediæ horæ, & apud Matthæum dicatur, statim, nonne patet ab interfectione Antichristi non diu signa hæc in cælo apparitura?

Apoca. 8.

Watt. 24.

¶ Deinde signa quæ uidebuntur, Christus hic enumerat quinq;. Primum de cælo in sole, luna & stellis, quę tamen cuiusmodi sint futura, ex hoc loco non constat, uerum Christus eadem apud Matthæū latius explicat, quū dicit: Statim post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadēt de cælo. Pulchrum sane & uenustum mundi huius, uelutixoιμήλιον est sol, utpote qui suo cursu totum mundum regit, quotidie circa terram rotatus & agitatus, nec cursu solo, sed & splendore & influentia, unde æstatis & hyemis pendet uicissitudo, & quicquid tam hyeme occidit, quàm æstate nascitur, ut recte simul & sapienter dixerit Sapiens: Sol in aspectu annuncians in exitu, uas admirabile, opus excelsi. Erunt ergo in illo omnibus cōspicuo sole signa. Quęris signa cuiusmodi? sanctus Augustinus in libro de doctrina Christiana, regulam nobis exhibet ualde necessariam, quam ad manus etiam nos habere sedulo addecet. docte enim ille tradit, cur aliqua sint obscure in sacris literis tradita, ad edomandam labore superbiam, & intellectum à fastidio reuocādum. Docet etiam, quomodo ambigua scriptura ex propriis uerbis triplici causa dissoluitur, eademq; clara fit ex regula fidei, quæ de planioribus scripturaę locis & autoritate ecclesiæ petenda fit, ex consequentibus & præcedentibus partibus sermonis, collatione item interpretū, linguæ præcedentis inspectione, & scripturarum collatione. Ex Matthæo aūt iam ante audiuimus, solem caligine obduci, cuius rei apertissimū habemus etiā in Ioële contextū: Sol conuertet in tenebras, & luna in sanguinē, anteq; ueniat dies domini magnus & horribilis. Dies iste magnus,

Sol.

Ecc. 43

Augu. li. 3 de doctri. Chri. ca. 2. & alias sępe.

Joël. 2

dies extremus est. sæpe enim in scripturis dies domini ꝓ die quo ad iudicium uẽturus est Christus, usurpatur. Plane siquidem dies iste suus est dies, cum omne iudiciũ pater dederit filio. Et si in scripturis porro pergamus quęrere, inueniemus hoc ipsum in mystica illa Iohānis Apocalypsi de sole, luna & stellis dictum: Ecce terræmotus magnus factus est, sol factus est niger tanq̃ saccus cilicinus, & luna tota facta est sicut sanguis, & stellę de cælo ceciderũt super terram. Neq; uero in sole tm̃ & luna signa hæc cernent, sed & alia multa. Ad declarandũ enim horrorem irati iudicis qui die illo uenturus est, deerrabũt ex solito suo motu, stabũtq; interdũ, quod quidem ex ꝓphetia Habacuc Albertus colligit: Sol & luna steterũt in habitaculo suo, in luce sagittarꝝ tuarꝝ. Solis quoq; pars nõ exigua percutietur, sicut Iohannes dixit: Percussa est tertia pars solis, & tertia pars lunæ, & tertia pars stellarꝝ, ita ut obscurarẽt tertia pars eorꝝ, & diei nõ luceret pars tertia & noctis similiter. Et hanc tu percussionẽ intelliges secundũ diminutionem influxus eorꝝ, quem aliâs habent in ea quæ ex terra pronascunt, qui sane non minimus futurus est defectus in omnibus fructibus terræ. inde enim non fames tantum, sed & omne morbi genus ex pręcocibus fructibus promanabit.

Johan. 5.

Apoca. 6.

Habac. 3

Apoca. 8.

¶ Quamuis iste stellarum de cælo lapsus, non essentialiter & in rebus ipsis ita debet intelligi, tantum enim id ita fieri propter fulgura, stellas uolantes aliasq; impressiones meteoricas apparebit hominibus, usq; adeo tamen stellæ quoq; lumen suum amittent, ut nec amplius uidebuntur, & homines ipsi stellas iam nullas in cælo esse putabunt, sicut ait Isaias: Stellæ cæli & splendor earum nõ expandent lumẽ suum, obtenebratus est sol in ortu suo, & luna non splendebit in lumine suo. Horumq; oñium ratio adsignari põt huiusmodi, sicut sol sub ipam Christi passionem tenebris obductus est & caligine super peccata hominũ, quòd dominum deumq; suum Iesum Christum occiderant, ita consummatione imminente seculi, idem ille obtenebrabitur, suũq; subtrahet splendorem a multitudine scelerꝝ & peccatorum hominum, qui radiis etiam solaribus tunc erunt indigni, sicut alio loco

Isaię. 13

Isaię. 24 dixit Isaias: Erubescet luna & confundetur sol, quum regnauerit dominus exercituum.

¶ Secundo signorum, quæ diem prȩcedent extremum, loco pressura numeratur gentium in terris, eaq; ex superioribus signis prouenier. sterilis enim per illa facta terra, paularim etiam inficietur, unde fames, charitas annonæ & pestilentiæ, pdibunt, quomodo Aegyptus propter Exo. 9. 10. scelera & peccata sua à deo afflicta est grauiter. Nanq; & cælum & terra & elementa omnia creatori suo famulantur ad pœnam & supplicium peccatorum, teste Sapiente: Sapien. 5 Pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos. & Sapi. vlt. in alio loco: Omnis creatura ad suum genus ab initio refigurabatur deseruiens tuis præceptis. Testat idem & Iob, Job. 20. quum ait: Terra consurget aduersus eum, apertũ erit germen domus illius. Decet enim ut quũ iam abundabit iniMatt. 24. quitas & refrigescet charitas multoꝝ, sicut Christus fore prædixit, maior etiam fiat pœna & afflictio. Tertiũ porro signũ hic in euangelio secundo coniungitur, cõfusio sonitus maris & fluctuũ. In terris em̃ pressura erit gentiũ p̃ cõfusione sonit⁹ maris & fluctuũ. Cõstat ergo hinc, quõ mare etiam commouebit., magnosq; accolis suis horrores, pressuras, malaq; dabit, ut recte dixerit Dauid in Psal Psalm. 92 mis: Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis domiSapien. 5 nus. Neq; male prædixerit idipsum Sapiens etiã: Flumina concurrent duriter, contra illos stabit spiritus uirtutis, & tanquã turbo uenti diuidet illos, candescet in eos aqua maris. Ex tãto signorum horrore contabescent etiam homines præ magnitudine timoris & expectatione iudicij, quod tunc ueniet super uniuersam terrã. Ex durissima enim signoꝝ istoꝝ asperitate, horrorem quoq; districti quod consequetur, iudicij colligent.

¶ Solẽt hic cõmuniter ex Hieronymo quindecim enu Hieron. merari signa, quæ diem præcedẽt extremum, & ijs sane tantũ fidei est dandum, quantũ scripturis probauerint.

I. Quoniam mare eleuabitur cubitis quadraginta super iustam altitudinem montium, atq; ita fixum loco consistet ut murus. Psalm. 92.

II. Mare rursus in se absorptum residebit, ita ut uix Psal. 106. appareat.

III. Fera quoq; & immania animalia maris rugient usq; in cælum. Psalm.103

IIII. Mare ardebit usq; ad fundum. Apoca.21

V. Arbores & herbæ sudabunt sanguinem. Joël.2

VI. Corruent ædificia omnia. Apoc.14.

VII. Collidentur & petrę mutuo. Judit. vl.

VIII. Terræ motus erit maximus. Psalm.67

IX. Montes uallibus æquabuntur. Isaię.40.

X. Homines exibunt per aperturas, uelut surdi & nō loquentes. Amos.4.

XI. Ossa mortuorum super terram uenient, super sepulchra propria. Jezec.37.

XII. Stellæ cadent de cælo. Apoca.6.

XIII. Omnes homines morientur. 1.Thes.4.

XIIII. Cælum & terra uno ardebunt incendio. 2.Pet.vl.

XV. Tunc tandem cælum nouum erit & terra noua. Isaię.vlt.

¶ Hæc breuiter ita attigimus, quoniam non omnes ea certo adeo credere uolunt, neq; loci isti scripturarū semper id ita, quo ad sensum literalem, clare & manifeste exprimunt. Cui ergo hoc liberum relinqui uolumus. Nobis interim hoc sat est, certos esse nos hinc ex uerbo dei, & scire omnia ante extremum diem futura anxia, horrida, & plane grauissima. Vide extē se. Bern. in rosario serm.9.

¶ Quartum hic in euangelio signum est, quòd uirtutes cælorum mouebuntur, idq; de angelis intelligi potest, ut sentiūt sanctus Gregorius, Theophylactꝰ & alij. Certe enim angeli tremore quodam horrebunt & trepidabunt illo die. Et quomodo non tremerent angeli sancti, inquit Chrysostomus, quum uidebunt tantam & dæmonum & hominum multitudinem simul damnari? Vnde & Iob dixit: Columnæ cæli contremiscunt & pauent aduētum eius. Quāuis nō desunt qui dicant, quoniam peculiaris ille inter angelos uirtutum chorus mouebitur, siquidem illarum ministerio deus sua operatur miracula, & quum plurimum tunc miraculorum ante, in & post ipsum iudicium fieri permittet deus, mouebuntur illæ ad deo ad huiusmodi miracula perficienda, sicuti Dauid cecinit: Benedicite domino omnes uirtutes eius, ministri eius, qui facitis uoluntatem eius. Tertio etiam per illas Gregoriꝰ. Chrysost. Job.26. Psalm.102

cælorum uirtutes quidã corporeas iſtas cæli uires intelligunt, quæ & ipſum mouent cælum, & inferiora hæc oĩa regunt, uolentes ita ſenſibile etiam iſtud cęlum ſonitum uiolentum eſſe daturum præ horrore tremẽdi diei & iudicij Chriſti, quemadmodum & Iob in ſpiritu iam præuiderat, Concentum, inquiens, cæli quis dormire faciet? Quid multa? creaturæ omnes horrebunt & trepidabunt à facie magni illius diei domini noſtri Ieſu Chriſti, quĩ & gratiam nobis ſuam hic ita concedat in terris, ut illo die iuſti coram iuſto iudice inuenti, per ipſius etiã ſentẽtiam gloriam & uitam conſequamur æternam.

Iob. 38.

HOMILIA II. DE DIE *extremo.*

EVangelium hoc ad illum Chriſti pertinet aduentum, quo uenturus eſt in diem extremum, quum uidebunt filium hominis uenientem in nube cum poteſtate magna & maieſtate. Et hic quidem Chriſti aduentus ſæpenumero in ſcripturis commemoratur, ut nõ ſit hic quoq; ſurda aure prætereundum, quod ait: Videbunt filium hominis uenientem, innuens per hoc, quoniam ſicut prior illa ſua in mundum natiuitas occulta fuit, adeo ut ad eam manifeſtandam & angelo opus eſſet, qui de cælo deſcendens paſtoribus natalem tantum adnunciaret, & ſtella quæ in cælo apparens tres duceret magos: ita alter iſte aduentus per ſe manifeſtus erit & apertiſſimus omnibus, quando omnibus ille ueniet conſpicuus, agnoſcetur ab omnibus, ut non ſit opus angelo, qui eum cognoſcendum hominibus exhibeat, quemadmodum Iohãnes dixit: Videbit eum omnis oculus. boni etenim & mali uidebunt eum. Vnde ſequitur, in quanam uenturus ſit Chriſtus ad iudicandum forma. nam quum duplicem habeat naturam, diuinam ſcilicet & humanã, iudicaturus tamen in humana eſt natura, quamobrem & euangelium habet: Videbunt filium hominis. Et apud Matthæum, Filius hominis uenturus eſt in gloria patris ſui cum angelis ſuis, & tunc reddet unicuique ſecundum

Luc. 2. Matth. 2 Apoc. 1. Luc. 21 Matt. 24. Matth. 16

opera eius. Et quamuis illa iudicandi potestas ad totam pertineat trinitatem, ea tamen illam Christo proprie tradidit, sicut & in Euangelio dixit: Pater omne iudiciũ dedit filio. & post suam resurrectionem ait: Mihi data est omnis potestas in cælo & in terra. Johan. 5. Mat. vlti.

¶ Conuenit etiam hic dicere, ꝙ quamuis omnes Christiani Christum uenientem uisuri sunt iudicem, id tamẽ fiet cum discrimine. boni enim uidebunt eum in honestissima illa sua & glorificata figura, idq; cum effusissima maximi gaudij lætitia. mali autem humanitatem quidẽ illius intuebuntur, sed non gloriam, quandoquidem in illa etiam quam uidebunt forma, trepidabunt plurimũ & contremiscent. Quinimo absorptos se malint in imo tartaro, quàm uno ictu oculi iratum illum aspicere iudicem. Vnde & Isaias dixit: Impius non uidebit gloriam domini. Visuros autẽ & bonos Christũ, eo quo diximus modo, idẽ satis magnus certusq; nobis testis adest, dicẽs: Regem in decore suo uidebunt. Et malos tantum secundũ eius humanitatem Iohannes testatur: Ecce uenit cũ nubibus, & uidebit eum omnis oculus, & qui eũ pupugerũt. Isaię. 26. Isaię. 33 Apoca. 1.

¶ Deinde spiritu sancto docemur per scripturas, Christum dominum ante suum illud tam horrendum iudicium præmissurum ignem, qui uniuersum exurat mundũ. Sicut enim diuina uirtute aqua diluuij totam inundauit terram, ita ignis ille potẽter totum etiam purgabit mũdum. Quapropter & Augustinus in libro de ciuitate dei, arbitratur ignem illum non altius conscensurum quàm aqua diluuij, hoc est, quindecim cubitos super uniuersam omnium montium altitudinem. Et hunc nimirum intellexit uel præuidit rectius in spiritu suo Dauid, quum diceret: Ignis ante ipsum præcedet & inflammabit in circuitu inimicos eius. Et quid mirum, uidisse ignem hunc Dauidem, quem tot annis antea prospexerat Moyses? Ignis, inquit deus, accensus est in furore meo, & ardebit usq; ad inferni nouissima, deuorabitq; terrã cũ germine suo, & montiũ fundamenta cõburet. Ad hæc ignem istũ cæteris omnibus clarius uelut digito demõstrauit sanctus Petrus, dicẽs: Cęli qui nũc sunt, & terra eodẽ uerbo repositi sunt, igni reseruati in diẽ iudicij & ꝓditiõis impioꝝ hoim. II. Li. 20. cã. 18. Psalm. 96 Deut. 32 2. Petri. 3.

Et paulo post: Aduenie t dies domini sicut fur, in quo cæ li magno impetu transient, elementa uero calore soluẽ tur, terra autẽ & omnia quæ in ipsa sunt opera, exurent.

¶ Rationem quoq; ignis huius ex scripturis discimus. Quum enim terra & aër uitijs hominum præcipue & ma xime sint polluta, homicidijs, adulterijs, mendacijs & cæ teris, ipsaq; etiam elementorum natura non paulo sit de prauata, dominus deus omnes creaturas renouabit pur gabitq;. & ea sane renouatio in terra incipit ab ignibus.

Apoca. 21 Ita & Iohannes in persona domini: Ecce, inquit, ego no ua facio omnia. hoc est, dominus innouat omnia. Ante enim hæc uerba dixerat Iohannes: Primum cælum & pri

Isaię. 65. ma terra abijt, & mare iam nõ est. Et Isaias: Ecce ego creo cælos nouos & terram nouam, & non erunt in memoria priora. quæ quidem uerba eodem debẽt intelligi modo, quum terra ex sua quidem substantia perdurabit in æter-

Psal. 103. num, ita etiam dicẽte Dauid: Qui fundasti terram super stabilitatem suam, non inclinabitur in seculum seculi. Omnis iraq; ista renouatio de figura, de pre & id genus alijs tantũ intelligi debet, rebus adiacentibus, quod aper

1. Cor. 7. te Paulus ad Corinthios scribens, admonet: Præterit fi-

Isaię. 30. gura mundi huius. & de planetis Isaias, Erit, inquit, lux lunæ sicut lux solis, & lux solis erit septempliciter sicut lux septem dierum. Nec obstat, quòd tunc sol stabit. siqui dem quum tempus iam nullũ erit, nec solis opus fuerit

Isaię. 60. ortu & occasu. quod & clare idem expressit propheta,

Apoca. 10 Non occidet ultra sol tuus. Et ut Iohannes dixit: Ange lus leuauit manum suam ad cælum, & iurauit per uiuen tem in secula seculorum, qui creauit cælum, & ea quæ in illo sunt, & terram & ea quæ in ea sunt, & mare & oñia quæ in eo sunt, quia tempus non erit amplius. Cuius si ra tionem desideras, en eam tibi, nanq; & cælum iam tunc non mouebitur: & ne cogites, dum una cæli parte fixus semper sol consistit, altera hemisphęrij parte noctẽ per petuam & horridam esse caliginem, ecce terra quoq; post sui purgationem undiq; ut crystallus erit secundum su perficiem suam, ubi etiam radij luminis solaris ex omni parte iuxta cadent super terram.

¶ Sunt & ignis huius aliæ adhuc causæ, purgabit eñ

electos quoq;, eritq; eorum id purgatorium, qui aliquid in se adhuc habebunt purgabile, sicut & magister Sentẽtiarum probat. Quamuis non desunt ex doctoribus quidam, qui dicant ignem hũc deinceps cum omnibus istis mundi huius sordibus ad inferos coniectum iri, colligentes idipsum ex Dauide dicente: Vox domini intercidentis flammam ignis, ut ibidem etiam Basilius commemorat, Existimo, inquiens, quòd ignis ad ultionem diabolo & angelis eius, domini uoce frangatur. Præterea scriptura nos docet crucem sanctam in aëre apparituram, ex illis uerbis Christi: Tunc apparebit signũ filij hominis in cælo, unde & Ecclesia canit, Signum crucis erit in cælo quum dominus ad iudicandum uenerit. Et quamuis in ea quidam sint sententia, ut credãt lignum crucis qua mortuus est Christus, hic non appariturũ, sed tantum signũ illius aliquod, tamen plærique doctores concordi consensu arbitrantur ueram illam Christi crucem huc esse ministerio angelorum adportãdam in signum uictoriæ, sicut Chrysostomus ait: Qui enim cadauera hominum in pulueres iam & cineres mutata redintegrat, idem restaurare totamq; planè restituere potest crucẽ in plures etiã scissam partes. Illa tunc exhibita, simul declarabit Christus & uictoriam erga dæmones suam & misericordiam, ut uel sic uideant boni quàm ex mera eos gratia redemerit. unde recte dixit Chrysostomus: Crux sole fulgentior uidebitur, obscuratur enim sol, crux autem apparet, quod fieri non posset, nisi radios solares splendore superaret. Cuius autem rei gratia istud signũ apparet? ut magno cumulo Iudæorum imprudentia opprimatur, crucem in suam iustificationem secum habens, in iudicium ueniet, acerbum ac ignominiosum mortis suæ genus ostendens. Tunc plangent tribus, non enim accusantibus opus erit, quum crucem uiderint. Et profecto innouatis creaturis omnibus, ipsa quoq; crux nouo quodam & admirabili illustrabitur splendore, & sic perpetuo fixa fulgebit in cælo, ex ijs quas nũc assignauimus causis.

Dist. 45. quarti.

Psalm. 28

III.

Matt. 24.

Chrysost.

Chry. sup Matt. 24.

¶ Sed & hoc pie credendum est, nõ solam Christi crucem, sed alia etiam passionis mortisq; eiusdẽ arma à sanctis angelis huc deferenda esse in iudiciũ, puta, columnã

qua flagellatus est dominus, lanceam qua sanctum illius adapertum est latus, clauos, coronam, flagella & uirgas, spongiam & harundinem &c. omnia enim hæc intelligi commode possunt in eo, quod Christus dixit, uerbo, signum filij hominis. Quid uero quod ex sanctis doctoribus sunt non pauci qui asserant signum illud crucis Christi non tantum in cælo appariturum ueraciter, sed quoniam illud electi quoq; dei gestabunt in frontibus suis? unde & Iohannes ait: Nolite nocere neq; terræ neq; mari neq; arboribus, donec signemus seruos dei nostri in frõtibus eorum. quod iam olim Iezechiel præuiderat, inter cæteras uisiones suas prodens Tau positum in frontibus hominum lugentiũ. Ad hæc dominus noster Iesus Christus cicatrices quoq; & uestigia uulnerum suorum allaturus secum est in iudicium. nanq; ita commodius impletur prophetia Zachariæ & Iohannis, Videbunt in quẽ transfixerunt. Et Paulo post in sequenti capite, Dicetur ei, Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? & dicet, iis plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me. Vis adhuc amplius quid? Martyres quoq; oñes cicatrices & uibices signaq; secum deferent suppliciorum suorum, qua de re plura infra in sermone de martyribus uel etiã de resurrectione.

Matt. 24.

Apoca. 7.

Zacha. 12. Apoca. 1. Zacha. 13.

¶ Porro in scripturis cõperimus & angelorum emissionem, uocem tubæ, uocationem mortuorum ad iudiciũ, cum apud Matthæum dicat dominus: Mittet angelos suos cum tuba & uoce magna, & cõgregabunt electos eius à quatuor uentis, à summis cælorum usq; ad terminos eorum. Ex hoc etenim scripturæ loco sancti patres de futuro iudicio sententiam colligunt huiuscemodi, quoniam principio angelos suos emittet Christus, qui cineres puluueres q; mortuorum corporum colligãt eo loco, ubi præcipua hominis pars iacet tabida: deinde præcipiet ex puluueribus illis naturale rursus corpus reformari, ipsiq; corpori animam uniri, unde & animas electorum ad sua permittet remigrare corpora. Mox angeli per omnes prouincias & regiones uoce clarissima proclamabunt, apparere illos iubentes corã iudice, audituros hic finale & irreuocabile iudicium, & tunc demum ad Christum ueni-

IIII.

Matt. 24.

Forma et ordo futuri iudicij.

ent omnes, idq; adeo uerissimum esse, clare patet ex uerbis Pauli ad Thessalonicenses ita scribentis: Dominus in iussu & in uoce archangeli & in tuba dei descendet de cælo, & mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. Vbiille sane commemorat hæc tria, iussionem diuinam, qua deus angelis suis committet pulueres corporum colligere, idq; sane uirtute angelica fiet subito, sicut & Paulus dicit: In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba. Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti. Secundū quod Paulus dicit ad Thessalonicēses, est in tuba dei, quæ nimirum ipsa uox Christi est, qua corpora mortuorum reformata iam reuiuiscent, quod præstare ut angelicam excedit uirtutē, ita solus potest deus. Eiusq; rei nobis ueritatem facit Christus apud Iohannem, Mortui, inquiēs, audient uocem filij dei, & qui audierint, uiuent. Tertio, uocem quoq; Paulus commemorat archangeli, quæ à tuba dei utique secernitur. uox enim hæc illa est, cum archangeli, totius prouinciæ aut regionis uelut custodes quidam præfecti conuocabunt omnes homines ad iudicium, fientq; hæc omnia simul, resuscitatio per uocem Christi, & uocatio ad iudicium per angelos. Quoq; hæc ueriora & certiora esse crederemus, sunt eadem hæc in ueteri quoq; iam olim prædicta testamento. Ita enim Daniel: Qui, inquit, dormiūt in terræ puluere, euigilabūt, alij in uitam æternam, alij in opprobriū. Et per Iezechielem quoque ait dominus: Ecce ego aperiam tumulos uestros, & educam uos de sepulchris uestris, unde nō immerito uocem illam admirat⁹ beatus Chrysostomus, dicit: Vere magna uox tubæ terribilis, cui omnia obediūt elementa, quæ petras scindit, inferos aperit, portas æreas conterit, uincula mortis disrumpit, & de profundo abyssi animas liberatas corporibus suis restituit. Et hæc de resurrectiōe adq; iudiciū uocatiōe dicta nūc sufficiāt.

1. Thes. 4.

1. Cor. 15.

1. Thes. 4.

Johan. 5.

Daniel. 12.

Iezec. 37.

Chry. sup 1. Cor. 15.

¶ Ad extremum, de iudicis aduentu pauca dicturi, ultimum hunc articulum cum primo connectamus. Cum ergo iam mundo uniuerso ignibus repurgato, ipsa q̄q; mortuorum corpora ministerio & officio angelorum comportata, uirtute demum diuina resurgent, crux etiā Christi apparebit in cælo. Tunc tandem aduentabit dñs V.

Iesus in humana, eaq; oibus conspicua forma, qua quanta q; potestate, quàm magna & immensa maiestate, quis homo est, qui queat exprimere? Tantum hic in Euangelio legimus, quia uidebunt filium hominis uenientem in
Luce.21. nubibus cum potestate mag na & maiestate. Gloriã quoque & augustum illum honorem, quo iam adueniens ap-
Apoc.14 parebit dominus, Iohannes qualicunq; gustu præuidisse creditur, quum diceret: Vidi, & ecce nubem candidam, & super nubem sedentem, similem filio hominis, habentem in capite suo coronam auream, & in manu sua falcẽ acutam. Ibi enim immensa illa iudicis in remunerando munificentia penes coronam, & ad puniendum iustitia declaratur in falce. Vsq; adeo ergo potens & magnificus in uirtute ueniet ad iudicium ille iudex, & tunc angelis suis imperabit, ut desinant mouere cælum, sicut supra dictum est. Veniet autem cum sanctissima uirgine matre Maria, cum choris angelorum, cum electis suis sanctis supra nubem, potẽter ita in uoce tubæ (hoc est, uirtute sua diuina) resuscitatis, mortuos inclamitando: Surgite mor
Jud. cap. vnic. tui. Venturum q; eum cum tanta sanctorum multitudine scimus ex Apostolo Iuda, dicente: Ecce ueniet dominus in sanctis millibus suis, facere iudicium contra omnes impios. Quod ipsum Zacharias in spiritu prophetico præ-
Zacha.14 uiderat, dicens: Veniet dominus deus meus, omnes q; san-
Isaię.3. cti cum eo Et Isaiam id etiam non latuit. ait enim: Dominus ad iudicium ueniet cum senibus populi sui, & principibus eius. O domine Iesu Christe, per gloriam & honorem tuum, per tuam tremendam maiestatem, à sanctissima trinitate donatam, propitius & misericors clementer esse dignare nobis miserrimis peccatoribus in die iudicij tui, quum iam cælum & terra contremiscẽt. hoc nobis præsta domine Iesu Christe, deus & homo uere, ita tibi laus sit & honor in secula, Amen.

HOMILIA .III.

De *iudicio extremo*.

Ecclesia sancta catholica, uelut mater benigna & mitissima parẽs, omni moto lapide, ex omni par

te attentat, qua nam uia filios suos fideles omnes trahat & promoueat ad piam sanctam'q; cõuersationem, idem agens nunc bonis suauium uerborum blandimentis, nũc uicissim pœnitentia, timore & minis. Neq; id mirum. edocta enim id ita est à spõso suo deo optimo maximo, qui in uniuersa scriptura ad mandatorum suorum cultum & obsequium, benignus iam & clemens, proponit immẽsum bonorum operum fructum, & statim incommoda ob oculos subiicit, supplicia & perditionem transgressorum. Eius rei plus quàm sexcenta uideas testimonia per totum Exodum, Deuteronomium, ac præcipue ex Dauide in Psalmis (potes etiam hic inducere Psalmum, quia loquitur ibi Psalmista cum magna animi uehementia) Psalm. 88.
Christus quoq; arbori apposita & congruenti similitudine confert hominem, arbori inquam siue bonos siue malos ferenti fructus. Matth. 7
Sunt autem arbores quædam ea natura, ut nolint nisi tenerrime tractari, ut sunt oleæ & malorum punicorum arbores &c̃. & sunt uicissim quæ nisi probe contusæ nil boni pariunt, ut nux & salices. Eodem ergo plane cum hominibus etiam modo agit. sunt enim quidam ex illis ea præditi clementia & bonitate, ut ex eis quod uelis impetres: & rursus eius sunt quidam duritiei, ut nisi serium uideant, actum cum illis agas, nil facias. Et pro usu priorum die ab hinc octauo ecclesia mã suetum illum, pium & benignissimum mitissimi Christi aduentum per incarnationem suam commemorauit, omnibus'q; ad animum reuocandum proposuit, ut sic qui animo sunt mansueto, feruẽtissima illa Christi erga nos charitate permoti, quod malum est fugiant, quod bonũ amplectantur & faciant. Cum autem benignitas & clementia Christi tanta apud plærosq; parum, apud quosdã etiam nihil operetur penitus, iam hodie uersa uice proponit horridum, durum & tremendum illum Christi ad iudicium aduentum, ubi ille adueniens ut leo excandescet, cui subrepti sunt leunculi sui. dies etenim ille plenus erit tribulationis & amaritudinis, miseriæ quoq; & angustiæ. Quapropter qui à malo charitate absterreri & pietate nõ uoluit, nunc demũ formidine pœnæ metu'q; supplicij à peccatis suis auertatur. Et cũ ex quatuor illis quæ

Eccl. 7. per sapientem homini ne peccet, subinde animo uoluẽ-
da proponũtur, iudicium quoq; extremum, postremum
non sit, uisum est hic uidere & inuestigare diligenter,
quidnam nos spiritus sanctus de iudicio illo docuerit.

Locus iu dicij. ¶ Ad primum quidem de loco iudicij, nõ absurda sen
tentia est, Christum non uenturum ad locum, quo mor-
tuus est crucifixus, caluariæ, siquidem ibi tunc mortuus
est in infirma & imbecilli forma, nunc autem iudicatu-
rus in glorioſa specie & honorifica. Magis ergo creden-
dum est, Christum ad iudicium uenturum in uallem Io-
saphat, unde & cælum ascendit, sicuti per prophetam
Ioel. 3. docemur, dicentem: Congregabo omnes gentes, &
deducam eas in uallem Iosaphat, & disceptabo cum eis
ibi. Quod tamen non eo modo intelligendum est, quasi
in ipsa ualle Iosaphat tribunal suum habiturus sit Chri-
stus, sed potius ex monte Oliueti, qui desuper imminet
Actũ. 1. ualli, sicut ad apostolos dixit angelus: Hic Iesus qui à uo-
bis adsumptus est in cælum, sic ueniet quemadmodum
uidistis eum abeuntem in cælum. Ascendit autem in cæ
lum ex monte Oliueti, ergo in eundem redibit de cælo.
constans enim doctorum sententia est, Christum in aëre
super montem illum nubi cuidam admirandæ uelut tri
bunali insessurum, idq; adeo alte in aëre, ut eum ascen-
dentem uidere potuerunt apostoli, aut paulo etiam sub-
limius. Homines autem & in ipsa ualle Iosaphat & circũ
circà astabunt, ita ut tamen omnes Christum queant in
tueri, quamuis diuersimode. boni enim in aëre uelut sus
pensi desuper terram, ad dexteram Christi astabunt, te
1. Thes. 4. stante idipsum Paulo, Rapiemur cum illis in nubibus ob
uiam Christo in aera. Reprobi autem & mali stabunt ad
sinistram super terram, quemadmodum ipse apud Mat-
thæum saluator docuit. Nec desunt etiam ex doctoribus,
Matt. 28. qui paruulos tam post baptismum quàm circuncisionẽ
Francisc⁹ demortuos, constituant ante Christũ: eos uero qui in ipo
Maroms peccato originali sunt defuncti, reponunt ad tergũ Chri
sti iudicantis. Quamuis uniuersam illam iudicij futuri
formulam exacte nullo certe possumus intellectu adseq.
Tantũ, q̃d & oẽs in ualle Iosaphat homines congregabũ
tur: & ex ijs qui iusti fuerint, ad dextram: qui uero im-

ph̄, ad siniſtram iudicis ſtabunt, quemadmodum & apud Matthæum dicit, Chriſtus autem hic ut iudex aſſidebit: Cum uenerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes angeli cum eo, tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes. Ex iſs iam dictis quęſtio talis exoritur: An ſolus iudicaturus ſit Chriſtus. Profecto enim ſicut hoc iam memorato Euangelij loco Chriſtus ait, ſe ad iudicandum ſeſſurum, ita idipſum quoq; ſuis promiſit apoſtolis, ſedere nimirum & iudicare duodecim ttibus Iſraël. Nos ergo reſpondemus primo, iudicem dici & poſſe & ſolere qui ſententiam fert. & eam ſane quiſquis habet poteſtatem, iudex proprie dicitur. Habet autem eam Chriſtus à ſumma ſibi trinitate traditam, ut ſermone priori explicauimus. Nanq; de eo princeps apoſtolorum Petrus dixit: Ipſe eſt qui conſtitutus eſt à deo iudex uiuorum & mortuorum. Secundo, Iudices etiam dicuntur, qui ueram ueri iudicis ſententiam iuſtumq; iudicium adprobant tantum, quo modo angeli dei ſanctiq; omnes iudicaturi ſunt in die nouiſſimo, dū & iudicium illud Chriſti placere ſibi declarabunt, & ut bonum collaudabunt. unde Sapiens ait: Sancti iudicabūt nationes, & dominabuntur populis.

Matt. 25.

Actuū. 2

Sapien. 3

3. ¶ Non raro honeſti quoq; & graues iuſti iudicis aſſeſſores, iudices nuncupantur, quos ipſe etiam iudex illo dignatur honore, ut ſuo adſideant iudicio, licet nullam interim ipſi ſententiam ferant, & id quidem perfectorū eſt tantum, qui præ aliis ea ſunt gratia donati, cuiuſmodi ſunt Maria, Iohannes, apoſtoli &c̄. Cuius etiam rei apertum eſt nobis apud Matthæum teſtimonium, dicentis Chriſti, Amē dico uobis, quod uos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & uos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Ac proinde Chriſtus dū phariſæos increpat, apoſtolos iudices eorum futuros inquit. Similiter & Paulus ſcribens ad Corinthios, Neſcitis, inquit, quoniam angelos (malos nimirum) iudicabimus? Et hic ſane apoſtolorū honor ex præcipuis unus eſt, & dignitas nō poſtrema, quæ alteri ſanctorū nulli cōtinget, præt uirginē matrē, & Iohannē Bap. Vnde hic int Chriſta

Matth. 19

Matth. 12
1. Cor. 6

nos pius inoleuit usus, ut ex multis unum quempiam sibi quilibet deligat apostolum, quem præ cæteris ueneret, cuiusq; in extremo tandem iudicio gaudeat patrocinio.

4. ¶ Est quidem aliquis scripturæ usus (imo & Christus alicubi sic locutus est) eos quoque iudices appellare, quorum alij iudicantur comparatione, & sunt ij sane non magni iudices, ut qui non raro condemnentur etiam ipsi. Verum ex similitudine quando condemnandi erant Niniuitæ, qui tamen pœnitentiã egerunt de peccatis, quanto magis Iudæi, qui ne tot quidem & tantis Christi sermonibus permoueri potuerunt, ut pœnitẽtiam agerẽt. Ita diuina ueritas Christus ipse dixit, Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista & condemnabunt eam, quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ, & ecce plus quàm Iona hic. (Christus) Regina Austri surget in iudicio cum generatione ista & condemnabit eã, quia uenit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis. & ecce plus quàm Salomon hic. Hinc colligendum nobis est illud, si quando uel Iudæus uel Turçs, quispiam, quæ perfidiæ & infidelitatis suæ sunt, bene custodierit, ita ut de eo dicatur Iudæum eum bonum esse, quamuis iste in infidelitate sua pereat condemnatus, Christiani tamen, qui fidem suam & quæ fidem concernunt, parum fideliter conseruant, illorum collatione durius subibunt supplicium. Vere itaq; & absolute definiendo, solus Christus ut uerus unicusq; iudex, sententiam feret & iudiciũ, ibiq; apostoli, Maria & Iohannes adsidebunt honeste, angeli quoq; dei & electi omnes iudicium illud collaudantes approbabunt, sicut Iohannes ait: Audiui quasi uocem magnam tubarum multarum in cælo dicentium, Alleluia, Laus & gloria & uirtus deo nostro est, quia uera & iusta sunt iudicia eius.

Matth. 12

Apoc. 19

3. ¶ Cumq; hactenus quinam futuri sint iudices & adsessores, quiq; simul iudicaturi accepimus, quæri posset, q tandem ad iudicium uenturi essent personaliter & ibidẽ diiudicandi. Et hic sane, quia testatur scriptura, constat, omnes & homines & angelos apparituros in iudicio, ut eorum omnium conscientia in præsentia iudicis aperta notaq; fiat omnibus, ut ipsa quoque diuina iustitia inno

tescat omnibus, ut & homines in hac uita, non ignari quàm durum sibi sit subeundum iudicium, diligentius eo se parent, ut in tanta cõgregatione, coram tam iusto iudice non ad extremum confundantur. Ita enim & sanctus Paulus, Omnes, inquit, nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisq; propria corporis prout gessit, siue bonum siue malum. 2. Cor. 5

Et profecto hoc urgere cum primis deberet omnem hominem, ut eo constantius perseueraret in timore dei, sicut nos Iohannes admonet, dicens: Timete dominum, & date illi honorẽ, quia uenit hora iudicij eius. Apoc. 14.

Quamuis hic mali cum magna apparebunt indignatione, nam & quod in illis erat, apparituri non essent, nisi per angelos dei isthuc adducerentur, iuxta id quod prædixit Christus, Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scãdala, & eos qui faciunt iniquitatem. Matth. 13

Ac rursus in alio loco, Mittet angelos suos cum tuba & uoce magna, & congregabunt electos eius à quatuor uentis & cætera. Matt. 24.

Constat ergo, concluſumq; id iam olim ex scripturis est concorditer, quoniam hic angeli homines q; personaliter omnes apparebunt. An uero illi iudicabuntur omnes, est sane quod hic ad duo respicias in iudicio, alterum, disceptationem seu ipsam meritorum simul & delictorum discussionem, alterum uero, ad bonorum malorum q; operum remunerationem. Et huius quidem ratione angeli atq; homines omnes pro suis singuli meritis præmia recepturi iudicabuntur. Ratione autem discussionis, docto res unà cum sancto Gregorio genera quatuor ponunt, unum eorum qui quum non iudicentur, pereunt tamen, ut dæmones & impij omnes. iam enim sunt iudicati, cũ fundamento caruerint fidei, quod & ex uerbis Dauidis satis patet, Quoniam non resurgent impij in iudicio. Nõ quòd non affligentur & punientur, sed quia uenient ad iudicium quidem punitionis seu condemnationis, at nõ discussionis. Recte ergo etiam Christus de diabolo, Princeps, inquit, mundi huius iam iudicatus est. & de impijs in uniuersum omnibus, Qui nõ credit, iam iudicatus est. Gregor. super Johã. libro. 26. Psalm. 1. Johan. 16. Johan. 3.

Secundi autem ordinis sunt, de quorum iam ante adeo constat iustitia, ut eam porro opus non sit discutere, cu-

iusmodi sunt Maria, Sanctus Iohannes, apostoli, sanctus Laurentius & Barbara & cæteri, & qui post baptismum statim mortui sunt pueri, de quibus Christus ait: Qui credit in eum, non iudicatur. Et alibi: Qui credit ei qui me misit, habet uitam æternam, & in iudicium non uenit, sed transit à morte in uitam.

Iohan. 3

¶ Tertij porro generis & quarti sunt, qui promiscue bonum operati sunt & malum, quorum alij ad finē perseuerârunt in bono, alij ad finem peruenerunt in malo, & in ijs quidem bonum cum malo iusti ponderis ueluti libramine ponderabitur, utrum excedat. Profecto enim uere dixit sapiens, Pondus & stateram iudicia esse domini. Quamuis in Daniele quoq; nos doceat scriptura, quibus modis opera hominis bona ponderentur & merita. Ait enim, Appensus est in statera, & inuentus est minus habens. Deus totius misericordiæ & gratiarum omniū, uirtutem nobis largiatur & fortitudinem, ut in hac statera & pondere eo modo habeamus, quo tandem gloriosam illam adsequamur & audire mereamur sententiam perpetuæ beatitudinis, Amen.

Prone. 16
Daniel. 5.

HOMILIA IIII.

De *extremi iudicij forma*.

IPsa iam susceptæ materiæ exigit necessitas, ut quia de iudicio extremo differētes hactenus progressi sumus, iudicij nunc formam quoq; & actionem totā, quod quidem ex scriptura constare potest, explicemus. Satis autem in prioribus hucusq; sermonibus docuimus, quis ille sit iudex, nempe Christus Iesus, quiq; sint illi qui iudicio huic sistentur. Nunc itaq;, quibus adhuc modis iudicium incipiet, uideamus. Cum primum statim boni à malis iuxta Christi uocem segregabuntur, separabit eos ab inuicem, sicut pastor separat oues ab hœdis. ¶Tunc angeli malos in multas adhuc partes ueluti turmatim separabunt, pro qualitate delictorū, fœneratores nimirum iungendo fœneratoribus, adulteros adulteris & cætera, sicut prædixit Christus, Tempore messis dicā messoribus, colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad

Segregatio bonorū a malis
Matt. 25.

Matt. 13

comburendum. Et sequitur, Exibunt angeli & separabũt malos de medio iustorum.

3. ¶ In hac separatione cognoscent mali, & bonos esse saluandos, & sese perpetuæ damnationi subiectos, idq; uidentes, dicent illud quod iam olim in spiritu præuiderat Sapiens: Hi sunt qs habuimus aliquando in derisum & in similitudinem improperij. Ecce quomodo computati sunt inter filios dei. Nos insensati uitã illorum æstimabamus insaniam, & finem illorũ sine honore. Quid nobis profuit superbia? aut diuitiarum iactantia quid cõtulit nobis? Transierunt omnia illa tanq; umbra &c. Sapien. 5

Tristitia malorum.

4. ¶ Et tunc incipient contristari, & præ amaritudine flere, sicut Zacharias inquit, Plangent terræ familiæ & familiæ seorsum. sed & ipse dominus dicebat, Plangẽt omnes tribus terræ. Tum denicq; ad iudicium compellẽtur, cum iam per angelos uno ueluti fasce constricti fuerint, qui eis dolor futurus est maximus, horrore & pœna plenissimus, quando horrebunt adeo imminente iam iudicio Christi, sicut & Iob dixit in hominis istiusmodi psona: Quis mihi hoc tribuat, ut in inferno protegas me, & abscõdas me donec ptranseat furor tuus? Quid multa? mallent isti se in amarissimis detineri inferni supplicijs, q̃ q̃d hic constitui eos in cõmuni illo amplissimo q; iudicio oportet, quomodo uocem istam eorum pulchre Iohannes in sua cognouit Apocalypsi: Dicent montibus & petris, cadite super nos & abscondite nos à facie sedentis super thronum & ab ira agni, quoniam uenit dies magnus iræ ipsorũ, & quis poterit stare? Hic enim rescisCent tandem, quàm amarissimus durissimus q; sit dies ille nouissimus, quod isti, dum hic uiuerent, credere nunquam uoluerunt. Experientur hic demum omne id quod de hoc die scripsit Sophonias: Vox dei domini amara, tribulabit ibi fortis. Dies iræ dies illa, dies tribulationis & angustiæ, dies calamitatis & miseriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clangoris super ciuitates munitas, & super angelos excelsos. Malorum. Zach. 12. Matt. 24. Job. 14. Apoca. 6. Sopho. 1.

2. ¶ Circundati iam undiq; ad ipsum etiã iudiciũ urgebuntur coacti, & ex omni parte angustijs uallati, pectoris q; amaritudine perciti, iuxta sentẽtiã beati Gregorij, ò Gregori.

quàm angustæ erunt reproborum uiæ, superius erit iudex iratus, subtus horrendum chaos inferni: à dextris peccata accusantia, à siniſtris infinita dæmonia ad supplicium trahentia: intus conscientia urens, foris mundus ardens. miser peccator sic deprehensus quò effugiet? latere erit impossibile, apparere erit intolerabile. uehementer enim & grauiter hic accusabitur, & primum quidem

Roma. 2

idq; fortissime à propria cõscientia, sicut hoc clare ad Romanos testatur Paulus, cum ait: Testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium aut etiam defendentium, in die cum iudicabit deus occulta hominum, secundum euangelium meum. Quo uero id fiat modo, doctores sancti dum explicant, dicunt, quoniam in die illo nouissimo peccator iudicio sistetur nudus & omnium carẽs ac destitutus tutela, in sua tamen conscientia omnia uidens peccata sua: nec ipse tantum, sed & quotquot astabunt, scelera eius & delicta omnia cognoscent, quæ ille per pœnitentiã & confessionem celare noluit. Vnde miserrimus iste hic stabit confusus coram Christo, angelis, sanctisq; omnibus, imò coram mundo uniuerso, ut de eo recte dicatur, Ecce homo & opera eius. Neq; uero id non ex scripturis etiã probari põr. ita em̃ Daniel, Millia, inqt, milliũ ministrabant

Daniel. 7

ei, & decies millies cẽtena millia assistebant ei. Iudiciũ sedit, & libri apti sunt. Libri, ait Glossa, cõsciẽtiæ sunt, ideó q; deus peccatori per Ieremiam dicit, Arguet te malitia

Libri. Iere. 2. Sapiẽ. 4.

tua. & Sapiens, Traducet, inquit, illos ex aduerso iniquitas ipsorum. idque adeo uirtute futurum est diuina. ex

Augu. 20. de ciuit. c. 26

sententia enim beati Augustini etiam sic dominus futurus testis intelligendus est uelox, cum sine mora reuocaturus est in memoriam, unde conuincat puniatq; conscientiam.

¶ Sanctus Bernardus hoc ex uerbis etiã cõfirmat Apostoli dicentis; Nolite ante tempus iudicare, quousq; ueniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarũ

1. Cor. 4

et manifestabit consilia cordium. Et hoc ipsum Bernardus adfirmat, dicens: Omnia omnium hominum arcana manifesta erũt olbus. Augustinus quoq;, In momẽto, inqt, omnes hominum cogitationes uidebunt: & Iob,

Bernar.

Induentur, ait, confusione. ubi Glossa habet, Viso iudice, omnia ante oculos mentis uersantur, & reatus deprimēs eos undiq; uestit. Iob. 8. Glossa.

¶ Inde etiam constat, quàm impudenter faciāt, qui pudore aliquo peccatum in confessione reticent. ibi enim demum innotescet orbi uniuerso cum ineffabili quadam confusione, quod arcano & secreto noluisti sacerdoti committere. Siquidem qui cum pœnitentia peccata confitetur sua, in die tandem non reuelabuntur nouissimo, etiā in damnatis. tecta enim sunt semel, iuxta Psalmum Dauidis, Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Psalm. 31.

¶ Vsq; adeo tunc ipsa peccatorem proclamabūt, & per ipsam illius conscientiam accusabūt opera, ueluti ad peccatorem clamantia, Tu me nimirum operatus es, ego'q; adeo opus sum tuum, tecum manebo perpetuo. Sed ò domine Iesu Christe, peccata nostra cōtege in hac uita tempore pœnitentiæ.

3. ¶ Grauiter adhuc accusabuntur homines per scripturas, ipsosq; & prophetas & prædicatores, simul à creaturis omnibus, quod ex ipsis etiam satis patet scripturis, ubi Christus ad Iudæos loquitur, dicens: Est qui accusat uos Moyses, in quo uos speratis. Certe enim peccatores accusabunt scripturæ, quibus credere noluerūt: accusabunt eos etiam prædicatores, quorum fidelia non sunt secuti monita. Imò cælum & terra contra peccatorem clamabunt, testāte idipsum Iob, Reuelabunt cæli iniquitatem eius, & terra consurget aduersus eum. Verè omnium uehementissimus accusator diabolus erit. ita enim eū Iohannes uelut proprio epitheto appellat, inquiēs: Proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat eos ante conspectum dei nostri die ac nocte. Ibi Lucifer superbos accusabit, petiturus à deo, ut quando à cælo deiectus ipse est, ppter superbiā, hāc ille in peccatoribus etiam iustus puniat iudex. Ibi alter iste diabolus Mammon accusabit fœneratores omnes, raptores, fures, & qui iniquis impliciti fuerint negocijs, mercatores, & quotquot mensuras, pondera aut ulnas corrumpunt. quid multa? auaros deniq; omnes, & quicunq; auaritiæ studio male Iohan. 5 Iob. 20. Apoca. 12. Lucifer. Mammon

agũt, lusores iniquos, telonarios item & monetarios malos: omnes etiam qui uel egenos ac pauperes inique opEphesi. 5. primunt, uel uiduis aut pupillis sunt duriores. siquidem Asmodeꝰ. nemo unq̃ auarus regnum dei possidebit. Asmodeus por Job. 3. ro, & ipse è diabolica cohorte non postremus, clamabit aduersus omnes qui illicita & uetita deliquerint impudicitia, beluina nimirum, adulteros etiam & uirginum cõ stupratores, fornicatores, mulieres item lasciuas omnes, & illiciti amoris conciliatrices, chorearũ amatores, &c. Dudum enim nos præmonuit Paulus, quoniam omnis Ephesi. 5 fornicator aut immundus non habet hæreditatem in regno Christi & dei.

beelzebub ¶ Sed & Beelzebub hæreticos incusabit omnes, uenefi cos, magos, sagas, schismaticos, & quotquot Romanæ illi catholicæq; non obediunt ecclesiæ. omes enim illi nõ uera ouile Christi ingrediuntur ianua, inquit Christus, unde fit ut fures sint & latrones.

Behemoth. ¶ Diabolus etiam Behemoth omnes accusabit hypocritas, Simoniacos, & quotquot spirituali quadã mercatura beneficia aut emunt aut uendũt. Ecclesiasticos oẽs qui non suam pro se quisq; & conditionem tutati sunt, & datam sibi recte usurpârunt potestatem: malos prædicatores omnes, qui suam magis utilitatem seu honorẽ priuatũ q̃ gloriam quæsiere diuinam. Quid q̊d ex omnibus diaboli singuli singulos accusabũt peccatores, q̊s ipsi ad Augusti. peccandũ prouocârunt? sicut & beatus Augustinus in quadam testat epistola: Præsto, inquens, aderit aduersariꝰ noster diabolus, qñ recitabunt uerba professionis nostræ, & obijciet nobis quæcũq; fecimus, & in q̃ loco peccauerimꝰ, & in qua hora. Super ijs iam omnibus diaboli à Christo petent, ut qa peccator dei esse per gratiam noluit, iusto nũc ipse cognoscat iudicio, se diabolicæ dimissum esse potestati, idq; tantũ culpa & transgressione sua. Iam enim homo gratiam amisit tuam, uestem innocẽtiæ tuæ & fœdauit & abiecit, merita tua, tuamq; passionem dimisit, & quantum in ipso erat, deperdidit. meæ se totũ tribuit potestati propriũ, mihi paruit, seruiuit mihi. insup etiam, quia omne quod unà secum adportat meum est, quid restat nisi ut mecum perpetuis affligatur cruciatibus?

Væ,uæ. An etiam nunc os aperire ſuum poteſt, quiſquis talis eſt, & ſic uiuit, ut aliquando cum diabolo condemnetur?

4. ¶ Aderunt quoq; hic teſtes, qui accuſationem iſtã quamuis per ſe uehementiſſimam, ſuo tamẽ adhuc calculo adprobantes confirmẽt. Erit enim hic cuiuſq; hoĩs angelus propriꝰ, illi à deo tanq̃ cuſtos delegatus, tũc q̊q; teſtimonium daturus ex ſentẽtia Chryſoſtomi, quomodo ipſe eum aſſiduo ad omne bonum inuitârit, cum interim iſte peruerſas magis dæmonis perſuaſiones, q̃ fidelia ſua ſecutus ſit conſilia. Chryſoſt.

¶ Dabit hic quoq; aduerſus patrem ſuum teſtimoniũ filius male educatus, maleq; inſtituta filia aduerſus matrem, uindictamq; & ultionem erga parentes clamabũt liberi peruerſi omnes, quòd ab eis male & iniquiſſime in omnibus uitiĩs ſint educati, quod demum futurum eſt miſerabile, cum propria caro ipſeq; aduerſus ſe ſanguis natiuus ultionem concupiſcet. Neq; uero id Sapientem latuit cum prædiceret, Filiĩ abominationum fiunt filiĩ peccatorum, & qui conuerſantur ſecus domos impiorum. De patre impio queruntur filiĩ, quoniam propter illum ſunt in opprobrio. Sed de hac re aliâs. Contra peccatorẽ non deerunt quoq; teſtes hic ſubditi, pauperes, pupilli & uiduæ, omnisq; ſanguis innocens effuſus, & nunc clamans & clamaturus porro in cælum uſq; in diem nouiſſimum, ſicut ad Cain dicebat dominus: Sanguis fratris tui clamat ad me de terra. Præcipue uero apud Zachariam dicit præcipitq; dominus, ne quis uiduas, pupillos, aduenas & pauperes calumnietur. Et ut aliquando concludam, aduerſus peccatorem teſtimonium ferent Chriſtus ipſe & omnes ſancti eius. Ita enim ait ſanctus Hieronymus: Crux CHRISTI contra te perorabit, Chriſtus per uulnera ſua contra te allegabit, cicatrices contra te loquentur, claui de te conquerentur. (Poterit hic fieri allocutio CHRISTI ad peccatorem, per capita creationis, gubernationis, paſſionis, redemptionis, &c̃. pcurrendo oĩa arma & articulos paſſiõis Chriſti) Ad extremũ, q̃tquot peccatorẽ uel ſcripto uel piĩs ſedulò inſtituerũt concionibus, ſeu etiam uerbo aut operibꝰ bonis Eccl. 41. Gene. 4. Zacha. 7 Hieron.

bene ſubmonuerũt, totidem aduerſus peccatorem teſtimonia dabũt, ut iam ſancti omnes, omnes angeli, diaboli quoq; & creaturæ omnes, cælum etiam & terra clamabunt contra peccatores, qui clamor in cęlum uſq; adſcendet. Vltio tunc, ultio inquam, & præter ultionem nihil erit ſuper induratum & maledictum peccatorem.

5. ¶Hæc omnia peracta iam ubi fuerint, quamuis quãdiu duratura ſint, ſcriptura non indicat, ſeparatio quoq; malorum à bonis cum facta fuerit, quæ demũ fiet in diu dicatione, ubi qui nõ ſubſiſtet, huc aut aliò relegabitur, aliq; in lęua, in dextra ſiſtentur alii, ſicut prædixit Sapiens: Vias quæ à dextris ſunt, nouit dominus. peruerſæ uero ſunt quæ à ſiniſtris ſunt. Tunc denicq; ſententiam pro iuſtis feret Chriſtus, & quamuis pie credendum eſt dominum Ieſum præ cęteris peculiariter allocutum dilectiſſimam ſuam uirginem matrem Mariam, apoſtolos, martyres q; ſanctos & uirgines, uniuerſalis tamen nobis eſt ſententia in ſcripturis contenta, quæ habet: Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum uobis regnum à cõſtitutione mundi. O ſuauis & ſalutaris ſententia, gaudio & lætitia mirabili pleniſſima. Quàm amice & pie eos inuitat, Venite. Quàm ſuauiter eos collaudat, benedicti patris mei. Quã ampliter eos remunerat, poſſidete regnũ. Et quàm fideliter eis proſpicit, cum ait, paratum uobis à conſtitutione mundi. Et contrà quàm horrenda & terribilis eſt ſententia damnatorum, Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Hic uæ erit & planctus damnatis perpetuus, luctus, fletus & eiulatus ſempiternus. Eos enim ab omni bono gaudiq; omnibus ſeparat, dum ait, Diſcedite. Deinde exprobrat ipſis, dicens: maledicti. Statimq; immenſam complectitur ſententia pœnam, cum inquit, in ignem. Et ne quicquam ſpei ipſis permaneat reliquum, addit, æternũ. Hic iſte horror & tremor, ubi nulla ſpes gaudii reliqua, nullusq; gaudio & uoluptati in perpetuum locus erit. At tu ò ſemper benedicte domine Ieſu Chriſte, benedictionem nobis largire patris tui cæleſtis, ut ſic nos quoq; regnũ adſequamur cæleſte & perpetuam felicitatẽ, Amẽ.

Prouer. 4

Matt. 25.

¶ Attende qui uerbum dei ſeminas, hos ſermones uel

alterum eorum potes reiicere in aliud tempus commodum, ut in quadragesima, quo eos percellas timore iudicij ad faciendam pœnitentiam.

HOMILIA V. DE VLTIMA

parte huius Euangelij.

CHristus dominus futuri iudicij signa hoc euangelio primum prædixit, deinde suum ipsius aduentum. Solatiũ itaq; præbet bonis omnibus, ex quo dies ille licet in omnibus undiq; scripturis cognitus horribilis, esse tamẽ debeat omnibus pijs optatus. Et primũ quidem, de signis illis loquens, His, inquit, fieri incipientibus, respicite & leuate capita uestra. Quib⁹ uerbis duo dicit, alterum respicite, admonens homines oculos suos leuare debere, sicut Dauid ait, Leuaui oculos meos in mõtes, unde ueniet auxilium mihi. Addit deinde, Et leuate capita uestra. Quod explicans beatus Gregorius, leuare, inquit, capita, est mentes nostras ad gaudia patris cælestis erigere. in scriptura enim sacra caput pro mente ponitur, & ea solum semper meditari debet deum, quem sane facilius intueri poterim⁹ in uisibili domino Iesu Christo, quo exemplo idipsum facit, nobisq; idem faciendum proponit Paulus, dicens: Per patientiam curramus ad ꝓpositum nobis certamen, aspicientes in autorem fidei & consummatorem Iesum, q̃ proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta. Et paulo post, recogitate eum q̃ talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, ut non fatigemini animis uestris deficientes. Nondum enim usq; ad sanguinem restitistis aduersus peccatum repugnantes &c̃. Ad hũc modum pij & catholici omnes respicere debent, mẽtiumq; suarum capita leuare ad datorem illum, salutis æternæ. Etiam rationẽ ijs dehinc adnectit Christus, ingens: Quoniam appropinquat redemptio uestra, hoc est, iuxta interpretationem Theophylacti, perfecta corporis & animæ libertas. sicut enim primus Christi aduentus factus est in regenerationem animarum nostrarum, sic alter illius

Psalm. 12.

Hebræ. 12.

Theophy

aduentus erit in recuperationem restaurationemq; corporis. Sicut sancti qui nũc secundum animam sunt beati, beatitudine illa nondũ cõtenti, adhuc cum Paulo superuestiri cupiũt, hoc est, corpus denuo adsumere, ut sic anima & corpore fiant beati. Vigilem itaq; sedulo & uegetum decet esse animum nostrum in re tanta, ubi animæ simul & corporis æternam expectamus beatitudinem.

2. Cor. 5

Vbi Christus innuit etiam uere Christianos, certos tandem & compotes suæ fieri petitionis. Quotidiana autẽ precatio nostra inter cętera sic habet, Adueniat regnum tuum. &, Libera nos à malo, Amen. Hæc nimirum gloriosa illa redemptio est, propter quam pĩ omnes leuare debeant capita sua ad deum, cuius quia regnum aduenit, eo iam ipso nos ab omni sumus malo liberati. Qui ergo ueri sunt Christiani & perfecti, usq; adeo diem non metuũt extremum, ut gaudeant etiam per illum suam sibi appropinquare redemptionem, qua ab omni malo liberentur. Idcirco quotiescunq; orationem illam oramus dominicam, meminisse debemus aduentũ nos orare diei nouissimæ. neq; enim regnum Christi ad nos ueniet, nec nos ab omni perfecte liberabimur malo, nisi in illo die. Et respicere itaq; & capita nos nostra leuare decet, & cũ alacritate aduentum eius orare, idq; eo magis, quo maiori illius horrore afficiũtur impĩ & peccatores. Ita Paulus ait redemptionem hanc (quam ille coronam uocat iustitiæ) sibi præparatam, nec sibi tantum, sed & ĩis q̃ diligunt aduentum eius. Aduentum inquit, ut uideas bonos omnes diligere debere aduentum Christi, non horrere, quod faciunt mali. Quamobrem etiam apud Lucam dominus ait: Et uos similes hominibus expectãtibus dominum suum quando reuertatur à nuptĩis. Expectemus ergo dilectissimi omnes in beata illa spe aduentus gloriæ magni dei, ut & nos redemptionem nostram consequamur, quę sane summa est nobis in omni tribulatiõe spes, quoniam appropinquabit redemptio nostra. Hæc tu, si uoles, extende.

2. Tim. 4

Luc. 12

Tit. 2.

¶ Eius rei exemplum deinceps proponit dominus, dicens: Videte ficulneam &c. Et hanc similitudinem est, profecto quod admiremur, quis enim eam creditur us esset,

nisi Christus ueritas summa eam dixisset? Cum iam ficulnea producit ex se fructum, scitis quoniam prope est æstas. Ita & uos cũ uideritis hæc fieri. Ficulnea hæc mũdum significat, fructus ficulneæ, lapsum & consummationem mundi, æstas uero redemptionem nostram, ipsum scilicet regnum cælorum, sicuti Beda illa Christi uerba ponderat. Væ uæ omnibus mundi amatoribus. considerate enim quæ sit merces uestra. damnatio æterna. Quis fructus mundi? concidere, destrui, in ruinam uenire. Hic iste mundus est, qui deum non nouit, qui spiritum non potest accipere ueritatis, q̃ apostolos & martyres ip̃m̃q; adeo semper odit Christum, qui tot indignus fuit sanctis, qui in maligno totus positus est. Sanctus porro Ambrosius ficulneam hanc ad synagogam refert Iudæorum, quæ cum fructum adferet, hoc est, ad Christum conuersa fuerit, quod sub ipsam mundi fiet consummationem, tũc sane dies imminebit extremus. Quòd autem conuertendi illi sint aliquando ante diem illum ad finem mundi, Dauid fideli testatus carmine, dicens: Ad uesperam conuertentur, famem patientur ut canes. Vniuersus etiam mundus ad fidem tunc ueniet Christianorum, Turcæ, Ethnici, Tartari, iuxta prophetiã Dauidis, Reminiscentur & conuertentur ad dominum uniuersi fines terræ, & adorabunt in conspectu eius uniuersæ familiæ gentium. Et de Iudæis peculiariter Isaias inquit: Quoniam populus Israel erit quasi arena maris, & tunc reliquiæ conuertentur ex eo, sicut eundem locum inducit Paulus ad Romanos. Ait itaq; Ambrosius Christum apud Matthæum quidem de ficulnea tantum loqui, hic uero de omnib⁹ arboribus, quoniam omnes omnium̃q; & generum & gentiũ hoies conuertent̃ ad Christũ. Vt iã sit illa subtilissima summæ sapientiæ inductio, dum tempus signorum futuri iudicij æstati confert, quod hyemi uideri poterat similius. Si uero æternam illam aspicias regni cælestis remunerationem, est hæc æstas. ad bonos enim hic Christus loquit. Siquidẽ boni ex sententia Theophylacti, cum hic in mũdo duram patiant̃ hyemem, illic perpetuã habebũt æstatem: & uicissim impij ubi aridam hic habuerint æstatẽ, illã tñ & breuẽ & instabilẽ, illic demũ perpetuã patiẽtur

Beda. Johan. 17 14. 15 Hebr. 11. 1. Johã. 5. Ambrosi⁹ Psalm. 58 Psalm. 21 Isaiæ. 10 Roma. 9 Theoph.

hyemem & procellas tempestatum æternas. III. Ne adhuc ambiguitatis aliquid in cuiusquam animo resideat super illis signis, eadem ad finem huius euangelij confirmat, idq; duobus modis. Primum ait: Amē dico uobis, quia non præteribit generatio hæc donec omnia fiant. Et hæc ueritatis fortissima est confirmatio, non sine iureiurando, cum dicit, Amen: quæ uocula aliquod habet, ut ait Beda, uelamentum mysterij. unde euangelistæ Græca lingua scribentes non immutârunt, sed nec latinus ausus est mutare interpres. In Germanica tamen lingua fere particulam illam interpretantur, uere, quod ipsum q̄q̄ malim dici: Amen dico uobis, non uersa uocula Germanice. Ita enim Origenes dicit, & post eū Hieronymus: Siue Septuaginta interpretes siue apostolos id curasse, ut quoniam prima ecclesia ex Iudæis fuit congregata, nihil ad credentium scandalum innouarēt, sed ita ut à patribus imbiberant, traderēt. Lutherus porro, fortissimus scripturarum corruptor, hic per generationem Iudæos intelligit, qui tunc uiuebant, ita ut Christus quoq; uerba hæc tantum ad excidium retulerit Hierosolymitanum, de qua & antea locutus in eodem erat capite ante hoc euangelium. Sed hoc proprium tantum hominis somnium est & deliramentum, omni etiam fundamento carēs. Et Christus tamen hunc peruersum intellectum confutauit, cum dixit, Omnia. cum enim iam ante de excidio locutus esset Hierosolymæ, & deinceps de die nouissimo, quid opus erat dicere omnia, si primum tantum uoluisset intelligi? Vnde fit ut magis placeat nobis solida sanctorum patrum expositio, Chrysostomi, Hieronymi, Bedæ &c̄. qui uno consensu intelligunt illud de omnibus, quæ toto isto erant pertractata sermone. Et generationem hanc intellige cum Chrysostomo Christianitatem totam, quæ usq; ad ipsum finem mundi duratura est, nec præteribit, cum sit illa de qua Dauid ait: Generatio quærentium dominum. Poterat enim aliquis apud se cogitare, si tot futura sunt ante diem nouissimum signa, si tanta afflictio & calamitas, quid mirum, si tota perirer ecclesia, uel solis tantum hæreticis oppressa & pseudoprophetis? Hanc ut cogitationem reijceret dominus, testatur:

Beda.

Hiero. ad Marcel.

Psalm. 23.

Quoniam non præteribit generatio hæc fidelium, donec omnia fiant, hoc est, usq; ad finem mundi, sicut & Petro promiserat, Ego, inquiens, pro te rogaui, ut nō deficiat fides tua. Vt ergo tyranni quondam, & qui nunc illis in impietate non impares successerunt hæretici, ecclesiam illam sanctam persequantur, non tamen ideo peribit ecclesia. Recte enim & uetereș dixere & cecinit ille pontifex: Luce. 22

Niteris incassum Petri submergere nauem.
Fluctuat, & nunquam mergitur illa ratis.

¶ Ideoq; abbatis Ioachimi hic non exiguus error est, putantis tertium adhuc accessurum testamentum, ita ut sicut uetus ex deo patre & nouum fuit ex filio, ita tertium fore ex spiritu sancto. Non sic utiq;, non sic. nō enim est quod quisquam uel euangelium expectet aliud, uel testamētum, uel aliam etiam ecclesiam, quod etiam in sancto Missæ sacrificio confirmat ecclesia, cum ait: Hic est sanguis meus noui & æterni testamenti. Non ergo præteribit fidelis illa Christianorum generatio usq; ad consummationem mundi. IIII. Adhuc sermonem suum cō firmat. Cælum & terra transibunt, uerba autem mea nō transibunt. Nihil, inquit Gregorius, in rerum corporalium natura cælo & terra durabilius, & nihil in rerum natura tam uelociter quàm sermo trāsit. Quousq; enim imperfecta sunt uerba, non sunt: cum uero perfecta fuerint, omnino iam uerba non sunt. Cum autem nos Christus de uerbo suo certos facit, de uerbo inquam illo quod petuo duraturum est immutabile, insinuat se maioris facere fidem Christianam, uerborum nempe suorum, q̄ cælum & terram, Christianam quoq; plebem chariorem sibi esse, quàm uniuersum hunc mundum. Quamuis hoc ipsum quoque quòd cælum & terra transibunt, non intelligere debeas essentialiter, ita ut esse aliquando in sua desinerent substantia, sic enim manebunt, quando certa sunt illa Ecclesiastis uerba: Generatio prēterit, & generatio aduenit, terra autem in æternum stat. Præteribūt autem in ea qua nūc sunt forma, siquidem tūc speciem aliā habebūt, iuxta prophetiam Dauid: Opera manuū tuarū sunt cæli, ipsi peribūt, tu aūt pmanes, & omnes sicut ue- In cano. Miss. Gregor⁹. Eccle. 1 Psalm. 101

stimẽtum ueteraſcent, Et ſicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur. De qua mutatione ſatis dictum eſt in tertio ſermone. Subinde ergo recogitate dilectiſſimi diem illum magnum aduentus domini, ipſumq; iudicium extremum, uitam ueſtram in melius emendate, corrigite opera, malas diaboli tentationes ſuperate forti reſiſtentia, pœnitentiam agite de peccatis commiſſis, eáque fletu & planctu deponite. eo enim eritis in aduentu iuſtiſſimi iudicis ſecuriores, quo magis in timore illius præuenietis acerbitatem. ſiquidem hic ille eſt qui uiuos iudicabit & mortuos, hoc eſt, iuſtos & iniuſtos, qui uel ante diem iſtum mortui fuerint nouiſſimum, uel tunc inter uiuos adhuc erunt ſuperſtites, qui etiam ſanctos ipſos iudicaturus eſt & angelos, iuſtosq; introducturus in uitam æternam, quam idem ipſe nobis quoq; largiatur, qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

DOMINICA .III. ADVENTVS,

Euangelium Matth.XI.

Luc.7



Luc.7.

IN illo tempore: Cũ autem Iohannes audiſſet in uinculis opera Chriſti, mittens duos de diſcipulis ſuis, ait illi: Tu es qui uenturus es, an alium expectamus? Et reſpondens Ieſus, ait illis: Eũtes renũciate Iohanni quæ auditis & uidiſtis. Cæci uident, claudi ambulant, leproſi mundantur,

surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur, & beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeuntibus, cœpit Iesus dicere ad turbas de Iohanne: Quid existis in desertum uidere? arundinem uento agitatam? Sed quid existis uidere? Hominem mollibus uestitum? Ecce qui mollibus uestiuntur, in domibus regum sunt. Sed quid existis uidere? prophetã? Etiam dico uobis, & plus quàm prophetã. Hic est enim de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit uiam tuam ante te. Luc. 7. Marc. 1. Luc. 7. Malach. 3 Luc. 1.

HOMILIA PRIMA.

QVia cõtra adulterium Herodis grauiter inuectus erat sanctus Iohannes, inclusus est carceribus. Herodes enim fratris sui Herodiadem uxorẽ sibi ascxerat, teste Marco. Qui dum ita in carceribus tenebatur uinctus, discipuli eius sicut & ante & post hæc uincula sui magistri, plurima ducebantur inuidia magnaq; superbia aduersus Christũ: quoniã paulatim iã eius augebat plus q̃ Iohannis gloria, unde fiebat ut Christũ etiã non uerẽ crederẽt esse Messiam. Quod sanctus etiam Hieronymus ex gemina nititur probare ratione, nanq; & ad dñm uenerunt, dicentes: Quare nos & pharisæi ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant? Sed & Iohannes refert Christi discipulos uenisse ad Iohannem, eiq; dixisse: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes ueniunt ad eum. Neq; multo post idem euangelista ait, quoniã Iesus plures discipulos faciebat quàm Iohannes. Cũ ergo iam uiduæ filiũ Christus in Naim ex morte resuscitasset, eaq; statim p uniuersam Iudæã fama dispgeret, uenerũt ad eũ discipuli Iohãnis, idipm illi ex inuidia adnũciantes, rati suũ magistrũ & maximũ esse decere & potentissimũ. Hæc Marc. 6. Hieron. Matth. 9. Johan. 3. Luc. 7.

iam quando discipulis suis referentibus cognouisset facta Christi Iohannes, duos ex illis misit ad Iesum, ut hodiernum habet & testatur euangelium, in quo Iohannis continetur interrogatio, laus item & commẽdatio quã Iohãni attribuit Christꝰ. 2. Deinde, Iohãnes tũ ueritatis, tũ saluberrimæ suæ doctrinæ causa ita captiuus, duos ex suis misit ad Christũ, quærens: Tu es qui uenturus es? an alium expectamus? Et hanc interrogationem sunt ex doctoribus sane quidam qui admirentur. Ille enim Christũ in utero adhuc matris delitescens agnouerat, iuxta illud

Luce. 1. Elizabethæ uerbum: Ecce ut facta est uox salutatiõis tuæ in auribꝰ meis, exultauit in gaudio infans in utero meo.

Johan. 1. Cui reuelauerat spiritus sanctus, super quem uideris spiritum descendentem & manentem super eum, hic est q̃ baptizat in spiritu sancto. Ille etiam Iohãnes Christum ab eo baptizari uolentem cum prohiberet, dicens: Ego

Matth. 3. à te debeo baptizari, & tu uenis ad me? baptizans tamen eum, uidit cælos apertos & spiritum sanctum descendentem sicut columbam, audiuit insuper uocem patris: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Hic etiam de Christo dixerat: Ecce agnus dei, qui tollit peccata

Johan. 1. mundi. Testimonium quoque iam dederat ille uidisse se spũm sanctum super eũ dum baptizaret ipm. Venientibus etiam ad se discipulis & multum conquerentibus, q̃d

Johan. 3. Christus tam multos baptizaret, idem respondit: Illum oportet crescere, me autem minui. Ille inquam multis iam modis Christo testimonium dederat, esse eũ qui ex-

Johan. 1. pectatus tot fuisset retro seculis, Messiam, sicut & Iohãnes in euangelij sui statim exordio, & apud eũdem Christus

Johan. 5. dicit, Iohannem testimonium dedisse ueritati. Cum itaq̃ Iohannes etiamnum puer, imo ex ipso etiam matris utero Christum agnouerit esse Messiam, priusquam dominꝰ miracula facere cœpisset, quid est quod nunc tandem interrogat, uel ut ignarus, uel certe ut dubius?

¶ Ad hanc quæstionem uno uelut ore omnes respondent doctores, quoniam Iohannes nihil minus egerit quàm quod dubitârit Christũ eẽ Messiam, quandoquidẽ eũ Christus ipse post hanc statim interrogationem adeo commendauit, ut etiam plus q̃ prophetam diceret, & an

gelum ſuum uocaret. Fieri itaq; nõ potuit, ut hæc interrogatio ex aliqua ueniret dubitatiõe ſuper Chriſto, cui tam certum & efficax ille ſemper dedit teſtimonium. ſed aliud eſt, quod hac ſibi interrogatione uoluit Iohannes, idq; nunc nobis occurrit perſcrutãdum. 3. Ex prædictis iam duobus articulis ſequitur, quia non Iohannes, ſed Iohannis diſcipuli de Chriſto nonnihil ambigebant, omnẽ hãc interrogationem diſcipulis ipſis bono & commodo factam eſſe. Nam cum plus Iohanni tribuebant, q̃ priuato cuiuis homini, & tamen Iohãnes de uenturo ſemp loquebat & docebat, Alius ueniet poſt me &c̃. ſicut die Iohan. 1.
ab hinc octauo audietis, baptizabat etiam in nomine tantum uenturi, credebant illi quidem Iohanni, ſed tamen non credebant Ieſum eum eſſe quẽm uenturum ſubinde promiſerat Iohãnes. ſiquidem in hac erant opinione, ut perſuaſum haberent, Chriſtũ in maiori apparatu lõgeq; ſplendidiori pompa eſſe uenturũ: quod ut olim, ita nunc quoq; Iudæi plericq; omnes mordicus ſentiunt & tenent. Quicquid itaq; eis de Chriſto dixerat Iohannes, non adducebant ut crederent. unde nõ immerito ipſos ad Chriſtũ ablegauit, ut qui uerbis Iohãnis de Chriſto credere recuſabãt, maximis illis Chriſti crederẽt operibus, ſicq; diſcipulos ille ſuos placide & humaniter ad Chriſtum prouocaret ſequendum, qui iam nimium uelut in uerba eius iurati, ex ſuo pendebant magiſtro. Ideoq; & interrogabant: Tu es q uenturus es? an aliũ expectamus? Quo ſane innuere etiam tunc uoluit Iohannes, fore ut alius aliqñ expectaret, quem nũc ñq; obſtinata Iudæorũ gens præſtolat, ſed falſa omni ſua expectatione. Antichriſtum enim pro Meſſia recipient, quod iam olim etiam Chriſtus prædixerat: Ego ueni in nomine patris mei, & non me recepiſtis. uenier alius in nomine ſuo, hũc recipietis. Et hæc ſane ſententia eſt Chyſoſtomi, Auguſtini, Theophylacti. Sanctus uero Ambroſius ex ſcripturis etiã ꝓbat, nõ omnem interrogationẽ ſemper aut ex ignorãtia uenire aut dubitatione, ſed nõ raro ex pia & tenerrima charitate in eruditionẽ alioꝝ. Sic de Lazaro Chriſtus interrogauit, ubi poſuiſtis eũ? non ñd ille ignoraret, ubinam ſepultus foret Lazarus, ſed ut ꝓ hoc audiẽtes ad fidẽ inſtruerẽ-

Iohan. 5.

Auguſti. Ambroſi.

Iohan. 11.

tur, quando iam Lazarꝰ ex sepulchro uiderent resurgentẽ. Ad eundẽ plane modum hic Iohannes per discipulos suos Christũ interrogat, nõ ut ipse uel ignarus uel dubius, sed ut illi hac ipsa interrogatione occasionem haberent ueniẽdi ad Christũ, uidentesq; miracula eius crederẽt in illũ. Quãuis uerꝰ est, sanctũ Hieronymũ, Gregoriũ, & Bedã interrogationẽ hanc eò etiã referre, an Christus in propria ipse persona descensurus esset in limbũ patrũ, an suo nomine alium illuc redimendis uinctis missurus, quem ego nunc intellectum omitto.

Grego. Hieron.

3. ¶ Ad hanc iam nũc interrogationẽ Christi sequitur responsio: Ite & renũciate Iohãni, quę uidistis & audistis. Nouerat sane piꝰ ille, & quẽ nil latet, dñs Iohãnis animũ, unde etiã nõ respõdit: Dicite Iohanni, qm̃ ego sum. id ipsum enim si respondisset, poterat interrogantiũ ꝓturbare adfectũ, ut pulchre hic expẽdit Chrysostomus: eos deniq; nõnihil offendere, ut ait Hieronymus. Non ergo ad uerba respõdebat interrogationis, sed tantũ signa ob oculos eis ponit & miracula, quæ illis loquantur & respondeant, ut sic doctrina sua magis extra omnem esset suspicionem. Quis enim nesciat, testimonium quod ab ipsis datur operibus & factis, lõge esse efficacius certiusq; eo quod solis præstatur uerbis? Christus autem ea hora, qua ad se discipuli uenerant Iohannis, multos (ut testat Lucas) sanauerat à morbis & ægritudinibus uarijs, à spirĩtibus immundis, cæcis plurimis uisum restituerat. Ad hęc itaq; opera Christus nuncios illos consideranda prouocabat, dicẽs: Renunciate Iohanni quę audistis & uidistis. Cæci uident, claudi ambulant, leprosi mundant, surdi audiunt, mortui resurgunt. Hæc nimirꝰ illa mirabilia admirandi dei opera, & magna per se erant, & efficacia, quæ probarent hunc esse illum uenturꝰ, nec alium esse quem expectarent. Hic enim erat ille deus, & per hũc deus mirabilia opera tanta operabat: unde etiã factum est, ut Christus miracula digitũ diceret dei. siqdẽ ut nos aliqd mõstramus digito, ita miracula deũ demonstrãt. Quò pertinet illud Christi apud Lucam uerbum: Si in digito dei eĳcio dæmonia, profecto uenit in uos regnum dei. Ita & malefici apud Pharaonem dicebant: Digitus dei est hic.

Chrysost. Hieron.

Luc. 7.

Luc. 11.

Exo. 8.

¶ Digitó igitur miraculorum ſuorum Chriſtus declarat diſcipulis Iohannis ad ſe miſſis, ſe & deũ eſſe & Meſſiã illum in lege promiſſum. Meſſiam aũt tãta operaturꝝ miracula iam olim prædixerat Iſaias: Tunc aperientꝫ oculi cæcorꝝ, & aures ſurdorꝝ patebunt. Tunc ſaliet ſicut cervus claudus, & aperta erit lingua mutorum. Vſque adeo hæc euidens fuit diuinitatis Chriſti comprobatio, eundemq; eſſe Meſſiam, eo quòd hæc miracula tãta propria faceret poteſtate. Iſaiæ. 35.

5. Enumeratis miraculis magnis, ad extremum Chriſtus illud quoq; adiungit, ꝙd ſuperioribus nihilo eſt inferius, Pauperes euangelizantꝫ. Quod uulgo ita fere exponitur, Pauperibus prædicat euangeliũ, ꝙd ipſum ſane inter præcipua Meſſiæ officia Iſaias uaticinatus erat, dicẽs: Spiritus domini ſuper me, eo quòd unxerit me, ad annũciandũ manſuetis miſit me. Quẽ ꝓphetæ locũ Chriſtus ipſe in ſynagoga Nazareth & legit, & ad ſe retulit. Poteritq; illud de paupibus ſpũ intelligi, ſicut apud Matthæũ ait: Beati pauperes ſpũ, qm̃ ipſorꝝ eſt regnũ cælorꝝ. Vel etiam accipi idẽ poterit de ĩs, q diuitĩs pauperes ſunt. idq; nõ male cõtra ipſos diſcipulos Iohãnis, q cũ à magiſtro ſuo edocti eſſent de uẽturo, putabãt eundẽ in magno & ſplẽdido mũdi huius ueniturꝝ eſſe apparatu. Et hãc itaq; opinionẽ erroneã dñs loco Iſaiæ inducto uelut clauo fortiſſimo retrufit, quoniã manſuetis annunciaturus eſſet. Quamobrẽ iſti Chriſtũ nõ ita debebãt uilipendere, quãuis in maxima uenerit humilitate. hæc enim iam enumerata in ꝓpheta Meſſię tribuunt. Video etiã inter doctores quoſdã, q uerba hæc, pauperes euangelizantꝫ, ꝓprie & in ſua plane forma intelligant, paſſiue nimirꝝ & tranſitiue, nõ acquiſitiue, quoniã pauperes euangelizantꝫ, hoc ẽ, euãgelice ſuſcipiuntur. Eiusq; ſententiæ fuit (ut equidẽ ſentio) Theophylactus, dicẽs: Pauperes q euangelizantꝫ, intellige uel apoſtolos euangelium prædicantes. pauperes eñ erant & piſcatores, & ut priuatim, cõtemptibiles. uel auditores euangeliĩ, de cæleſtibus bonis audientes. Vbi ſenſus hic foret, ꝙd Chriſtus hic poteſtatẽ inſinuaſſet ſpũalem, in quã pauperculi etiam peccatores à Chriſto ſunt Luc. 4. Matth. 5 Theoph.

electi. Qui enim animũ suum à bonis temporalibus oĩbus abdicauerunt, tantum cælestia meditati, euangelizati sunt utiq; & ad euangelium electi, iuxta hanc uocẽ Petri: Domine, reliquimus omnia & secuti sumus te. Et ĩ nimiꝝ fratres erãt uere euangelici, nõ ut isti nostrates ore tenus tantum Christiani, in ore solummodo circunferẽtes euangelium, & laceris pannis, libris nimirum, operibus autem ne minimo quidem digitulo euangelium attingũt, ut recte dixerit in Canonica sua Iacobus: Nonne deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & hæredes regni, quod repromisit deus diligentibus se? Vtut tandem hæc intelligant, sat est nos hic discere iuxta sanctũ Hieronymũ, nullam inter nobiles & ignobiles, inter diuites & egenos in prædicatione esse debere distãtiam, nec prædicatoris esse, ut blandiatur diuitibus ueritatem celans, cũ tamen omnibus in cõmune dicere debeat, quæ & diuinam gloriã & animaꝝ contingũt felicitatẽ. Verũ est sane, q̃niam pauperibus magis q̃ diuitibus euangeliũ adnunciatur, eo quòd ad illud audiendum magis approperent, cum interim diuites elati sint, suoq; contumaci fastu intumescant inflati, putantes se satis sapere, nullius q̃ proinde indigere prædicatione, dum emere, uendere, fallere, & hoibus simplicibus imponere pulchre nôrint, neq; interim Paulum obseruant dicentem: Sapientia huius mũdi, stultitia est coram deo. ideoq; non audiũt libenter prædicatores euangelicos, ueꝝ assentatores suos, & istos qui teneras aures mordaci radere uero uerent, blandos adulatores, prædicatores carnis, quos boni omnes & Ecclesiastici & ex uulgo odere, eos inq̃ tenelli tm̃, & q̃ nunc maximi habentur, mercatores audiunt & ciues.

Matth. 19

Jacob. 2

Hieron. sup Mat.

1. Cor. 13.

3. ¶ Subiũgit ad hæc dominus: Et beatus est, qui nõ fuerit scãdalizatus in me. Quibus ille uerbis rursus suam declarat diuinitatem. nisi enim deus esset, beati non forẽt, qui in eo non offenderent. Sanctus Chrysostomus tamẽ uult Christũ ĩsce uerbis latenter tetigisse, & ut Hieronymus ait, pcussisse internũcios Iohãnis, eosq; occulte arguendo momordisse. Nam cũ illi scandalũ propter ipm paterent, passionẽ mentis eoꝝ ita detexit, ut nullus huius rei testis esse posset, sed cõscientiæ ipsoꝝ, q̃ sibĩpsis con-

Chrysost. Hieron.

ſcñ erant, res tota relicta ſit, quantum in ipſo ſcandalum paterentur. Non tamen inepte intelligi poteſt etiam de generali illo ſcandalo, q̃d omnes paſſuros Chriſtus una nocte prædixit. Et ſic, iuxta Gregorium, illis uerbis palàm hic mortem ſuam contumelioſam cõfeſſus eſt, quaſi diceret: Mirabilia quidem operor, ſed contemptum pati non recuſo. Multos autem in Chriſto ſcandalum paſſuros etiam Symeon ille pater prædixerat: Ecce hic poſitus eſt in ruinam & reſurrectionem multorum in Iſraël, & in ſignum cui contradicetur. Et Petrus de Chriſto loquens: Vobis, inquit, credentibus honor, non credentib⁹ autem lapis offenſionis, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli, & lapis offenſionis, & petra ſcandali, iſs qui offendunt uerbo, nec credunt, in quo & poſiti ſunt. Quapropter quamuis promptum, & expeditum tunc omnibus fuerit Chriſtum ſequi, tanta miracula operantem, eundem tamen ſuę humanitatis imbecillitatem oſtendentem exhorruerunt multi, retrocedentes & offenſi in illa ſumma Chriſti humilitate, ubi cogitare mag⁹ debebant, quantum malum ſit peccatũ, cuius gratia filium quoq; dei mori oportebat. Expendere debebãt præterea immenſam illam charitatem dei erga genus humanum, qui ſuo non parcens filio unigenito, eundem tradidit in amariſſimam paſſionem & mortem crucis, ut ſic miſerrimo conſuleretur homini, illeq; redimeretur à peccato. Cogitare debebant, non ſine magno myſterio filium dei ſeſe in terras humiliter demiſiſſe carnemq; ſumpſiſſe, ut hominem reduceret, & reuocaret ad cælum cæleſtemq; illam & æternam felicitatem. Quam nobis quoq; concedat Chriſtus Ieſus in ſecula benedictus, Amen.

Matth. 26
Gregor⁹.
Luc. 2.
1. Petri. 2
Bernard.
Johan. 3

HOMILIA .II.

In tertia dominica Aduentus.

PRius quàm textum adgrediar euangelicum, qa hęc tertia eſt dominica Aduentus, uobis ediſſeram, qs nam in eccleſia hodie recolatur aduẽtus. Dico itaq;

omni Christiano diligenter hodie esse recolẽdũ, quomodo eũ Christus in morte sua p̃cipue sit iudicaturus, sicut in die nouissimo oẽs in uniuersum iudicabit: idq; ita esse ex scripturis palàm faciemus. Ad Hebræos enim Paulus: Omnibus, inquit hominibus statutũ est semel mori, post hoc autem iudicium. Vnde satis patet, iudicium omnium hominũ morti succedere. Quod & apud Matthæũ Christus in parabola docuit, ubi eum qui sine ueste nuptiali in conuiuium tamen irruperat, iubet in tenebras proiici exteriores. quod sane nõ in uniuersali iudicio, sed particulari factum agnoscitur. Sed & Iohannes cum de clamore sanctorum loquitur pro uindicta sanguinis sui, ait: Et datę sunt illis singulæ stolæ albæ. Atq; hoc quidem ante diem factum est nouissimum, cum eos agnosceret deus uita dignos æterna; quapropter proprie Christus dixit: Pater omne iudicium dedit filio. Vbi particulam hãc, omne, nota diligentius: quia sic nõ unum tantum extremum illud, sed omne iudicium dedit filio. Quo facit uulgare illud dictum: Qualem te, dum uocat, inuenit deus, talẽ & iudicabit. Quæ sane sancti etiam Cypriani martyris sententia est, cum ait: Nõ te uocat dominus per mortem ex hoc seculo? quare & pariter non iudicaret te exeuntem ex hac uita? Sed & sanctus Hieronymus super Ioëlem dicit: Quod in die iudicij futurum est omnibus, hoc in singulis in die mortis impleri. Num uero Christus corpore suo in crũce pendens appareat morientibus, quod uoluit Innocentius, nõdum in scripturis memini me inuenisse. unde nec reiicio, nec ut certum accipio. satis est Christũ omnes homines mortis tẽpore, uel cælo adiudicare, uel inferis, uel purgatorio. Verum est enim quod aperte dixit Christus apud Lucã, se uenire ad cuiuslibet hominis mortẽ: Beati serui illi, quos cũ uenerit dominus, inuenerit uigilantes. Et uos estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis ueniet. Et hoc communi fit cursu legis diuinæ, neq; multum refragor, Christum posse nonnunquam ex causa differre iudicium, sicut de morte sancti Hieronymi in quadam ad Augustinũ epistola refert Cyrillus, ubi talis exoriebatur hæresis, animas sanctorũ non esse beatas, nec in cælo ante diem iudicij nouissimi,

Hebr. 9.

Matt. 22.

Apoca. 6.

Johan. 5.

Cyprian.

Hieron.

Innocen.

Luc. 12.

Cyril.

(sicut nunc quoq; hæresim istam satis sopitam, ex ipsis usq; cineribus excitare rursus non uerentur) nec aliquod esse purgatorium. Ibi sane sanctus Hieronymus suo discipulo apparuit Eusebio, eidemq; commisit corpora mortuorum tria ponere in Bethleem iuxta suum sepulchrũ, &ibi cilicium, quo usus dũ uiueret, erat sanctus Hieronymus, in tota concilij congregatione ponere super illa, ut sic reuiuiscerent, & quod uerum esset, ipsiq; adeo demortui uidissent & experti essent, edicerent, unde tandem hæresis ista refelleretur. Quod & factum est. cum enim reuixissent, Cyrillus eos coram populo uniuerso interrogauit, quomodo se res cum animabus haberet mortuorum. Vbi statim ex illis unus respondit: Anima mea cum primum à corpore est separata, in momento præsentata est deo iudici, ubi peccata mea omnia, quæ unquam per omnem uitam commisi, sunt manifestata. ibi statim immensa astitit dæmonum nos accusantium turba, declarantium etiam tempora, loca & species peccatorum, ut iam negare non poteramus, agnoscentes iustissimum illum iudicem, quem nihil latet. Cumq; iam proferenda esset sententia, interuenit sanctus Hieronymus, petens ut sententia iudicij paulum prorogaretur, quod cum factũ esset, tres illi cum pœnitentiam egissent diebus uiginti, tandem cum Eusebio rursus mortui sunt, sicut ei in principio sanctus Hieronymus reuelauerat. Prolixior quidẽ hæc est historia, sed eam in pauca contraxi. & licet non soleam multas extra bibliam recensere historias, tamen cum tanti patres sanctissimiq; uiri aliquid factum esse designant Imerito credendum est illis. Deoq; tamen omnis danda gloria, cuius nõdum abbreuiata est manus. Quod si autem solidam certámque ethnicis mundanisq; historiographis fidẽ damus, ut Liuio, Salustio, Iustino, Quinto Curtio &c̃ qua tandem fronte, quáue impudẽtia sanctis patribus credere recusabimus, historiam quæ ad fidẽ nostram pertinet, scribentibus? Nec est quod suspiceris Cyrillum rem tantã, nisi ita esset planè, Augustino scribere uoluisse. Neq; uero multum absimile est, ꝙd in origine legitur Carthusiensium, quòd Parrisijs magnus quidã doctor dũ ad sepulturã ferebatur mortuus, clamauit: Ac-

Historia de purga.

Isaiæ. 59.

Ex historia Carthusien.

cusatus sum coram iusto dei iudicio. Ibiq; cum esset consultatum, pherertrum cum cadauere relictum in diem est posterum, quo rursus clamauit, Iusto dei sum iudicatus iudicio. Tertio tandem die inclamauit iterum: Iusto dei iudicio sum codemnatus. Vbi iudicium non statim homini illi aduenit mortuo, ex causa, quoniam per hoc factū deus sanctum instituere uolebat Carthusianorum ordinem. Omnis itaq; homo hodie diligenter recolat diem obitus sui, eoq; quàm duram subiturus sit prouinciam, cum hac ipsa hora anima sua à proprio angelo in faciē adducetur iustissimi iudicis Iesu Christi, ut ibi pro meritis suis cōdigna recipiat. Ecce enim ex uniuerso hoc mūdo nec bona, nec honores, nec amici, nec liberi hominē ad tribunal illud comitabuntur, sed tantum eius opera.

Eccle.11. Et quocunq; ceciderit lignum, ibi iacebit, siue ad austrū, siue ad aquilonem, inquit Sapiens. Quid porro in hoc iudicio sanctus Michael sit facturus, in illius dicam festiuitate. Deus & dominus noster gratiam nobis suam concedat, ut angelus noster in hora mortis nostræ nos cū gaudio offerat iudicio illi diuino, unde gaudia tandem sanctorum acquiramus æterna. Amen.

¶ Nunc deniq; ad textum ueniamus euangelij, ubi in-

Matt.11 quit Matthæus: Abeuntibus illis, internuncijs nimirum Iohannis, cœpit Iesus dicere ad turbas de Iohanne. Eiús q; sermonis rationem geminam reperio: Alteram, quoniam Christus Iohannem cœpit laudare post abitum suorum tandem discipulorum, ne in suspicionem populi ueniret, & ab eodem pro assentatore haberetur, quasi qui in gratiam discipulorū Iohānis, magistrū eorū uoluisset laudare Iohannē. Illis itaq; iam ab eo digressis, Iohannē demum laudare cœpit: unde nos quoq; docemur eos qui laude digni sunt laudare, sicut præter hoc Christi exem-

Eccl.44. plum Sapientis quoq; monemur cōsilio, dicentis: Laudemus uiros gloriosos, sapientiam ipsorum narrent populi, & laudem eorum nunciet ecclesia &c. Sed & totum illud caput eò uergit, ut uiros honestos honore & laude afficiamus, ut iam merito Christus Iohannē ueluti uiuum quoddam honestatis exemplum laudare uoluerit. Alte-

Chrysost. ram uero causam Chrysostomus insinuat. Quod enim

ad legatos attinebat Iohannis, illi iam uel ex solis Christi miraculis certi erãt, Christum esse Messiam illum qui uenturus erat: plebs autem ignara quo animo quóve cõ silio Iohannes Christũ per discipulos interrogasset, cogitare poterat, Iohannem de Christo dubitasse, instabilem item fuisse, nec in priori perseueraſſe testimonio, q̃d toties Christo dederat: hanc nimirum suspicionem ut Christus ex corde populi euelleret, cœpit Iohannẽ laudare, sicut iam explicabimus. Neq; enim sibi, sed discipulis suis Iohannes interrogauerat, inquit Hieronymus. Hieronym. Et hac ipsa laude Iohannis, declarat Christus se Iohannẽ non intellexisse, cum de scandalo loqueretur, beatũ prædicans, qui non foret scandalizatus in se. quæ sane sentẽtia est Hilarij, ut sic Christus utrorunq; corda uno inspexerit intuitu, discipulorum Iohannis, qui se non illum credebant uenturũ, & populi, qui ex interrogatione Iohannem insimulare poterat dubitationis. Hilarius

2. ¶ Quod uero ad Iohannis laudem pertinet, Christus eum laudaturus, à persona statim orditur audientiũ, quod nimirum est scopum tangere, & ait: Quid existis in desertum uidere? harundinem uento agitatam? Obseruandum est quod hic Christus Iohannem ex quatuor rebus commendat, quod quidem hodiernum habeat euanlium. nam quinta laus alibi continetur. Principio à constantia, quòd uir esset constans, quo minus suspicere populus posset Iohannem in Christo dubitasse, cui tam certum iam antea dedisset testimonium. Certe enim si instabilis fuisset, nec ipse sibi cõstitisset, sed magis instar harũ dinis uento agitatæ, huc illuc impulsus fuisset, non sane tantus eum populus in desertum usq; sequutus semper fuisset, omnibus itaq; secundum Chrysostomum modis uoluit Christus, ne plebs Iohannem alicuius insimularet leuitatis, cum propter ueritatem & iustitiam capite tandem sit plexus. Et harundinem quidem designare instabilitatem, uel ex ipsa Regum docemur historia, cũ Abias diceret ad uxorem Ieroboam: Percutiet dñs deus Israël domum Ieroboam, sicut moueri solet harundo in aqua. Volebat itaq; Christus Iohannem harundinem nõ esse, nec inconstantem, quod ipsi ex discipulorum pote-

Matth. 11

Prima laus Iohannis

Chrysost.

Marci. 6.

3. Reg. 14.

rant interrogatione colligere: unde hanc quæstionem
Christi pro negatione accipi decet, quasi diceret, Non,
2.Ieus. Iohannes harundo non est. 2. Ab austeritate deinde uitæ durissima Iohannem Christus collaudat, dicens:
Sed quid existis uidere? hominem mollibus uestitum? Ecce qui mollibus uestiuntur, in domibus regum sunt. Hoc
Hieron. eo dixit Christus, inquit Hieronymus, quòd cogitare poterant Iohannem ambitionis gratia è priori testimonio
Chrysost. cadere in dubitationem. Id ut reficeret Christus, iterum cum negatione interrogat, sicut de harundine. Vir huiusmodi qui honores appetit & uoluptatibus inhiat, nõ de serta sectatur, sed magis opus habet ut bene uestitus nitidas sequatur aulas. Atqui Iohannes hoc non fecit. neque enim uos eũ in aulis, sed deserto quæsiuistis. unde & hac de causa non potuit ille à priori deficere testimonio. De
Matth.3 uestitu autem Iohannis Matthæus clare testatur eum habuisse uestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos: escam quoq; illi fuisse locustas & mel syluestre. Qui sane uestitus tãto fuit homine dignissimus, de quo sic locutus fuerat angelus domini, Præibit
Luc.1. ante illum (Christum nempe) in spiritu & uirtute Eliæ, ad præparandam domino plebem perfectam. Namq; & de Elia legimus in libris Regũ, interrogasse regẽ Ocho-
4.Reg.1. ziam. Cuius figuræ & habitus est uir ille, qui occurrit uobis, & locutus est uerba hæc? At illi dixerunt, Vir pilosus, & zona pellicea accinctus renibus. Qui ait, Elias Thesbites est. Merito itaq; Christum præcessit Iohannes ut in
Gregori. spiritu, ita & in uestitu Eliæ. sanctus Gregorius in homilia hodierna docere nos Christum ait, neminem existimare debere in luxu atq; studio precioſarum uestiũ peccatum deesse: quia si hoc culpa non esset, nullo modo Iohannem dominus de uestimenti sui asperitate laudasset.
1.Petri.3. Si hoc culpa non esset, nequaq; Petrus apostolus per epistolam fœminas à precioſarum uestiũ appetitu cõpesceret, dicens: Non in ueste precioſa. Cuiusmodi nimirum
Luc.16. habitu uestiebat diues iste, quẽ quotidie purpura indutũ fuisse & byſſo Euangelica testatur historia. Quãdo ante
l.4.de doctrina Chriſtiana. splendor ille uestiũ peccato tribuatur & imputetur, quãdo non, & amplior est pertractatio, & huc quoq; parum

pertinet. Quis in hac re quoq; & similibus, notabilis est regula quã dat Augustin⁹: In oĩbus inquiens, talibus nõ usus reꝛ, sed libido mẽtis in culpa est. Hieronym⁹ q̃q; hic ostẽdi docet rigidã uitã & austerã, predicatorẽ uitare debere aulas regũ, & mollia hoĩm palatia declinare.

3. ¶ Quum iam satis ĩsce duab⁹ quæstionibus Iohannẽ excusasset Christus, quia nõ decidisset à ueritate, quum & constantissimus, & uitæ q̃q; esset asperrimæ, nũc ex duobus adhuc eũ cõmendat, ut eo minus cogitare posset populus Iohannem de Christo dubitasse. Iohannis enim intellectũ plusq̃ prophetaꝛ oĩm prædicat fuisse illuminatum, & ait: Sed quid existis uidere? prophetã? Etiam dico uobis, & plusq̃ prophetam. In hoc nãq; prophetis oĩbus fuit Iohannes excellentior, quòd digito etiã ostẽdit presentem, quẽ illi p̃dixerunt esse uenturũ, inquit Hieronymus. dicebat etẽm: Ecce agnus dei, qui tollit peccata mũdi. Et ꝓphetæ quidẽ ministeriũ est, uẽtura prædicere, nõ etiam demonstrare, quod Iohannes fecerat, ut Gregorius ait, Præterea & ultra omne munus propheticũ, Iohannes ministeriũ quoq; habuit Messiam baptizandi. Quam uis Chrysostomus arbitraꝛ Iohannem eo etiã fuisse prophetis maiorem, quo Christo fuit propinquior, sicut qui regi astant, eũq; sequunꝛ proximi, nobilissimi iudicãtur. Et tñ quomodo Iohannes & ꝓpheta sit, & plusq̃ prophe ta, & etiã nõ ꝓpheta, dicemus quarta dñica Aduẽtus.

3. laus.

Hieron. Ioan. 1.

Gregor⁹

Chrysost.

4. ¶ Angelum nũc q̃q; uocat Iohannẽ Christus, ostendens officiũ illius scriptis etiã propheticis: Hic ẽ de q̃ scriptũ est, ecce ego mitto angelũ meũ ante faciẽ tuã. Angelus quidẽ appellatur Iohannes, nõ natura, sed dignitate officij, inqt Hieroni. ἄγγελος ẽm idem q̃d nuncius est, quẽ deus ipse misit añ faciẽ Christi prꝛparare uias eius. Et hũc sane de⁹ misit añ Christũ in adnũciatiõe, quũ sex septimanis añ sit adnũciaꝛ Zacharię, q̃ Christ⁹ Marię. Missus deinde añ Christũ ẽ & ĩ natiuitate, qa Iohãnes æstate, Christ⁹ demũ hyeme nat⁹ ẽ. Missus etiã in morte añ Christũ ẽ ad limbũ patrũ. Christo eñ magna miracula operãte, Herodes dixit pueris suis: Hic est Iohannes baptista, ipse surrexit à mortuis. Quod quum audisset Iesus, secessit in locum desertum seorsum, Quibus porro modis Christo

Luc. 1.

Matt. 14.

Iohannes præparauerit uiam, luce clarius teſtantur Euangelia. In præcipuis enim quatuor uiam ei parauit. Et primum quidem teſtimonio ſuo quod illi exhibuit, uel
Ioh. 1. 3. 5 Chriſto apud Iohannem idipſum confitente, quoniã de ſe teſtimonium dederit. ſed & Euangeliſta Iohannes ait eum à deo miſſum, ut daret teſtimonium &c̃.

2. ¶ In baptiſmo. hic enim eſt qui primus baptizare cœpit, homineśq; baptizare paulatim in conſuetudinem adduxit, ut ne deinceps baptiſmum Chriſti reſpuerent, ſicut & doctores omnes cõſentiunt, & ipſa Iohannis uerba hinc non diſſentiunt, apud Matthæum ſic inquiẽtis:
Matth. 3. Ego baptizo uos in aqua in pœnitentiam. Qui autẽ poſt me uẽturus eſt, fortior me eſt. ipſe uos baptizabit in ſpiritu ſancto & igni.

3. ¶ In prædicatione pœnitentiæ. ſicut enim prædicare cœpit Iohannes, pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum: ita & Chriſtus cum audiſſet Iohannem uinctum, uenit in Capharnaum, & ibi cœpit
Matth. 3. Matth. 4. prædicare, Pœnitentiam agite, approp̃inquabit enim regnum cælorum.

4. ¶ In confeſſione quoq; uiam Chriſto præparauit Iohannes. Erat enim ut Marcus refert, in deſerto baptizans & prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum. Et egrediebatur ad eum omnis Iudææ
Marci. 1 regio, & Hieroſolymitæ uniuerſi, & baptizabantur ab illo in Iordanis flumine, cõfitentes peccata ſua. Et quãuis plures paratæ uiæ modi poſſent induci, ijs tamen quatuor nunc contenti ſumus. Ex prioribus tamen & ijs q̃que quas nunc indicauimus rationibus & præcurſor domini dicitur, & ſtellæ confertur matutinæ, quæ ſolem iamiam oriturum præcurrit. eodem enim modo & Iohannes ante ſolem illum ortus eſt iuſtitiæ. Deus optim⁹ maximus gratiam, uirtutem & fortitudinem nobis concedat, ut & ipſi uiam hanc ingredi queam⁹, quam ſanct⁹ Iohannes præparauit; tandeḿq; decurſo huius uiæ & uitæ ſpatio, introire mereamur gaudia ſalutis æternæ,

Amen.

DOMINICA .IIII.

ADVENTVS.

Euangelium Iohannis .I.



IN illo tempore: Miserũt Iudęi ab Hierosolymis sacerdotes & leuitas ad eum, ut interrogarent eum, Tu quis es? Et confessus est, & non negauit. Et confessus est, quia nõ sum ego Christus. Et interrogauerũt eum, Quid ergo? Elias es tu? Et dixit, Nõ sum. Propheta es tu? Et respondit, Non. Dixerunt ergo ei: Quis es, ut responsum demus his qui miserunt nos? Quid dicis de teipso? Ait, Ego uox clamantis in deserto: dirigite uiam domini, sicut dixit Isaias propheta. Et qui missi fuerant, erant ex pharisæis. Et interrogauerũt eum, & dixerunt ei: Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neq; Elias, neq; propheta? Respondit eis Iohannes, dicens: Ego baptizo in aqua: medius autem uestrum stetit quẽ uos nescitis. Ipse est qui post me uẽturus est, qui ante me factus est, cuius ego nõ sum dignus ut soluam eius corrigiam calceamenti. Hæc in Bethania facta sunt trans Iordanem, ubi erat Iohãnes baptizans.

Isaię. 40. Matth. 3. Marci. 1. Lucę. 3.

Matth. 3. Marci. 1. Lucę. 3. Act. 1, 19.

HOMILIA .I.

PRincipio statim euãgelij huius meditetur & recogĩtet apud se quilibet Christianus, quàm cõmode spiritus sanctus, prouidus nimirũ ille ecclesiæ sanctæ gubernator & rector, euangelium illud huic accommodauerit dominicæ. Die enim ab hinc octauo ecclesia nobis uelut ob oculos proposuit, quàm & laudârit & maximi fecerit Christus Iohannem, quòd adeo esset constans, tamq; asperam uitam uiueret, & plus quàm propheta esset, imò & angelus dñi, ex testimonio Malachiæ prophetæ. At hoc iam hodierno euangelio adhuc tamen nobis Iohannem proponit, quomodo ille semet humiliauit, dicens se nec Christum esse, nec prophetam, sed tantum baptizare in aqua, tantumq; uocem esse Messiæ, dumq; dominum magnificat, indignum se reputat qui corrigiam solueret calceamenti. & sic sua illa humilitate præceptũ impleuit Sapientis: Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram deo inuenies gratiam, quoniam magna potentia dei solius, & ab humilibus honoratur. Quod ipsum quoq; Sapientis præceptum nos ponderare, auribusq; & animo sedulo concipere debemus, & nosmet submittere & humiliare, sicut sanctus Iohannes humilime se subijciebat coram domino Iesu Christo. Sed nos iam textum adgrediamur euangelicum, illumq; auxilio diuino interpretemur. continet enim ille principio legationẽ Iudæorum ad Iohannem, deinde interrogationem eorũ sibi commissam, mox abnegationem Iohãnis, postremo confessionem ministerij sui.

Eccles. 3.

1. ¶ Quod ad primum attinet, euangelium sic habet: Miserunt Iudæi ab Hierosolymis &c̃. Hic nos primũ edisseramus, cur tandem Iudæi ad Iohannem miserint. est q; hæc fere communis ratio, quoniam Hierosolymis, ubi tunc studium florebat & doctrina legis ac prophetarum, fama uulgo iam increbuerat, Messiam statim uenturum, aut etiam iamiam uenisse. iam tum enim signum à patriarcha Iacob datũ illis impletũ erat, qm̃ ablato ab eis oĩ sceptro regali, dño subiecti erãt externo, magistratus habebant sibi à Romanis delegatos, Pilatũ, Herodẽ, Philip

Gene. 49.

pum &c̃. Neq; id tm̃, poterāt etiā colligere ex propheta Daniele hebdomadas illas uel ad ipum iā finē decurriſſe, uel certe prope illū cōſiſtere. Ita em̃ Daniel prædixerat, Daniel. 9. Septuaginta hebdomades abbreuiatæ ſunt ſuper populū tuū & ſuper urbē ſanctā tuā, ut cōſummet̃ præuaricatio, & finē accipiat pctm̃, & deleat̃ iniquitas, & addat̃ iuſtitia ſempiterna, & impleat̃ uiſio & prophetia, & ungat̃ ſanctus ſanctorꝝ. Nunc ſciebant ſane, ſe tot hic annos intelligere debere, q̃t dies hic continerētur, ex illa Iezechielis prophetia: Diem pro anno, diē inquā pro anno dedi tibi. Cumq; iam adeſſe & penè ad euentū feſtinare uidebant tē Iezech. 4. pora, circunſpiciebant, ſi quo loco Meſſias ſe exhiberet. Quod dū faciebant, ecce uidebant admirandā & ſtupendam illā ſancti Iohannis natiuitatē, quā Lucas cōmemo- Luce. 1. rat, aſperitatē uitæ ſuæ intuebantur, morꝝ cogitabāt ſanctimoniam, grauitatē admirabant̃ prædicatiōis, quotidianum immēſæ plebis meditabant̃ cōcurſum. neq; illud myſterio carere credebant, quòd iam inciperet baptizare. Quæ oñia occaſionē illis offerebant, ut optimo adfectu Origenes ſecundū Origenē ad illū legationē mitterēt, intellecturi ſic ex illo, eſſét ne Meſſias ipſe uerus. Quis Chryſoſto- Chryſoſt. mus eius eſt ſentētiæ. ut putet Iudæos nullo animo bono miſiſſe ad Iohannē, ſed tm̃ ex liuore & maleuolētia, q uel ſic tandē blandiriis apud eū efficerēt, ut ille Chr̃m ſe eſſe ꝓfiteretur. ſiquidē libentius illū agnouiſſent ſuſcepiſſént q; Meſſiā, quàm ipſum Chriſtū. Id ille ſuo more, ut omnia uerbis exornat elegātiſſimis. unde merito etiā aurei oris ſuſcepit appellationē. hoc em̃ eſt ꝙ Græce dicit χρυσόστομα. Verū & literæ & omnibus euangelij huius circunſtantijs ſententia Origenis nō paulo eſt cōuenientior. unde hac uia omnes cōmuniter ingrediuntur doctores, dicentes, Iudæos animo & adfectu bono legationem ſuam ad Iohannē miſiſſe, quod ex quatuor etiā argumentis articulo proximo enarrandis colligi poteſt.

2. Textus ipſe quoq; extendendus hic eſt, q̃ magnifica & plane honeſtiſſima ad Iohānē miſſa ſit legatio, quē ſane honorē nunq̃ Iudei detulere Chriſto, licet Iohānes diſcipulos ſuos ad ipſum miſerit, ſicut dñica audiſtis, pxima. Et tñ q̃d Iohānē honorare uoluerīt Iudei, ex. 4. illis

apertissime licebit conijcere. Ex eorũ qui mittebant magnificentia. Iudæi enim qui superiores erant, misere Iudæos ex summa illa & principe ciuitate Ieruſalem, quæ & metropolis uniuerſæ erat Iudææ, in qua ſapinntiſſimi doctiſſimi, potentiſſimiq; tunc degebant Iudæi, ubi & tẽplum erat & cultus ille domini. Ex illa tam inclyta nobiliſſimaq; urbe, à uiris dominisq; grauiſſimis legatio ecce mittitur ad Iohannem, non abiecta & uilis, inquit Chryſoſtomus, ſicut ad Chriſtum Herodianos miſerũt Iudæi, ſed ſacerdotes & leuitæ, & (ut ſequitur in Euangelio) ij quoq; ex phariſæis erant, quæ honeſtiſſima tunc inter Iudæos erat ſecta, ſicut adiuuante deo dominica uiceſima tertia poſt Pentecoſten declaraturi ſumus. Vlterius quoque non magnitudinem tantum conſiderare debemus legantium, legatorum, & urbis, unde hæc fiebat legatio, ſed rei quoq; & negocij quod agebatur. hoc enim illis incumbebat munus, ut inquirerent, Meſſias ne ille eſſet. Honeſtiſſime itaq; tota hæc legatio & inſtituta eſt & abſoluta, quod quidem Chryſoſtomus, Theophylactus, alíq; commemorant. Præter hæc omnia notatu digniſſimum eſt, quàm hic grauiter tentatus ſit Iohannes. Sicut enim ſemetipſum tentauit diabolus, ut ſimilis eſſet altiſſimo: Ego, inquiens, in cælum conſcendam, ſupra aſtra dei exaltabo ſolium meum, aſcendam ſuper altitudinem nubium, & ſimilis ero altiſſimo: ſic per ſerpentem tentata eſt Eua, ut ſemet quoq; compararet deo. ita enim ſerpẽs ait: Deus ſcit quòd in quocunq; die comederitis ex eo, aperientur oculi ueſtri, & eritis ſicut dij, ſcientes bonum & malũ. Sicut ergo in cælo Lucifer, Eua in paradiſo, ita hic Iohannes tentatur in deſerto, ut ſimilem ſe faceret deo, ut ſe Chriſtum eſſe profiteretur, ſicut hic Gregorius inquit: Ex huius nobis lectionis uerbo fratres chariſſimi, Iohannis humilitas commendatur. Qui cum tantæ uirtutis eſſet, ut Chriſtus credi poſſet, elegit ſolide ſubſiſtere in ſe, ne humana opinione raperetur inaniter ſuper ſe. Sed cũ non uult apperere nomen Chriſti, factus eſt membrum Chriſti, &c. Grauis itaq; & magna hæc fuit etiam ad blaſphemiam adfectio, uſq; adeo ut maius peccatum facere non potuiſſet aliquis in uniuerſo mundo homo, quã hic

Chryſoſt.

Watth. 22

Iohãnes his grauiter tẽtat⁹.

Iſaię. 14.

Geneſis. 3

Gregori⁹

Iohannes, si post tanta gratiarum sibi collata dona, deũ tamen blasphemasset, seq; Messiam professus esset. Et hic tria mihi diligenter expende, constantiam Iohannis qui à ueritate abduci se passus non est, sicut eum Christus euangelio dominicæ proximæ commendauit.

2. ¶ Quàm non immerito sanctus Iohannes in supremum angelorum ipsius adeo Luciferi locum sit euectus. Cum enim in summa tentatione fortiter substiterit Iohannes, in qua Lucifer & succubuit, & non sine magna ruina concidit, merito ei Luciferi traditus est locus.

3. ¶ Quomodo omnes quotquot Messiæ sibi nomen & officium arrogârunt, corruerunt turpissime. Cum etenim per uniuersam iam diuulgatum esset Iudæam, tempus instare, quo ueniret Messias, nonnulli Messiæ sibi nomen temere usurpârunt, testante etiam Iosepho, sicut Theodas & Iudas Galilæus. Cuius historiæ non deest nobis testimonium scripturæ biblicæ, quod quidẽ in Actis apostolorum uerbis docemur Gamalielis. Iosephus Actuũ. 5.

3. ¶ Porro iam textus narrat interrogasse illos, Quis es tu? ubi sane nec substantiã eius, nec genus quęsiuisse credendi sunt, cũ norant utiq; filiũ eũ esse Zachariæ & Elizabeth. Sed quia ab infantia & tantum nõ ab ipsis iam incunis, in deserto conuersatus & enutritus erat, iamq; in prouiso egressus, prædicare incipiẽs quoq; & baptizare, confugientibus undiq; ex omni regione populis, quidã ueluti stupor mundi efficiebatur, nõ temere officiũ illius inquirunt & dignitatem. Et cũ quærere uellent, esset ne Christus, nolebant tamen id aperte proferre. Idq; adeo uerũ esse, & illam eorum fuisse sententiã, uel ex eo liquet quod Iohãnes respondit, Non sum ego Christus. Respõdit hic sane Iohannes nõ interrogationi eorum, quia sic ultimo demum quis esset, elocutus est, sed adfectui. Vnde & Euangeliũ, Confessus, inquit, est & nõ negauit. Et cõfessus est, quia non sum ego Christus. Vbi tu Euangelistæ uerba excute nõ sine pondere. Ecce emẽ tibi rem mirãdã Iohannes ait, Non sum ego Christus. Euangelista dicit eum nõ negasse. Nunquid emẽ nõ & nos uulgo sic loquimur, ut si aliquis quempiã se nõ esse dicit, eũ negare dicamus? Quid igit Euangelista hic loquitur? Operęprecium Iohan. 1. Origenes

est non literã morruam, sed succulentũ illũ spm̃ cõsidera-
re, q̃d & Greg facit. Confessꝰ em̃ est, ueritatẽ puta, quãdo
quidẽ Christꝰ nõ erat, & nõ negauit. s. Christũ, maxime
cũ id futuꝝ erat Christũ negãre semet profiteri Christũ.
ille em̃ ueritas est. Et ita hic euãgelista rẽ unã trifariã ex
primit, uolens eo quoq; excellentẽ declarare Iohãnis cõ
stantiam, qui usq; adeo à se illum reiecit honorem, quòd
eum Iudæi Messiam esse crederent, Vbi notãdum tibi no
ris, prædicatorem posse tum uerbum tum sententiam re
petere, neq; id uel temere uel in molestiam fieri, sed ex
certa potius causa, ut qui audiunt, melius capiant, magis
q; afficiantur: nonnunquam etiam in significationem,
Isaiæ.6. cuiusmodi est illud Isaiæ, Sanctus sanctus sanctus, quo p-
phera trinitatẽ designare uoluit personaꝝ. Itaq; & hic il-
la euãgelistę repetitio insignẽ significat Iohãnis cõstãtiã.

4. ¶ Iohannes ubi Christum esse se negauerat, por-
ro iam à legatis quæritur, num Elias esset, plurimum em̃
illi Iohanni tribuebant, ex causis iam ante commemora-
tis. Cur autẽ Elias ne esset, interrogârint, ex Matthæo li-
Matth.17 quet, ubi apostolis ad dominum dicentibus, Quid scribæ
dicunt quòd Eliam oporteat primum uenire, ille respõ
Malac.4. dit: Elias quidem uenturus est & restituet omnia. Hoc au
tem ex Malachia didicerant Iudæi, in persona domini di
cente: Ecce ego mittam uobis Eliam prophetam, anteq;
ueniat dies dñi magnus & horribilis. Sed hic iam iuxta
Augustini & Gregorij sentẽtiam quæstio exoritur, quo
Augustin. modo Iohannes Eliam esse se negârit, cum tamen Chri-
stus eundem esse Eliam constanter asseruerit. loco enim
Matth.17 paulo ante memorato de Iohanne sic inquit: Elias iam
uenit, & non cognouerunt eum, sed fecerunt in eo quæ
cunq; uoluerunt. Tunc intellexerũt discipuli, quia de Io-
hanne baptĩsta dixisset eis. Et alibi quoq; de Iohanne lo-
Matth.11. quitur: Si, inquit, uultis recipere, ipse est Elias, qui uentu
rus est. Quantum autẽ distant, Elias est, et, Elias non est?

¶ Verum hæc iam quæstio uerbis angeli facile soluit,
Luc.1. qui dixit: Ipse præibit Messiæ in spiritu & uirtute Eliæ.
Spiritu itaq; Elias erat: persona, quomodo interrogabãt
Iudæi, Elias non erat. Profecto em̃ sicut Elias præcursor
erit Christi iudicis ante diẽ nouissimũ, ita Iohannes præ-

cursor Christi fuit redemptoris prius quàm iudicaretur. Et hoc est, quod fefellit latuitq; Iudæos. Qui bene ex ꝓpheta obseruauerãt illud, quia Messias ante se Eliã missurus erat, sed in hoc aberrârunt, quòd non altius paulo ni si de uno cogitabant aduentu. unde factum est, ut Eliam purârint in propria persona uenturũ esse ante Messiam. Esse autem geminum Christi aduentũ, cũ nos duabus superioribus dominicis aduẽtus cõprobauimus, tum uero Malachias penitus modo introspectus apertissime demõstrat. ille em̃ capite tertio de aduentu Christi in templo loquitur. hoc q; in sua factum est incarnatione, cum ait: Ego mittã angelum meum ante faciẽ ruam &c̃. Deinde in quarto capite de aduentu agit in iudicium, ibiq; aduẽtus Eliæ facit mentionem. Verum est ergo Iohannẽ & spiritu & officio fuisse Eliam, persona uero Eliã non fuisse, sicut quos iam supra citaui doctores, ad longum explicant, & ipse quoq; uult Augustinus, ꝙ quemadmodũ Iohannes in spũ Elias dicitur, ita cũ rursus Elias uẽturus ẽ Antichristi tẽpore, eius q̃q; persona in spiritu dici possit. Malach. 3 Malac. 4

¶ Nec multũ dissimilẽ quæstionẽ etiam Chrysostom⁹ dissoluit super eo, q̃d Iohannes à Christo propheta appellatus, semet tamẽ prophetã abnegat. Certe em̃ Christus ait: Quid existis in desertũ uidere? prophetã? Etiã dico uobis, & plus quàm prophetã. Illi enim de propheta inquirebant, qui per Moysen dudũ eis promissus erat, Prophetã de fratrib⁹ tuis sicut me, suscitabit tibi dñs deus, ipsum audite. Huiusmodi ꝓpheta Iohannes non erat, sed solus Christus, sicut illũ discipuli prophetã uocabant, Quoniã propheta erat potens in opere & sermone corã deo & omni populo. Quis ex ipsis etiã scripturis cõperio geminos esse prophetas, alios ita dici, qm̃ instinctu spũs sancti adnunciauerũt in consolationẽ eor̃ qui expectârunt de Messia & sacramẽtis in lege promissis, sicut & locutus est dñs, Lex & prophetæ usq; ad Iohannẽ. Et sic bene dixit Iohãnes, dũ se negat esse prophetã. in hũc etem̃ finẽ eo q; aĩo Iudęi interrogauerãt, an propheta esset. Adhuc tamẽ oẽs illi prophetæ dicunt, qui futura adnunciãt inspiratione diuina, quõ Iohãnes q̃q; propheta extitit, sicut de eo suus cecinit pater: Et tu puer ꝓpheta altissimi uocaberis. Chrysost. Matth. 11. Deut. 18. Luc. 24. Matth. 11 Luc. 1

Et hic quoq; propheta dicitur Iohannes, imò plus quàm propheta quispiam ueteris testamenti, testante id Christo, quoniam præsentem aliquem monstrare digito plus est quàm uenturum prædicere. Quid quod de illo tota etiam Christianorum canit Ecclesia?

Matth. 11

Paulus diaconus in hymno.

Cæteri tantum cecinere uatum
Corde præsago iubar adfuturum,
Tu quidem mundi scelus auferentem
Indice prodis.

¶ Quomodo Iohannes quoq; Euãgelista propheta dici poterit, qui præ cæteris apostolis futura multa in sua descripsit Apocalypsi. Sic etiã prophetissæ fuerunt filiæ Philippi, teste Luca. Tales quoq; prophetæ plurimi extiterunt in primitiua ecclesia, quod quidem Paulus confirmat, qui etiam prophetare quosdam iubet. (Quamuis cõmuni sentẽtia ibi intelligat interpres) Ita propheta erat ille Agabus. Vt iam facile sit & expeditũ, colligere quodo Iohannes propheta fuerit, & quomodo non, sed plus quàm propheta, cum instar euangelistæ demonstrârit, sitq; in eo impletum, quod uaticinatus est Isaias: Primus ad Sion dicet, ecce adsum, & Ierusalem euangelistas dabo. Hæc iam dicta sufficiant. Deus nobis gratiam suã concedat, ut post hanc uitam transitoriam, illã ingredi mereamur æternam, Amen.

Actu. 21. 1. Cor. 12 Eph. 3. 4. 1. Cor. 4.

Actuũ. 21.

Isaiæ. 41.

HOMILIA .II.

Quartæ dominicæ Aduentus.

EVangeliũ illud sanctum, quod hodie lectũ est, declarat quomodo Iudæi ad Iohannem miserint, interrogantes quisnam esset, cumq; ille respondisset se nec Christum, nec Eliam esse, nec prophetam, institerunt adhuc acrius, Quis es, ut responsum demus iis qui nos miserunt? Quoq; benignius subinde respondebat Iohannes, eò grauius isti semper urgebant, cupientes extorquere ex illo, ut aliquid de se prædicaret sublimius, autore Chrysostomo, prætexentes etiam dignitatem eorũ à qbus missi erãt. Quãdo eñ ille nullũ eorũ quæ interro

Chrysost.

gauerant ipſi de ſe cõfiteri uolebat, neq; ſe uel Chriſtum, uel Eliam, uel prophetam agnoſcere, enixe tamen iſti appetebant ſcire, quidnam ille de ſeipſo, & quem ſe eſſe diceret. Quamuis ſunt, qui ex uerbis ſequentibus colligant, illos iam ferè Iohannem cõtempſiſſe, quaſi qui magnus adeo non ſit, ut illi crediderant.

¶ Iohannes reſpondet: Ego uox clamãtis in deſerto, dirigite uiam domini. Reſponſum ſane magnum, ſed q̃d non ita intellexerunt qui miſſi erãt. Eſſe uocem Chriſti, ſicut Iohannes, maius utiq; fuit, quàm uel Eliam, uel ꝓphetam eſſe. Ex prima enim Iohannis reſponſione patebat eum Meſſiam non eſſe, de quo Iacob dixerat: nec ꝓphetam, de quo prædixit Moyſes: ſed uocẽ illam, de qua Iſaias. unde merito coniicere debebãt, magnum ſane eſſe eum, de quo etiam propheta uaticinatus eſſet. neq; enim ociatur ſpiritus ſanctus, uel iota unum ſcribit fruſtra. Verum hoc legati iſti non expenderunt, quod ex ſequentibus ſatis patet. Conſidera tamen, quòd pertinaciter ex Iohanne quærentibus Iudæis quis eſſet, immemor Iohãnes ſuæ humanitatis, oblitus parẽtum & totius familiæ, animo ſe ſuo ultra omnem exaltat mũdum, conſcendẽs in ſublimia, uox efficitur uerbi æterni, idq; per gratiam diuinam, qua ille ſanctior fieret ſupra natos mulierum uniuerſos. Ego, inquiens, uox clamantis in deſerto. Sed nos iam uerba planius explicemus.

Gene 49
Deut. 4
Iſaiæ. 40.

2. ¶ Iohannes ſe uocem prædicat eſſe, ſed quo id fiat modo, mirari ſane licet, ita facile intelligere non licet, quamuis ſanctus Gregorius illud enarrans, dicit: Scitis fratres chariſſimi, quia unigenit⁹ filius uerbum patris uocatur, & ex ipſa noſtra locutione cognoſcitis, quia prius uerbum ſonat, ut uerbum poſtmodum audiri poſſit. Iohannes ergo uocem ſe aſſerit, quia uerbum præcedit. Ad uentum itaq; dominicum præcurrens, uox dicitur: quia per eius miniſterium patris uerbum ab hominibus auditur. Et ut hæc homines etiam ex uulgo intelligant, cum hic de uerbo loquimur, nõ externum illud uerbum oris intellige. illud enim uocem dicimus, ſed uerbum hic accipe internum cordis, ut ſi iam in animo patrem meum cogitem, notitia hæc ſeu uerbum cordis, hoc loco uerbum

Gregori⁹.

dicitur. Ita etiam tecum cogita, cum filium dei uerbum nuncupamus patris, eum ex paterni pectoris cogitatione, memoria nimirum illa fœcunda, & uetre intellectus ab æterno natum. Sicut ergo uox, pectoris nuncius, angelus mentis & intellectus tui dicitur esse interpres, ita etiam Iohannes nuncius fuit & angelus Christi uerbi æterni, cum diceret: Ego uox clamantis. Illud uero quod de uoce diximus, ex quatuor deprehēdi & intelligi potest.

1. ¶ Quamuis tu in corde tuo quod locuturus es, prius cogites quàm loquaris, ego tamen antea uerbi tui uocem audio, quàm sciam quid cogitâris. Ita sane licet uerbum diuinum ante Iohannem fuerit ab æterno, uox tamen, hoc est, ipse Iohannes præcursu suo, sermone & baptismo, prius sensus & auditum adfecit tetigitq; hominum, quàm uerbum etiam æternum.

2. ¶ Per uocem deniq; declaratur uerbum cordis, ita ut si quis sic se sentire dicit, tunc demū ego uerbum illius accipio internum. Et eodem quoq; modo Iohannis uerbum declarauit æternum, dum & testimoniū illi exhibet, & digito demonstrat, dicens: Ecce agnus dei, qui tollit peccata mundi.

3. ¶ Quemadmodum uox cito perit & cū sonitu transit, uerbum interim, imò conceptum pectore crescit, unde multis annis antea audita diutissime seruantur: ita & Iohannes, Me, inquit, uocem nimirum, oportet minui, illum autem, uerbum scilicet, crescere. Johan. 3.

4. ¶ Sicut nihil sine uerbo uox prodest, ita nihil sine CHRISTO Iohannes. baptismus quoque Iohannis, nisi accedente uerbo, profuturus nihil fuerat, ut ex ijs iā omnibus merito Isaias Iohannem, ipseq; semet Iohānes, uocem appellârit. Actu. 19.

3. ¶ Neq; uero uocem tantum, sed & clamantis in deserto se Iohannes asserit esse, ubi obseruandum est pulchre, Iohannem non uocem clamantem, sed clamantis in deserto se dicere. Quis autem est ille qui in deserto mundi huius clamitat? CHRISTVS, q & in euangelio clamat: *Si quis sitit, ueniat ad me & bibat.* Clamat etiam: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Sed & iuxta Theophylactum CHRISTVS uo Johan. 7. Matth. 11 Theoph.

cans nuncupatur, eo quòd aperte sine ullo uelamine typico euangelicam adnunciauit ueritatem. Omnes enim secundum Theophylactum, qui in lege erant, submisse & humiliter sonabant, utpote qui nõdum peruenerant ad tempus euangelicæ ueritatis. quę sane erat uocis ruditas in Moyse, quia lex obscura erat & non manifesta, neque per orbem adhuc resonabat uniuersum, sed tantum per Iudæam. At CHRISTVS in deserto hoc per totum mundum clamauit, idq; per apostolos & prædicatores suos, quorum in omnem terram sonus exiuit, & in fines orbis terræ uerba eorum. CHRISTVS ergo qui in deserto mũdi huius clamitat, non Iohannes, non Petrus, sed nec ille tuus prædicator quem audis. tantum qui clamat, Christus est. CHRISTI autem uox prædicator, qui & uerba à Christo relicta & quæ spiritus sanctus largitur, tibi proponit, suaq; uoce denunciat. Posset hic latius induci, quomodo CHRISTVS in hoc mundo clamauit orationibus Hebræ. 5. prædicatione, cum diceret: Qui habet aures audiendi, audiat. uocatione quoq; hominũ, ut ad se peccatis uenirent relictis, sicut & Lazarum resuscitabat mortuũ, ut exiret foras.

1. Cor. 10. Psalm. 75 Psalm. 18. Lucę. 8. Matth. 11. Johan. 11.

4. ¶Quid hæc nobis uox adnunciare debeat, porro Iohannes insinuat, dicens: Parate uiam domino. Id quomodo intelligas, pulchre te docebit sanctus Gregorius, inquiens: Via domini ad cor dirigitur, cum ad præceptũ uita præparatur. Vnde scriptum est: *Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & ad eum ueniemus, & mansionem apud eum faciemus.* Quisquis ergo in superbiam mentem eleuat, quisquis auaritiæ æstibus anhelat, quisqs se luxuriæ inquinationibus polluit, cordis ostium contra ueritatem claudit, & ne ad se dominus ueniat, claustra animi seris uitiorũ damnat. Quid multa? omnis ista eò uergit interpretatio, nos operibus bonis CHRISTO uiam dirigere debere. Quid enim est uia domini, nisi mãdata eius? Eam nos sane illi uiam præparamus, dum illa seruamus, dicente Dauide: Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilarasti cor meum. Quapropter & Glossa hoc loco sic habet: Via domini est præcepta

Gregor. Johan. 14. Psalm. 118

eius per fidem, per opera, per quæ dominus ingreditur. Et hic sane argumẽtum latet contra Lutheranos nouos Manichæos fortissimum, qui pertinaciter liberum negãt arbitrium, non uidentes quàm stricte iubeamur hoc lo-
Prouer.16 co uias domino parare & dirigere: quod Sapiens quoq; nos admonet, dicens: Hominis est animam præparare. Vbi ergo nunc Lutherus, qui negat hoc hominem posse? Verum sane est, hominem illud uiribus tantum naturalibus, sine gratia diuina nõ posse, sed tamen, cum iam homo quod suum est facit, eum deus gratia sua non destituit. Misericors enim ille est. Quo modo intelligi debet
Jerem.10. illud propheticũ: Scio domine, quia nõ est hois uia eius, nec uiri est ut ambulet & dirigat gressus suos, scilicet sine auxilio gratiæ diuinæ, quæ nos nõ deserit. Semper etẽ apertas & obuias habet deus manus, gratiam nobis suã porrecturus, modo nos parati semper essemus illam per-
Psalm.90. cipere. Itaq; & in Psalmo dicit: Hodie si uocem meam audieritis. Hodie, inquam, ubi tu notabis, præsentem tibi semper esse deum, sicut ipse quoq; per Johãnem clamat:
Apoca.3. Ego sto ad ostium & pulso. si quis audierit uocem meam & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. Qui uicerit, dabo ei edere de ligno uitæ, & sedere mecum in throno meo. Et quid obsecro poterat spũs sanctus dicere apertius, nosq; docere clarius, quid nobis sit faciendum, nisi audire, aperire, uincere? Et hæc sane nos decet implere, non aures animumq; nouellis istis dare Christianis, Luthero suisq; sequacib⁹, qui liberum nobis arbitrium extorquere conantur. Sed de his aliâs.

¶ Quinto & ultimo. Cum hodie sancta mater ecclesia quartum recolit domini aduentum in corda fidelium p gratiam suam, nos quoq; meminisse huius decet. Quod quamuis deitas ipa, ut est infinita, in omni sit loco & ubiq; presens per suam omnipotentiam, unde & per prophe-
Jeremi.23 tam dicit dominus: Cælum & terram ego implebo. Et
Psalm.138 Dauid canit in Psalmis: Quò ibo à spũ tuo? aut quò à facie tua fugiam? Si ascendero in cælum, tu illic es: si descẽdero ad infernũ, ades. Cuius una hæc causa, quoniam infinitus est deus, qui cum fine careat, in omnibus est locis

sine comprehensione, omni tempore absq; permutatione, in omnibus creaturis citra commixtionem. Peculiariter tamen in pijs hominibus hic quidem per gratiam, illic uero per suam gloriã est & felicitatem, sicut dixit Isaias propheta: Cælum sedes mea est, terra autem scabellũ pedum meorum. In iustis enim, qui quidem quid aliud sunt quàm ipsum cælum? & habitat deus, & eosdem gubernat, qui uoluntati suæ deuoti sunt & obedientes. Iniustos uero, terram nimirum istam, conculcat, & ueluti scabellum rigore iudicij sui conterit. Et hoc ipsum est ꝙd Sapiens dixit, thronum sapientię animam esse iusti. Quẽ etiam aduentum dei alacritate & gaudio plenum, quo ille ad peccatorem quoq; uenire non dedignatur, ut eum iustificet, hodie commemorat recolitq; ecclesia: ubi oẽs bonos piosq; adcurrere addecet, ut beneplãcentes deo & grati inueniantur. Certe enim ille alius aduentus non est, quàm quem ipsi quotidie in oratione dominica oramus petentes: Adueniat regnũ tuum, hoc est, gratia tua diuina, per quam tu in nobis dominaris & imperas, & nõ iste impius hostis per suas suggestiones. quod regnum illud est, de quo Christus apud Lucam: Regnum, inquit, dei in uobis est. Nanq; in huiusmodi anima sancta deus uelut in sublimi residẽs palatio regnat, cum homo, quæ deus præcepit, facit: quæ uetuit, cauet. Quomodo de rege Salomone legitur: Quoniã Salomon sedit super thronum Dauid patris sui, & firmatum est regnum eius nimis. Salomon autem idem est quod pacificus. Pacificus ergo ille sedit super thronũ suum in corde hominis boni. Cum ergo deus in animam hominis non uenit, nihil in ea aliud regnat, quàm peccatum, diabolus, caro & mũdus, ibiq; nulla requies, nullum solatium. De hoc aduentu apud Iohannem Christus ita dixit: Si quis diligit me, mandata mea seruabit. Et pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & mansionem apud eum faciemus. Vide hic & obserua, deum quoq; patrem uenire ad hominem, deum filium, & deum spiritum sanctum. Tunc autem uenit, cum mandata eius seruantur, cum uere diligitur. & ubi charitas, ibi spiritus sanctus, imò deus ipse est. Quãobrem & Paulus dixit: Charitas dei diffusa est in cordi-

Isaię. 66.

Matth. 6.

Luce. 17

3. Reg. 2.

Thronus Salomonis.

Johan. 14

Roma. 5

bus nostris per spũm sanctum, qui datus est nobis. O q̃ fe
lix, o q̃ sancta & beata est anima, quæ ita Christum susci
1. Cor. 3. pit, quæ domus dei, quæ templum dei, quæ habitaculum
dei efficitur. Videte iam charissimi, ut omnes hospites hu
iusmodi efficiamini, ad hæc sancta natalitia Christi festa.
Et ad hoc diuersorium nõ est quòd multo cellaria uestra
uino impleatis, complures reboantes excipiatis rusticos.
Tantum cor habete pœnitens & contritum. illud enim
Psalm. 50 deus non despiciet, cum ipse dicat quoq;, Fili, præbe cor
Prouer. 23 tuum mihi. Facili contentus est uictu CHRISTVS, neque
uult apparatum magnificum, humilia te tantummodo,
& statim ueniet, apud te diuersurus. Vide obsecro quàm
facile adducere queas ad te maximum illum & potentissi
mum dominum, cum quo omnis tibi felicitas, omne bo-
num, & omnis aduenit gratia dei.

¶ Meditare itaq; gratiam illam immensam quæcunq;
es anima pia, eiusq; temet fac participem. An non mitissi
Sapien. 7 mus ille CHRISTVS est, ut qui non dedignatur se in ani
mas sanctas demittere planeq; transfe[illegible]? Hoc est, ut &
prima dominica diximus, quòd maiores nostri, homines
nimirum & Christiani & pie religiosi, aduẽtum tam san
cte obseruârunt, ut digni haberentur imminenti iam fe
stiuitate puerum Iesum spiritualiter in cordibus suis susc-
ipere & parere. Recte etiam adhuc canit ecclesia illud
Psalmistæ: Prope est dominus omnibus inuocantibus
Psal. 144 eum, omnibus qui inuocant eum in ueritate. Et dein-
de: Veni domine, & noli tardare, relaxa facinora plebis
tuæ Israel. In collecta quoque: Excita domine potenti-
am tuam & ueni, & magna nobis uirtute succurre, ut per
auxilium gratiæ tuæ, quod nostra peccata præpediunt,
indulgentia tuæ propitiationis acceleret. Et in inuitato-
rio: Vigilemus animo, in proximo enim est dominus de
us noster. Quomodo omnia cætera cantica adaduentũ p
tinent domini in animam hominis. O quàm felix anima
est, quæ tantum hospitem suscipit. Sed quid inter dicen-
Matt. 24 dum admirari incipimus? Refrixit heu iam charitas mul
torum. Plericq; putant aduentum se bene trãsegisse, dum
nouis se exornant uestibus, dum splendide epulantur &
bibunt, saltant & cantillant, puerumq; CHRISTVM can

tilenis suis ita demulcent, ut angeli omnes doleant, solus applaudat diabolus. Væ uæ illi, qui dominum Iesum spiritualiter non suscipit. Profecto enim (quamuis cum dolore etiam uix dicimus) uerum est tamen, quod Bernardus ait: Maius de CHRISTO uenturo adhuc conceperũt desiderium patres illi antiqui, quàm nos iam habeamus de eo cum dudum uenerit. Vos ergo in CHRISTO dilectissimi, uocem sectemini in deserto clamantis, parantes uiam domino, rectas facientes semitas dei nostri, ut & ipsi remissionem impetretis peccatorum, gratiam quoq; ipsius, & post hanc uitam, illam adsequamini sempiternam, Amen. Bernar.

HOMILIA III. DOMINICA

quarta Aduentus.

EVangelista Iohannes euangelio hodierno testatur Iudæos ad Iohannem legationem misisse, honestissimam, interrogasse quædam, illumq; uicissim respondisse, se nec CHRISTVM, nec Eliam esse, nec prophetam. Post hæc infert Iohannes: Et qui missi fuerant, erant ex pharisæis. Vbi quamuis Origenes putat aliam hanc fuisse legationem à superiore, siquidem priores quæ supra audita sunt interrogârint tantum, eaq; cum audissent legati pharisæorum, quæ iam sequuntur inquisierint: tamen plerique omnes ita sentiunt doctores, ut idem omnes illi fuerint legati. ac proinde Augustinus ait: Ex phatisæis, id est, principibus sacerdotum, qui quicquid non cœpissent, ipsi contemnebant. Ideóque in baptismo etiam offendebantur, non ignari tamen, illum iam olim in Elia & Elisæo præsignatum, cum Elias tolleret pallium suum, eóque inuoluto percuteret aquas, quæ diuisæ sunt in utranque partem. Nôrant illi etiam ex Iezechiele aliisq; prophetis, fore ut baptismus aliquando inolesceret. tantum in hoc uelut ringebantur, unde illam suam haberet baptizandi potestatem Iohannes. sciebant enim ex scripturis uenturæ baptismũ. de sola ergo dubitabãt potestate, unde ueniret. Origenes Augusti. 4. Reg. 2 Iezec. 36.

Iohan.1. Sequitur: Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neq; Elias, neq; propheta? Hæc autem immensa est fidei nostræ & sacramenti potissimum baptismi cõfirmatio, quoniam isti futurum aliquãdo baptismum ex scripturis cognouerant. poterant etiam colligere neminem sibi sumpturum munus illud baptizandi tantum, nisi qui eius rei potestatem haberet diuinitus, quo magis mirabãtur, unde illud esset quòd baptizaret Iohannes, nec tamen propheta, nec Elias, nec Christus esset, ac propterea à baptismo eum deterrere uolebant, quoniam ex officio ad eũ non spectaret. Verũ immobilis in sua constantissime perstitit humilitate Iohannes. Expendunt etiam hic doctores sancti, quomodo Iohannes in illa sua grauissima tentatione per humilitatem tria maxima uicerit peccata. siquidem peccatum superbiæ in tribus præcipue consistit, ut si quis nimium sibi arrogat potestatis, sapiẽtiæ etiam aut sanctimoniæ uitæ. Et Lucifer quidem in cælo peccauit, summam sibi uolens usurpare potestatem contra deum, idq; dum molitur, decidit è cælo. Eua, quando sapiẽtiam sibi cupiebat uendicare diuinam, expulsa est ex paradiso. Antichristus quoq; dum sanctimoniã uirtutum sibi attribuet, interficietur in aëre à Christo spiritu oris sui. Iohannes autem ille noster in singulis illis tribus grauiter tentatus, triumphauit fortissime per humilitatem suam. Nam in magnitudine potestatis tentatus est, dum illi habere eum pro Christo uolebant: in sanctitate uitæ, cum Eliam crediturí essent: in illuminationis & sapientiæ magnitudine, dum eum de prophetiæ spiritu quærebant. Verum hæc omnia fortis & inuicta illa uicit triumphatrix humilitas.

Isaię.14. Gene.3. 2.Thes.2.

¶ Secundo. Nunc uicissim responsionem audi Iohannis: Ego, inquit, baptizo in aqua. Baptismus suus in aqua tantum erat, non etiam in spiritu sancto: ideoq; baptismus Iohannis, sacramentum non erat, neq; ex se gratiam conferebat spiritus sancti. sed nec sufficiẽs erat ad uitam æternam, siquidem peccatum non delebat. Atq; ideo qui baptismo Iohannis baptizati iam erant, demum baptizati sunt baptismo Christi, sicut illud Hieronymus super Ioelem testatur, & in epistola de uni⁹ uxoris uiro.

Baptism⁹ Johãnis. Hieron.

Ambrosius quoq; in libro de spiritu sancto. Nec desunt nobis sacræ scripturæ super hac re testimonia. Nam ipse hic Iohannes, & paulo apertius apud Matthæum, suum istum, qui in aqua erat, baptismum discernit à baptismo Christi in spiritu sancto. Patet idem ex Actis apostolorũ, ubi dicit Lucas: Paulus dixit ad discipulos, qui erãt Ephesi: Si spiritum sanctum accepistis credentes? At illi dixerunt ad eum: Sed neq; si spiritus sanctus est, audiuimus. Ille uero ait: In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt: In Iohannis baptismate. Dixit autem Paulus: Iohannes baptizauit baptismo pœnitentiæ populum, dicens, in eum qui uenturus esset post ipsum ut crederent, hoc est, in Iesum. His auditis, baptizati sunt in nomine domini Iesu. Ecce hinc apertissime liquet, baptismum Iohãnis, qui in aqua tantum erat, nec sufficientem, nec aliquod fuisse sacramentũ: illosq; qui eo baptizati erant, baptismũ demũ suscipere debuisse Christi in aqua & spiritu sancto. Et Iohannes quoq; in baptismo suo aquæ tantum mẽtionem facit apud Marcum, Iohannem & Lucam.

Ambrosius. Johan. 1. Matth. 3. Actu. 19. Marc. 1. Johan. 2. Actu. 3.

¶ Hinc sequitur, baptismum, quo uel hodie baptizatur infans, meliorem esse, quàm si ab ipso Iohanne baptizaretur in Iordane. Ratio, baptismus Iohannis sacramentum nullum esset, sicut nunc est baptismus quo paruulus baptizatur. Vbi intueri decet non personam ministri q baptismum subministrat, sed ipsum (de quo & Iohannes dixit: Hic est qui baptizat) Christum Iesum. Itaq; hic etiam non Iohannis magnitudinem intueberis, quę sane dignior nostratibus est sacerdotibus, sed illum supremum, qui baptizat nunc & semper per ministros suos sacerdotes, Christum Iesum. Et errat igitur, & omni contradicit scripturæ Zuinglius, baptismum Iohannis æquare uolẽs baptismo Christi. Deinde sequitur, etiam hæreticum aut schismaticum baptizare: & dummodo ille forma utatur atq; intentione ecclesiæ catholicæ, puerum ab eo baptizatum, sacramentum baptismi uere suscipere. Ratio, Nõ est quod ministrum aspicias & cõsideres, siue ille probus sit, siue impius, uel etiam Christianus aut hæreticus aut Iudæus. Christus est qui baptizat, columba baptizat, satis est ministrum adfectum habere & intentionem illud

Matth. 3.

agendi, quod ipsa agere intendit sancta ecclesia, materia quoq; & forma uti debitis. Contrarium quoq; dicere, error est & hæresis Donatistarum, qui baptismum hæreticorum reiiciebant: contra quos cum hinc inde in libris
Augustin. suis ualide scripsit Augustinus, tum uero fortissime in libro de baptismo contra Donatistas, qui & per Concilium condemnati sunt Aphricanum in Carthagine. Quãuis hoc uerũ est, quòd cui catholici sacerdotis copia nõ negatur, hæretici in baptizando officio uti non debet.

¶ Quæris autem: In eadem adhuc dubitationis naui sto, in qua Iudæi erant. Si baptismus Iohannis nec sacramẽtum fuit, nec peccata remisit, ad quid profuit, aut cur tandem ille baptizauit? Respondeo baptismum Iohannis tunc temporis bonum & utilem fuisse, licet sacramẽtum non erat, potissimum ad tria. Primum, Ad significandum baptismum CHRISTI, quem etsi multæ præsignauerant ueteris testamenti figuræ, baptismus tamen Iohannis & clarius præfigurabat & expressius, adeo ut hunc ab illo etiam Paulo adhuc deinceps erat discernere necessarium.
Actu. 19. Secundo, Non præparabat tantum, sed paulatim etiam assuefaciebat homines ad CHRISTI baptismum. sicut enim in sermone, ita & in baptismo præcursor erat CHRISTI, id quod ipsa secum important etiam uerba Iohannis: Ego baptizo in aqua ad pœnitentiam, uenier alius fortior post me, hic baptizabit
Matth. 3. uos in spiritu sancto & igni. Tertio, Vtilis quoque fuit baptismus Iohannis ad declarandum CHRISTVM,
Johan. 1. sicut ipse ait: Vt manifestaretur in Israel, propter ueni ego in aqua baptizans: & ut latius ibi indicat, apparitione spiritus sancti in specie columbæ, uoceq; paterna declaratum esse IESVM fuisse filium dei. Et usque adeo utilis erat baptismus Iohannis, ut qui eo baptizati erant, facilius adducerentur ad baptismum & fidem CHRISTI. Quapropter hic Iohannes uocem se nominat clamantis
Johannes Baptista. in deserto, dirigite uiam domini.

¶ Et hinc iam apparet ratio, cur Iohannes ille Baptista dicatur, & non uel Petrus uel Paulus, cum tamen apostolorum baptismus perfectior fuerit. solus enim ille
Augustin. CHRISTVM baptizauit, quo etiam baptismo Christus

tactu suæ mundissimæ carnis dedit uim regeneratiuam aquis. & quia sic Iohannes caput ecclesiæ CHRISTVM baptizauit, merito ab uniuersa ecclesia baptistæ nomine salutatur. Potest tamen hæc quoque secundum Augustinum causa adsignari: Quia quamuis baptismus Iohannis sacramentum non erat, baptismus tamen Iohannis erat, & nihil aliud nisi Iohannis baptismus: apostolorum autem baptismus non suus, sed CHRISTI erat, qui denique uerus est sacerdos, præterquam quod baptizat, etiam gratiam infundens. Apostoli itaque alio baptismo utentes, baptistæ dicti non sunt, sicut Iohannes à suo baptismo. illud enim CHRISTI erat, hoc Iohannis. Et quod dabatur à Paulo, & quod dabatur à Petro, CHRISTI erat: & quod datum est à Iuda, baptismum Christi erat. Augustin. tracta. 5. sup Johā.

3. ¶ Vt ad euangelium redeamus, pergit Iohannes dicere ad Iudæos: Medius autem uestrum stetit quem uos nescitis. Quomodo autem medius steterit CHRISTVS, Chrysostomus exponit: quoniam decens erat, ut Christus in populo tanquam unus ex multitudine uersaretur, qui ubiq; mansuetudinem & humilitatem doceret. Et quoniam humilis erat CHRISTVS, ut magis uideretur, ideo lucerna accendebatur, sicut de eo CHRISTVS ipse loquitur: Ille erat lucerna ardens & lucens. Sed & in reliquo populo CHRISTVS ad baptismum uenit, ut uel sic medius steterit inter Iudæos. Quasi diceret, Aduentum expectatis Messiæ, ecce iam adest, & quidem in medio uestrum. Quamuis enim uerbum patris naturam adsumpsit humanam, filius tamen dei semper permansit: nec unquam in essentia sua mutatus est diuina, licet etiam tunc CHRISTVS steterit, & nunc quoque stet medius inter deum & peccatorem, atque ut Paulus inquit, Mediator unus dei & hoim homo CHRISTVS IESVS. Verum intellectus hic spiritualis esset & mysticus. Secundum literam ergo dicimus Iohannem hic humilitatē declarasse Christi, q̄ tāta erat, ut illū Iudęi nō agnoscerēt. unde Iohānes dixit, Quē uos nescitis. ō deū ut altissimū, ita tñ occultū, ut de eo Iohānes ipe diceret, Et ego Chrysost. Augustin. Johan. 5. 2. Timo. 2 Johan. 1.

nesciebam eum. Verba hæc Iohannis si secuti fuissent Iudæi, ipsi q̊q; ad agnitionē Christi uenissent sicut Iohānes.

4. Porro iam de Christo loqui pergit Iohannes, dicens: Ipse est qui post me uenturus est, qui ante me factus est, cuius ego nō sum dignus ut soluā eius corrigiā calceamenti. Mitto hic impiam Arrianorum inductionem, tātum catholicum illum sectabor intellectum, sicut Cyrillus, Chrysostomus, & Augustinus faciūt. Iohannes cum ait, Qui post me uēturus est, non de natiuitate loquitur, siquidem iam natus erat Christus, sed de illius aduentu ad prædicationem: quoniam aperte prædicare tunc demum incepit Christus, cum iam Iohānes in carcerē esset detrusus, ut quidem Marcus scribit: Postquam traditus est Iohannes, uenit Iesus in Galilæam, prædicans euangelium regni dei. Idem quoq; Matthęus habet, ut sit iam ille plane sensus uerborum Iohannis: Qui post me uenturus est, scilicet ad prędicandum, antē me factus est, hoc est, maior dignior'q; me habit⁹ est, adeo ꝙ odio quasi mouebātur discipuli Iohannis, quoniam & plures homines baptizaret Christus, & maior ad ipsum conflueret copia. Et sic ante Iohannem factus erat Christus, in excellentibus nimirum gratiarum & uirtutum donis & populi autoritate. Quod autem subiungit Iohannes, se indignum esse, qui corrigiam soluat calceamentorum Christi, profunda illa Iohannis humilitas est, indigniorem se reputātis, q̄ qui minimum Christo exhibeat ministerium, quo loquendi modo etiam uulgus utitur, dicens: Indignus es qui calceum tangas homini. Quamuis uerbum illud in se quoq; uerissimum est. Omnis enim homo quantumuis ꝓbus, bonus, sanctus'q; existat, deo tamen collatus, quid aliud q̄ puluis est & cinis? Quod uero illud quidam ad coniugij conant referre diuortium, sicut in Deuteronomio commemoratur, hic omitto. Sanctus tamen Gregorius & alij spūalem hic uestigantes intellectum, dicunt: Quoniam pes Christi sua est diuinitas, per calceamentum autem adsumpta humanitas designatur: corrigia calceamēti, ē ligatura mysterij, unio illa hypostatica. Iohānes igitur soluere corrigiam calceamenti eius non ualet: qa incarnationis eius mysterium nec ipse inuestigare sufficit.

Marc. 1.

Matth. 4.

Johan. 3.

Gregori.

quid est ergo dicere, non sum dignus soluere corrigiam calceamenti eius, nisi aperte & humiliter suam ignorantiam profiteri? Quis enim, inquit Augustinus, comprehendere poterit intelligentia sua supernaturale & antehac inauditū miraculū dei, ubi deus homo factus est et homo deus? Et sic illum Psalmi locum nonnulli intelligunt: In Idumæā extendam calceamentum meum. Hoc est, in gētilitatem prędicabo etiam calceamentum meum, humanitatem nimirum meam extendam & adnunciabo. Augustin. Psalm. 59

¶ Ad extremum iam locum ostendit euangelista, ubi testimonium huiusmodi Christo dederit Iohānes, dicēs in Bethania id esse factum. Bethaniam non illam intelliges Lazari, ubi manducauit dominus in ædibus Simonis leprosi, ut Matthæus & Marcus testantur. Sed ex sententia Bedæ, alia adhuc fuit Bethania prope Iordanem, ubi baptizabat Iohannes, cui aliud nomen tribuere quidam uolunt nouatores. Sed hæc ad scholas pertinent, qa Vaticanum constanter legit Bethania. Euangelista Iohannes in ipso euangelij sui principio refert Iohannem Baptistam missum esse in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Quod nonne fideliter hic impleuit ille? sane eius rei testimoniū uicissim ei præbuit Christus, unde nec immerito tāta hic diligētia locus ipse indicatus est. Veros enim testis, circunstantias etiam loci ita cognitas habere debet, ut cum opus est, ostendere possit. In Bethania illud esse factum, ubi & Iohannes baptizauit, inquit euangelista, & CHRISTVS adeo ipse est baptizatus. Atq; ideo plurimi dum sanctum CHRISTI sepulchrum Hierosolymis, emēso mari, inuisunt, tandem etiam ad Iordanis terminos, proficiscunt: & in eodē se abluūt, in remissionem peccatorū suorum. Nos quoq; deus lauet per gratiam spiritus sancti à delictis nostris omnibus, & uitam concedat sempiternam, Amen. Matth. 26 Beda. Johan. 1. Johan. 5.

DOMINICA POST CHRISTI NATALEM,

Euangelium Lucæ. II.



Zach. 14.

IN illo tẽpore: Erant pater eius & mater eius mirantes super his quę dicebantur de illo. Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem eius: Ecce positus est hic in ruinam & in resurrectionẽ multorum in Israel, et in signum cui contradicet. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Et erat Anna prophetissa filia Phanuel de tribu Aser, hæc processerat in diebus multis, & uixerat cum uiro suo annis septem à uirginitate sua. Et hæc uidua erat usq; ad annos octogintaquatuor, quę non discedebat de tẽplo, ieiunijs et obsecrationibus seruiẽs nocte ac die. Et hæc ipsa hora superueniens, confitebatur domino, & loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem Israel. Et ut perfecerunt oĩa secundum legẽ domini, reuersi sunt in Galilæam in ciuitatẽ suam Nazareth. Puer autem crescebat & cõfortabatur spiritu, plenus sapientia: & gratia dei erat in illo.

HOMILIA PRIMA.

EVangelij huius historia non die contigit hodierno, sed eo quo purificata est Maria, Christo iam nato, circunciso, à tribus magis adorato, in templum præsentato, & in summa, existente dierum quadraginta. Hodie tamen illo utitur ecclesia, quoniam Maria & Ioseph admirantibus super omnibus illis, quæ de Christo puero dicebãtur, multo magis nos quoq; cum stupore quodam uelut attonitos, demirari conuenit, tempore præcipue hoc sanctissimo, super ijs quæ de puero Iesu nobis sunt dicta. quomodo ille uerus deus & homo ex matre natus sit uirgine, quomodo natiuitatem hanc pastoribus adnunciârit angelus, quanta lætitia decãtârint angeli, Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Et dum quis talia attentus cogitat, miraculum illud dei meditans immensum, deum hominem factum, natum q; ut alium infantulum &c. quomodo cõsilia illa diuinæ maiestatis occultissima nõ admirabitur? Christum enim uerum deum & hominem esse natum, tã est admirabile, ut illud Iudæi, Turcæ, Sarraceni, Ethnicíq; omnes adsequi nondum possint. De quo aliâs. Luce. 2.

1. ¶Admirationem parentum CHRISTI, Lucas primum commemorat, dicens: Erant pater eius & mater eius mirantes super ijs quæ dicebantur de illo. Patrem CHRISTI, Iosephum intellige, sed non eo quo Photinus hæreticus putabat modo, Iosephum fuisse parentem uerum CHRISTI, quod & falsum est & impium. Sed neque euangelista ille noster immemor hic erat, eius quod capite primo scripserat, sciebat adhuc quid illi per Gabrielem & denunciasset & promisisset deus. Nihilo mutatum perstitit ibi sanctæ uirginis propositum, cum diceret, Quoniam uirum non cognosco. Quomodo autem hic pater Christi dicatur, Beda respondet: Patrem saluatoris appellat Ioseph, non quo uere pater eius fuerit, iuxta Photinianos, sed quo ad famam Mariæ conseruandam pater sit ab omnibus æstimatus. & opinionẽ uulgi exprimẽs, quæ uera historiæ lex est, patrẽ Ioseph nũcupat Christi, quãuis & eo mõ pater illius ualeat dici, Beda super Lucam.

quo & uir Mariæ recte intelligitur.

¶ Deinde pater Christi dici etiam potest, tanquam nutritius, quia eum enutriuit, quomodo filiũ aliquis suum nominat, quem tamen non genuit, sed adoptauit tantũ. Et hoc quoq; aperte testatur euangelista sequenti capite, cum ait: Iesus erat incipiens annorum quasi triginta, ut putabatur filius Ioseph: ubi omnis iste Photinianorũ hæreticorum error deuictus & confusus corruit. Euangelicus porro contextus sic habet. Erant pater eius & mater eius mirantes. Super quibus tandem? iis nimirum quę dicebantur de illo. At quis tanta hæc dixerat? Angelus nempe ad Mariam, ad Ioseph, ipsa quoq; ad Mariam Elizabeth, & ad pastores angeli, tres Magi, Simeon & Anna. Omnes illi admiranda prædicauerant de Christo. At qui Bernardus hanc uirginis matris admirationem pulcherrime inducit, ego ultro breuitatis studio pertrãseo. Nanq; ex euangelio magnas habemus huius admirationis causas, quòd angeli adnunciârunt, quòd exultauit Iohãnes adhuc infans in utero matris, quòd Zacharias mutus antehac, loqui cœpit & benedicere dominum, quòd eundem laudabant pastores, quòd angeli cantabant, q̃ lucebat stella, q̃ currebant Magi, q̃ Simeon ille senex, prophetabat & Anna, ut merito illud Isaiæ dicere potuissent: Quis unq̃ audiuit tale? & quis uidit huic simile?

Instit. de Imper. ff. de adopt. Luce. 3.

Luce. 1. Matth. 1.

Bernard.

Isaię vlt.

2. ¶ Sequitur in textu, Et benedixit illis Simeon. Quę qualisue fuerit benedicendi formula, scriptura non exprimit. Sunt qui putẽt eum laudes tantum & gratias deo egisse omnipotenti. Tunc enim deum benedicit creatura, dum & grata est illi, & eum laudat. Alij tamen uolunt Simeonem ita benedixisse eis, sicut Heli Annæ benedixit, cum filium suum Samuelem adduceret in templum. Equidem sane diligenter super hac benedictione inquisiui, & nemo miretur principio Simeonem Mariæ benedixisse & Ioseph, quamuis uitæ sanctimonia dignioribus se apud deum: ille tamen maior eis fuit in officio sacerdotali, cui hoc quoq; propriũ incumbit, benedicere populo. Et quod ad benedictionem attinet, crediderim ego illã fuisse, de qua in Numeris sic habetur: Locutus est dominus ad Moysen, dicens: Loquere Aaron & filijs eius:

Nume. 6.

Sic benedicetis filijs Israël, & dicetis eis: Benedicat tibi dominus & custodiat te, ostendat dominus faciem suam tibi, & misereatur tui, cõuertat dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem. Inuocabuntq; nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis. Magnũ uero est quod non abiecti nominis quidam ex Rabinis Iudæorum, Moyses Maimonis in libr. More dicit, sacerdotes benedictione hac usos usq; ad Simeonẽ iustum, nec post eum amplius: quę sane fidei nostræ longe efficacissima probatio est. Cum enim sacerdotium Aaronis in sacerdotio Christi cessauit, Paulo testante, illius quoq; cessauit sacerdotij benedictio: omniaq; nũc nouo modo in nomine Iesu cõsecrãtur, sicut quondam in illo ineffabili nomine tetragrammato, יהוה. Audiant hæc qui sapiẽtes sibimetipsis uidentur, stultissimi tamen sunt, Neochristiani, qui & cõtemnunt & inutilem putant illam mulierum post partũ benedictionem. An digniores maioresq; sunt homines isti Maria, quæ benedici sibi uoluit à sacerdote Simeone quam à puerperio tantum iter non exterruit, quo ueniret in templum, ibiq; & offerret, & benedictionem susciperet? Hebr. 7. 8.

3. ¶ Simeon post illam diuinam laudem, impleta etiam iamiam benedictione, ad prophetiam cõuertitur. Et quamuis Ioseph non minus quàm Mariæ benedixerat, in prophetia tamen sese ad Mariam tantum conuertit: quiq; in benedictione Ioseph um similitudine patris fraudare non uoluit, nunc tamẽ, qa Maria uera illa erat Christi genitrix, ei tantum loquitur, & de Christo puero tria prophetando prænunciat. Primum, Hic positus est in ruinam multorum. Secundum, & in resurrectionem. Tertium, in signum quoq; cui contradicetur. Quam prophetiam multum expendit Ambrosius. diues enim & exuberans hic gratia declaratur, quæ per Christum in fideles est transfusa, sensum quoq; illum plane elicit, quẽ nos articulo iam secundo attulimus. Hactenus ego uobis benedixi. iam porrò ille benedicet, qui in resurrectionẽ positus est multorum. Possent autem uerba hæc simpliciter admodũ intelligi, etiam secũdum Origenem, in ruinam eum uenisse infidelium Iudæorum, & in resurrectionem

Pphetia Simeõis.

Luce. 2.

Ambros.

Origenes

credentium(non enim legendum est gentium, ut maculati libri habent) Sed nos ea paulo adhuc penitius introspiciamus. Simeon dicebat: domine, uiderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum. Ecce salutaris illius præparatio per Christum facta est, coram omni populo, sicut & Paulus dixit: Deus
1. Timo. 2. uult omnes homines saluos fieri. Salutare illud licet & omnibus à deo proponitur & paratur, nõ tamen ab oĩbus acquiritur, cum resurgentibus alijs, alij per infidelitatem in æternam corruant damnationẽ: quo modo Christus etiam in parabola illa euangelica, eos qui ad nuptiMatth. 22 as uocati erant, indignos fuisse prædicat. collapsi enim iam erant iuxta illam Simeonis prophetiam. Nec est q̃d intelligamus, cum ait Simeon, Christum in ruinam positum multorum, ruinam illam Christum facere, cum deus ut nullius mali autor est, ita peccare nequeat, sed ipsi sibi ruinam hanc parant homines, dum Christum redemptorem & saluatorem sibi datum, nõ tantum per infidelitatem suã non recipiunt, sed illi etiam mãdatisq; ipsius resistunt, idq; per uitam suam peccatis plenam. Sanctus
Augustin. Augustinus similitudinem adducit huiusmodi: Sol cum plurimum radiat, uirtutem suam in bonis & malis oculis declarat. mali enim ex illis fulgentissimis radijs perturbantur, boni non item: idq; totum ex oculis tantum pendet. Ita hic, cum aliqui corruunt, nouo illo iustitiæ sole Christo exorto, suopte fit uitio & culpa, ut qui splendidum illum sanctæ & piæ conuersationis fulgorem sustinere non potuerunt.

¶ Simpliciter quoq; ad Iudæos hæc refere aliquis posset, quorũ sane plurimi nec doctrina, nec miraculis Christi moueri uoluerunt, qui sua tantum malitia sæpe in illo
Matth. 11. sunt offensi, sicut ipse etiã Christus dixit: Beatus qui non fuerit scandalizatus in me. An non offensi sunt, cum di-
Matth. 12 cerent, miracula illum etiam tanta in Beelzebub facere?
Johan. 6. Sed & discipuli eius nõ sine offensa dixerunt: Durus est hic sermo, & quis potest audire eum? cũ illi de sacramẽto
Matth. 15 loqueret. Dicebant q̃q; discipuli aliqñ ad Christum: Scis, quia pharisæi audito uerbo hoc, scandalizati sunt? At ille respondens, ait: Sinite illos, cæci sunt & duces cæcorũ. Et

quot tandem in passione & morte Christi sunt scandali zati, qui cogitârunt filium dei morte tam contempta & ignominiosa crucis mori nõ debere, ubi Christus ipse a- postolos suos omnes scandalum in se passuros in illa no- cte prædixit? Quæ omnia Paulus uno uelut fasciculo cõ- plexus: Nos, inquit, prędicamus Christum crucifixum, Iu dæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, ipsis autem uocatis Iudæis atq; Græcis, Christum dei uirtutẽ & dei sapientiam. Ecce quõ in ruinam & resurrectionem multorum positus est Christus, secundum quod prædi- xit Simeon. Beda etiam hoc, uerbis Christi & Petri expo- nit, dicens: Bene in resurrectionem, quia lumen est, quia gloria plebis Israël, quia dicit, Ego sum resurrectio & ui ta. q credit in me, etiã si mortuus fuerit uiuet. & omis qui uiuit & credit in me, non morietur in æternum. Quomõ autem in ruinã, nisi quia & lapis offensionis est & petra scandali? id est, ruinæ iis qui offendunt uerbo, nec credũt, de quibus ipse dicit: Si nõ uenissem & locutus eis fuissem, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Et ideo inter cætera de Christo in quit Petrus, Vobis credentibus honor est, non credenti- bus autem lapis, quem reprobauerunt ædificantes, hic fa ctus est in caput anguli, & lapis offensionis & petra scan dali, iis qui offendunt uerbo, nec credunt, in quo positi sunt. Præuidit hoc ipsum etiam propheta Isaias in spiri- tu: Dominus, inquiens, erit uobis in sanctificationem, in lapidem autem offensionis & petram scandali, duabus do mibus Israel, & in laqueum & ruinam habitantibus Ieru salem. Et offendent ex eis plurimi, & cadent, & conterẽ tur, & irretientur, & capientur. Hoc nimirum illud in Christo Iesu factum est, in quo Pilatus, Herodes, Annas, Caiphas, cæteriq; offensi sunt Iudæi. Ita prædixerat Isa as, Ruit Ierusalem, & Iudas concidit, quia lingua eorum & adinuentiones eorum contra dominum. Oh quoties contra Christum fuit lingua eorum, cum iam aduersus eum murmurarent, iam falsa excogitarent consilia, & ad ultimum testimonia quoq; inuenirent inconuenientia & uanissima, sicut totus undiq; euangelij textus decla- rat.

Luce. 22.
1. Corin. 1
Beda.
Luce. 2.
Johan. 11.
Johan. 15.
1. Petri. 2.
Isaiæ. 8.
Isaiæ. 3.

¶ Id omne & hanc quoq; Simeonis prophetiam, suo iam Christus ipse testimonio confirmat, secundum Origenem, cum ait: In iudicium ego in mundum istum ueni, ut qui non uident, uideant: & qui uident, cæci fiant. Quomodo ergo in mundum uenit, ut non uidentes de nationibus, uiderent: & qui prius uidebant de Israël, cæci fierent: sic uenit in ruinam & resurrectionem multorum. In aduentu enim domini gentes per fidem ueram resurrexerunt, & Iudæi interim fidem quam eo usq; rectam habuerant, amiserunt, collapsi hic per induratã obstinationem in errorum barathrum, & illic in æternam damnationem. Neq; uero hoc in Christi tantum persona est, sed & in suis membris, prædicatoribus nẽpe, in quibus ille positus est in ruinam & resurrectionem multorũ. Quod & Paulus testatur, cum ait, Quoniã Christi bonus odor sumus deo in ijs qui salui fiunt, & in ijs qui pereunt: alijs quidem odor mortis in mortem, alijs autẽ odor uitæ in uitam. Quisquis enim ut ait Beda, prædicante apostolo, uerbum quod audit amando sequitur, bono odore surgit: qui autem odiendo insequitur, eodem ipso odore corruit & moritur. Sed & ingens fuit Iudæorum ruina, etiamsi corporaliter expendas. sancta enim ciuitas Ierusalem destructa est, ipsiq; ex terra promissionis extrusi, & in uniuersum hunc orbem misere depulsi, pleni timore & molestia, sine regimine & magistratu, sed potestati Christianorum & Turcarum subiecti, in perpetuo degũt exilio. Quibus omnibus grauior adhuc est illa quam animo contraxere iactura, quæ urget detrudit'q; eos in damnationem æternam.

Origenes

2. Corin. 2

Beda.

¶ Hinc iam inferemus & docebimus, cum in multorũ ruinam positus sit Christus, quid mirum, si sanctum quoque suum euangelium, scriptura illa sacra, in ruinã (hoc nunc præcipue seculo) posita est multorum, quæ multipliciter adeo de Christo iam olim à prophetis prædicta est & apostolis? Quot enim nunc prætextu uerbi diuini in hæreses prouoluuntur? Quibus tamen omnibus, quia euangelium non uero accipiunt intellectu, ab ipsis iam inde apostolorũ temporibus in ecclesia semp obseruato, Euangelium eis fit in ruinam, id'q; tantum ex peruerso

Euangeli, in ruinam hæretico.

suo intellectu. Quod tamen nunc nō est nouum. semper enim id ita contigit, ut hæretici uenenum suū mixto sacræ scripturæ melle conditum, proponerent. Siquidem omnes hæreses, secundum Augustinum, Hieronymum & Gregorium, ex scripturis sacris ortæ sunt male intellectis. Videte modo, quomodo scriptura in ruinam posita est & resurrectionem multorum: non quòd id uitio fiat scripturæ, sed tantum ex insolentia, excæcato sensu, & mala uoluntate istorum, de quo aliâs plura. In summa ex ipso deo, ex scriptura diuina, & omnibus quæ ad deum pertinent, animus sibi per uersus ansam arripit peccandi. An non sic res habet? ex immensa illa dei misericordia quàm multi pœnitentiam prorogant & contritionem? Et illis sane misericordia dei posita est in ruinam. Quàm uero plurimi gratiæ diuinæ concessis sibi donis superbiunt inflati, illisq; dum abutuntur, eadem faciunt sibimet in ruinam. An paucos esse putas, qui sacramenta diuina conficiant indigne? Et ipsi sane ruinam sibi parant. Aut quis non blasphemos istos uidet nostri seculi hæreticos, sacrum Christi corpus in sacramēto altaris abnegantes? Quis etiam uere fidelis & bonus Christi sectator, non uidet Christum hæreticis ruinam esse suæ damnatiōis maximam, contrà quoq;, bonis & pijs omnibus resurrectionem in uitam æternam? Quam nobis donet deus optim⁹ maximus, Amen. Roma. 2

HOMILIA

Eiusdem dominicæ secunda.

IN hoc sancto Euangelio reliquam adhuc unam habemus prophetiam Simeonis, & aliam Mariæ, cum sua ratione. Has quoq; nunc auxiliante deo ex scripturis sacris declaremus. Simeon ad Mariā ait: Ecce hic positus est in ruinam & resurrectionem multorū in Israel, & in signum cui contradicetur. Signum hoc intelligi potest de omnibus sanctæ fidei nostræ articulis, inquit Origenes. Omnibus enim qui narrāt historiam de saluatore, id est, Euangelium, contradicitur, non quidem à fi- Luce. 2. Origenes

delibus, credimus nanq; quicquid scriptum est & uerũ es-
Roma. 15 se, & ad nostram salutem scriptum esse, ut Paulus ait. sed tantum penes infideles omne quod scriptum est, signum est cui contradicant. Quomodo autem doctrinæ cõtradicatur euangelicæ, patet. Siquidem Euangelium Christianis datum est in signum, sicut & Dauid ait: Domine,
Psalm. 59 dedisti metuentibus te significationem, ut fugiant à facie arcus. Et in euangelio quidem in primis docemur, quid uoluntati diuinę beneplacitum, & quid sit aduersum. Cui tamen signo Christi per uniuersum mundum contradictum est, cum apostoli iuxtà præceptum domini exirent euãgelium prædicaturi omni creaturę, quemadmodũ &
Marci. 16 Iudæi ad Paulum dicebant Romæ: De secta hac notũ est
Actuũ. 28. nobis, quia ubiq; ei cõtradicitur. Neq; id sermone tantũ, sed & facto, cum tyranni aquis usi sint, lapidibus, gladio,
Hebrę. 11. rota, flagellis, cruce, clauis, catenis, & feris quoq; immanissimis ad euellendum euangelium. Et tamen signum illud nobile Christus uirtute sua retinuit & conseruauit, multis aliis miraculorum signis, quæ subinde per martyres suos operatus est deus, ut in eorũ uitis auditis. Quis etiam quotquot opera faciunt Christiano indigna, toties Christo dici possunt contradicere, iuxta illud uerbum Pauli, Confitentur se nosse deum, factis autem negant.
Titi. 1. Hic cuiusuis hominis appello mentem & conscientiam, ut cogitet, quomodo nunc in mundo fiant omnia, cum breui adeo tempore, tantum hæresum & errorum irrupit, an non Christo, sancto'q; suo contradicatur euangelio, q̃d iam olim omnes semper fecerunt hæretici? Chri-
Lucę. 22. stus in cœna de sacramento loquens, ait: Hoc est corpus meum. Huic uerissimo signo contradicunt sacramẽtarij, asserentes non esse illud uerum corpus Christi. Christus
Matth. 23. seruare præcepit, quicquid dixerint qui in cathedra se-
Lucę. 10. dent Moysi, docens qui prælatũ audiat, eum audire Christum. Nunc uero isti prædicatores carnis surgunt, cõtradicentes & iubentes, præceptis tum ecclesiæ, tum prælatorum parendum non esse. Sanctus Iacobus fidem sine operibus mortuam esse prædicat. Nouelli autem Christia-
Jacobi. 2. ni contradicunt, fidem nullam esse contendentes mortuam; siquidem fides sola hominem iustificat, Possem ita p

ōmnes ueterum & recentium currere hæreticorum arti culos, ut ampliter copioseq; satis ostenderetur, contradictionibus huiusmodi Christianorum pias illas ordinationes dissui, & leges sanctas scindi, sicut dixit Habacuk: Factum est iudicium, & contradictio potētior. propter hoc lacerata est lex. Habac. 1.

2. ¶ Cum diligentius sanctorum patrū scripta inuestigo, inuenio Christū etiam signum esse positum uirtutum omnium, cui contradicunt peccatores omnes. In signum ēm castitatis positus est, cū conciperetur: in signū humilitatis, dum nasceretur. Est præterea signū patientiæ, signū redemptionis, signū illuminationis. Cuius rei per singula possent adferri scripturæ sanctæ testimonia, nisi breuitati mallemus cōsulere. Huic illi signo cōtradicunt peccatores omnes, uelut sagittarij in unū hunc scopum intendentes, ebrij & temulenti, superbi, impudici omnes: omnes impij, blasphemi cōcionatores cōtradicūt huic signo, quotq; etiam peierāt temere. Et quid multa? Omnes qui mandata eius nō seruant, signo huic cōtradicunt. Graue enim illud & plane seriū est, quod dixit Christus: Si uis uitam ingredi, serua mandata. Isti seruare nullum uolunt. Matth. 19 Rursus inquit ille: Angusta est quæ ducit ad uitā, uia. Isti letam & ampliam uolunt, imò undiq; cōtra gubernationem & administrationem diuinam garriunt temere & murmurant. Vt recte in eorū psona dixerit Habacuk propheta: Vsq; quo dñe clamabo, & non exaudies? Vociferabor ad te uim patiens, & nō saluabis? Quare ostendisti mihi iniquitatem & laborē uidere, prædam & iniustitiam contra me? Quare respicis contemptores, & taces conculcante impio iustiorem se? Huiusmodi temeriæ oblocutiones, quia nunc quotidie fiunt, penè cœperunt uilescere, dum ijs nō paulo grauiores parantur, quibus summā illam dei calumniantur monarchiam: usque adeo, ut quilibet quantumuis abiectissimus, etiam terræ filius, putet se, si deus esset, aliter longe mundū hunc gubernaturum. Vides nunc quomodo deus ipse signum sit, cui peccatores & homines temerarij omnes contradicāt? Posset hæc quoq; interpretatio per uniuersam scripturā satis fundata, latissime explicari, Sed hæc nūc sufficiant. Matth. 7. Habac. 1.

¶ De signo miraculorum, locum hunc quidam conan
tur exponere, quoniã miracula istiusmodi à Christo po-
sita sunt in signum diuinæ potestatis, dicẽte Nicodemo:
Johan. 3. Nemo potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit de
us cũ eo. Quomodo cæcus ille natus quoq; dicebat: A se-
culo non est auditum, quòd quis aperuit oculos cæci na-
Johan. 9. ti. Nisi esset hic (Christus) à deo, non poterat facere quic-
quã. Et sic undiq; miracula signa dicuntur: & ita ea Chri
Marci. 16 stus appellauit apud Marcum: Signa eos qui crediderint,
Joh. 4. 12 hæc sequentur. Ita apud Iohannem & Paulum secũdo ad
Heb. 2. Corinthios & ad Hebræos. Verum illis quoq; signis Chri
sti contradixerunt Iudæi, sicut Iannes & Mambres mira
culis Moysi corã Pharaone, ea q; tribuebant diabolo: sic-
ut & gẽtes signa calumniati sunt sanctorũ, dicentes ea ar
Matth. 12 te fieri magica. Nec desunt adhuc hodie ex nouellis Chri
stianis temerarij quidam, imò & hæretici, miracula san-
ctorũ autori ferentes accepta diabolo, sicut apostata Oe-
colampadius, & alij complures faciunt. Hanc itaq; expla-
nationem etiam hic lubens prætereo. Non alienum esset
si induceretur, quomodo nostrates hæretici signo Chri-
sti contradicant, imagini passionis suæ, eam conculcan-
tes & confringentes, more & impietate Turcica. Sed &il
la missa facimus. Tandem iam expositionem dabo com-
munem. Neq; enim euangelium tantum & doctrina Chri
sti, nec sua tantum, q̃uis probatissima uita, nec lex quoq;
solummodo & miracula, signum illud sunt à deo positũ,
sed hoc quoq; nobile signum est crucis, imò Christ⁹ ipse.
Et ita quidem Beda, signum, inquit, cui contradicetur, fi-
Beda. dem dominicæ crucis accipe. Et Theophylactus quoque
Theoph. dicit: Quoniam signum crux, cui usq; in hoc tempus con
tradicitur, hoc est, non recipitur ab incredulis. In huius
Nume. 21 nempe figuram iam olim dixerat dominus ad Moysen:
Fac serpentem æneum, & pone eum pro signo: qui per-
cussus aspexerit eum, uiuet. Vnde & sanctus Gregorius ait:
Gregori⁹ Honor & contumelia non longe abfuerunt, quòd enim
Christus in signum erectus est, honoris fuit: quòd ei con
tradicebatur, contumeliæ fuit. Catholicis nobis signum
crucis est insigne decoris, Iudæis & gentibus id contem-
nentibus & reijcientibus, imò etiã pedibus calcantib⁹.

Quamuis & ipse Christus signum illud non incommode dici poterit, sicut de seipso per prophetam loquitur, dicens: Posuerunt me quasi signum ad sagittam. Thre.3.
An non satis amarulēta, neq; parum ueneno illita tela sua Iudei Christo in crucem suffixo incusserunt, dum maledictis linguis illum impeterent, omniq; calumnia proscinderent? Adeo ut ille non temere in persona Dauidis conquestus sit: Filij hominum, dentes eorum arma & sagittæ, lingua eorum gladius acutus. Hæc nimirum sunt quibus isti Christo contradixerunt. Vtut tamen peruersi Iudæi pertinaciter reluctati sint olim Christo, idemq; iā nunc pari impietate gentiles, Turcæ, hæretici quoq; & mali faciant Christiani: illud tamen & triumphabit signum, & permanebit in æternum, sicut prædixit Isaias propheta: Erit dominus nominatus in signum æternum quod non auferetur. Signum illud constans & perpetuū nullus poterit Iudæorum contemptus, nulla quantumuis uehemens tyrannorum persecutio, nullum uirus, nullaq; secta abolere hæreticorum, sempiternum est enim, licet multum ei contradicatur. Per Psalmistam ergo dicebat deo patri: Eripies me de contradictionibus populi, constitues me in caput gentium. Nec ipse tantum, sed & omnia sua sancta piaq; membra, quæ contradictiones uicerint huiuscemodi, eodem testante qui promisit: Qui uicerit, dabo ei edere de ligno uitæ, & sedere mecū in throno meo, sicut & ego uici, & sedi cum patre meo. Multiplicem illam adeoq; uariam signi huius, cui contradicet, expositionem, non libuit deducere ad longum: leuiter tantum uelut extremo digito ostendere, ut appareat saltem, quàm uerum sit illud Augustini, copiose & abundāter scripturam sacram huberrimum quendam secum afferre intellectum, nec ullum alteri contrariiū, sed omnē illum iuxtà salutarem, bonum & utilem, iamq; olim à spiritu sancto primum inspiratum.

Psalm.56 Isaie.55 Psalm.17 Apo.3.

¶ Deinceps quoq; Mariæ nonnihil uaticinari pergit Simeon, declarans & ipsam participē eius fore, quòd filius suus in signū positus esset cui cōtradiceretur, eiusq; nō paruam partem ad ipsam quoq; peruenturam, & ait: Tuam ipsius animā pertransibit gladius, ut reuelent ex mul Luce.2.

Origenes. Ambro. tis cordibus cogitationes. Atqui nulla (ut inquit Origenes) docet historia, beatam Mariã ex hac uita gladij occisi one migrasse, præsertim cum nõ anima, sed corpus soleat ferro interfici. Intelligi itaq; illud oportet de gladio passionis dominicæ, qui usq; adeo tenerrimũ cor Mariæ ineffabili & immensa quadam cõpassione uelut transuerberauit. Quis enim illa Christum & dei filium nõrat, & spõte sua mori sciebat, sicuti nec ambigebat ipsum deuicta morte triumphaturæ, potenterq; resurrecturum, cum non poterat eam latere, quod in Christi persona dixerat

Osee. 13. Oseas propheta: De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos, Ero mors tua ò mors, ero morsus tuus inferne: non poterat tamẽ gloriosa illa dei genitrix Maria filium suũ dilectissimum, ex se tam & admirabiliter & spiritu sancto cooperante natũ, iam in tantis uidere doloribus, pœnis & cruciatibus mori, nisi ipsa quoq; ex animo uehemetissime & acerbissime cõdoleret. Beda porrò uult

Beda. Psalm. 140 hunc esse scripturę morẽ, qm̃ & Dauid dixit de Ioseph: Mittit añ eos uiræ, in seruũ uenũdatꝰ est Ioseph: humiliauerũt in cõpedibus pedes eius, ferrum pertransiit animã eius. Et omnis iste dolor carcer & tantũ fuit, in quibus derentꝰ

Gene. 39. Ambro. est Ioseph. Ambrosius ijsdem hic utitur cũ Origene & Beda uerbis. Addit tamen insuper, prudentiã Mariæ haud ignaram cælestis fuisse mysterij. Siquidẽ uiuũ est uerbum dei & ualidũ, & magis acutũ omni gladio acutissimo. San

Damasce. ctus Damascenus uelut peculiaris quidã uirginis Mariæ seruitor & amator, inde nõ multũ dissentiens, inquit: Dolores quos nõ habuisti in partu, ut sentires te esse matrẽ, nunc exoluas in morte filij, sentiendo te esse matrẽ. natura enim quæ dolorẽ remorata est & distulit, cũ instaret iã tẽpus, & acuit fortius & auxit. Quam etiã ob causam san

Hieron. ctus Hieronymus in sermone de assumptione beatæ Mariæ, ad Paulam & Eustochium scribit: Beata dei genitrix & martyr & uirgo fuit, q̃uis in pace uitã finierit. Hinc q̃que quòd uere passa sit, testat Simeon propheta loquens ad eã: Et tuã, inquit, ipsius animam pertransibit gladius. Ex quo constat, q̃d martyr fuerit. Alij nanq; sancti, etsi passi sunt pro Christo in carne, tamẽ in anima, quia immortalis est, pati non potuerunt. Beata uero dei geni-

trix, quia in ea parte passa est, quę impassibilis habet, imo (ut ita fatear) quia spiritaliter & atrocius passa est gladio passiōis Christi, plus q̄ martyr fuit. Et infra: Quæ ga mēte passa est, plus q̄ martyr fuit: quia mortē Christi suā fecit, sicut & propheta Ioēl secundū quorundā prædixerat interpretationē, cū diceret: Sol cōuertetur in tenebras, Joel. 2. hoc est, Christus in passione sua, & luna in sanguinē, Maria nempe per suam cōpassionē. Tantus autē & tam uehemens ille fuit in Maria dolor, iuxta sententiā doctorū, ut ipsa eum uiribus sustinere & perferre naturalibus nequa quam potuisset, nisi singulari quadā & præuenta & adiuta esset uirtute diuina. Vnde & Bernardus ait: Vere tuā, ō beata mater, animā gladius pertransiuit: alioquin nō nisi eam pertransiens, carnem filij sui penetraret. Et quidē posteaq̄ emisit spiritū tuus ille Iesus, ipsius plane nō attigit animā crudelis lancea, quæ ipsius aperuit latus, sed tuam utiq; pertransiuit animā. Tuam ergo pertrāsiuit animam uis doloris, ut plus quām martyrē nō immerito prędicemus, in qua mirū corporeæ sensum passionis excesserit cōpassionis adfectus. Et iterū, Fugientibus apostolis, in faciē filij sui se opposuerat mater, ac gladio doloris eius animæ infixo, uulnerabatur spiritu, & cruciabat adfectu. Et quod in carne Christi agebant claui & lancea, hoc in eius mente faciebat compassio naturalis & adfectionis maternæ angustia. Bernar.

¶ Claudit iam prophetiam suam Simeon: Vt reuelentur ex multis cordibus cogitatiōes. Vbi quod ad literam attinet, apertum est sane, quomodo penetrante pectus Mariæ gladio in ipsa Christi passione & morte, reuelatæ sint cogitationes pleraq; hoīm omniū. Nanq; & Christus iam ante apud Iohannē discipulis suis dixerat: Nōne ego uos duodecim elegi, & ex uobis unus diabolus est? Verbū autem illud usq; ad passionē Christi, quid sibi uellet, non patuit. siquidē tunc demū discrimē apparebat Iudæ & Petri, Petri item & Mariæ. Tunc quoq; tandē constabat, qd erga Christum in pectore celauerant Annas & Caiphas, quoq; in eundē animo fuerāt Nicodemus & Ioseph. Sed & uixdū nato Christo idem hoc statim apparuit. Nanq; cū primū fama de Chro per tres magos perebuisset, tur- Johan. 6.

Matth. 2. Luc. 2. batus est Herodes, & omnis Hierosolyma cum illo, pastores uero cū omni gaudio euangeliū adnunciauerunt pacis. Nec multo post, Christum, cum iam prædicare cœpisset, quidam ut magistrum secuti sunt ueritatis, alīs interim eum tanq̄ seductorem fugientibus. Quidam etiā dicebant, quia bonus est. alī uero dicebant: Non, sed seducit turbas. Atqui ne nunc quidē ita pacatam semper sinit Ecclesiam suam sanctam esse deus, ut non calamitates interdum in ea subnasci permittat, ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes: quod & iam nostro tam calamitoso seculo uidemus euenire, quo quot tādem homines, īmò urbes etiam & oppida à catholica quotidie decidunt ecclesia, à Christianis deficiunt ordinationibus? Et tamē qui nunc primi cadunt, eos ante annos aliquot (quantum humano licet adsequi iudicio in illis externis) optimos credidisses Christianos. Deus autem intuetur cor. Ad eūdem quoq̄ modum per ipsos prædicatores non raro reuelantur cogitationes multorum, qui & ecclesias frequēter ingrediuntur & orant, ita ut habeantur optimi. Verū ubi primum stimulis tanguntur ueritatis, tunc demum furore perciti inclamitant: Nihil nouit sacrificulus dicere, nisi ista &c̄. Ecce quomodo prædicatoris uoce, hominum cogitationes reuelantur. Atq̄ huiusmodi hominū reuelationem & probationem Paulus in cæteris ponit rationibus, quamobrem hæreses fieri permittat deus, q̄d nostris nunc temporibus prohdolor uidemus accidere. ait enim: Oportet hæreses esse, ut & qui probati sunt, manifesti fiant in uobis. Et uos itaq̄ charissimi laudem date Christo Iesu, & gratias agite in omnibus, quoniam fecit uobiscum hactenus misericordiam & gratiam illam, in istis tam periculosis temporibus, quibus fides catholica usq̄ adeo fluctuat & periclitat: quod & tam misericorditer uos in sua illa sancta, antiqua, indubitata, uera & Christiana fide cōseruauit, nec excidere permisit ex unitate sanctæ ecclesiæ catholicæ, sicut alī multi semet separauerunt ab illa. Verum isti, ut ait Iohannes, ex nobis prodierunt, sed nō erant ex nobis. nam si fuissent ex nobis, permansissent utiq̄ nobiscum. Sed ut manifesti sint, q̄m non sunt omnes ex nobis, Sed uos unctionē habetis à sancto

Iohan. 7.

2. Reg. 10.

2. Corin. 11

1. Iohan. 2

scilicet spiritu, & nostis omnia, quæ ad salutē uobis sunt necessaria. sustinete modo, & perdurate in illo uestro ꝓpositō sancto, deumq; sedulo orate, ut ille uos in tanta fidei cōstantia semper custodiat, iam hic per omnem uitā & tandem in morte, post quam uitæ uobis sempiternæ felicissima gaudia donet, Amen.

HOMILIA .III.

Eiusdem dominicæ.

Diligenter omnino & fideliter euangelista descripsit, quæ Mariæ cōtigerunt Hierosolymis, cum primum egressa esset puerperij tēpus, puerumq; Iesum in templo præsentasset, quanta ibi mysteria sanctꝰ Simeon prophetico spiritu prædixerit de Christo simul & Maria. Nunc uiduā quoq; commemorat, dicēs: Et erat Anna prophetissa filia Phanuel, de tribu Aser, hæc processerat in diebus multis &c̄. Iuxta historiam, cōuictum Annæ hic declarari Beda ait honestissimum, dignamq; senectam tali maxime muliere, quæ Christo dño testimonium perhiberet. Et fungitur hic euangelista fidelissimi uelut notarij officio, dum testem describit, primum à nomine, deinde à tribu, mox à senectute &c̄. ut uel sic tandē quod narraturus erat, & certius haberetur, & uerisimilius esset testimonium: quod tamen rursum Beda ad mysticum referens sensum, Annam significare dicit ecclesiā, quæ in præsenti quasi sponsi dominiq; sui est morte uiduata. Anna enim gratiam significat & misericordiam. habet autem ecclesia gratiā ex deo & sancta sacramenta. Sed hæc transeant, ad literam redeo. Anna hæc secundū Ambrosiū in huiusmodi uirtutibus & moribus ab Euangelista laudatur, ut quæ digna habita sit aduentum nunciare redemptoris mūdi. Iam uero cōiuges duo prophetauerāt, Zacharias & Elizabeth: uirgines quoq; duo, Maria & Ioseph, Simeon ille senex, & paruulus adhuc in utero matris clausus Iohannes. Vidua deerat, cuius nunc tandem meminit Euangelista: unde colligere licet, ipsum quoque Simeonem cęlibem fuisse. aliās enim sua quoque ad Christum uenisset comitatus uxore. De nomine q̄-

Lucę. 2.

Beda.

Beda.

Ambrosiꝰ.

que Annæ hic taceo, & de quinq; nominis huius laudatissimis mulieribus. Vide homiliam in die sanctæ Annæ.

¶ Ex quatuor aũt hic Euangelista Annam cõmendat. Et primum quidem à genere, qm̃ filia fuerit Phanuel de tribu Aser, in quo q̃uis multũ adeo positũ non est, maxime cum ꝓprias cuiusq; intueamur uirtutes, uerꝫ est tñ ꝙd ait Hieronymus: Hoc solum uideo in nobilitate generis appetendum, ꝙ quasi quadam necessitate astringuntur, ne à maiorum nobilitate degenerent, maxime cũ hoc fiat sçpissime, quòd patri optimo filius obtingat pessimus, sicut Adæ Cain, Noæ Cham, & Abraæ Ismael. Et contra quoq; fit, ut parens iniquus filium habeat optimum, sicut de Achaz legitur, quoniam male fecerit, exemplo aliorum regum Israël, filium suũ per ignem transferens & consecrans idolis, aliasq; impias ididolatrarũ uanitates exercens: qui tamẽ pium habuit filium Iezechiã, de quo scriptura ait, quòd fecerit bonum coram dño, iuxta oia quæ fecerat Dauid pater eius. Quis hoc in ea re periculũ est, quòd plerunq; arbor mala malos fert fructus, & (ut Iezechiel inquit) prouerbiũ est, Sicut mater, ita & filia. Sed & in ipsa Christi generatione clare cõspicimus, nõ semp moribus & uita liberos suos repræsentasse parentes. Vt autem sit illud, Euangelista hic tantum dicit, Annam Phanuelis fuisse filiã de tribu Aser. Et quòd illum in uirtutibus sit secuta, ex sequentibus patet, cum eam prophetissam nominat.

Hieron.

4. Reg. 20.

4. Reg. 18.

Iezec. 16.

¶ Celebres porro in ueteri testamẽto ꝓphetissas quatuor agnoscimus: Primam Mariam illam Moysis sororem, quæ canticum deo cecinit pro populo ex redemptione Pharaonis. Quæ sane figura erat redimendi aliquando generis humani per Christum, sicut in Exodo legitur: Sumpsit Maria prophetissa tympanũ in manu sua.

Exod. 15

Secunda Delbora fuit, quæ per sapientiã qua plurimum ualebat, populum rexit, defendit'q; ab hostiũ incursu. Et hæc typum gessit sapientiæ Christi, qua ille & dæmones uicit, & infernum expugnauit. Tertia uero Olda fuit, quæ Iosiæ regi Iuda prædicebat eum in pace moriturum quidem, sed tamen iram dei uenturã super populũ. Quo etiam modo pax Christi erit super regem Iuda, hoc est, su-

Judic. 4.

4. Reg. 22

per omnes qui Christum confitentur, fideq; simul & operibus eum collaudant: sed tamen ira interim dei peccatoribus non parcet. Quarta denicq; prophetissa illa est, cuius hic mentio fit, Anna: quæ quam cæteræ istæ typo tantũ quodam & figura significârunt, aperte cõfessa est ueritatem. Necq; in nouo quoq; testamento prophetissæ desunt quatuor illæ Philippi filiæ. Et non temere euangelista hic tribus Aser meminit, siquidem uox hæc Hebræis beatum sonat, sicut & Lia à partu suo dixit: Hoc pro beatitudine mea, beatam quippe me dicent omnes mulieres, propterea appellauit eum Aser. Quomodo autem hæc Anna gratiam ex deo tantam habuerit, ut in spiritu Iesum agnosceret esse Messiam, euangelista porro cõmemorat, quibus exornata fuerit uirtutibus, sicut & Simeon, qui etiam iustus & timens deum commendatur. Actu. 21. Gene. 30.

¶ De statu uiduarum pie & propter deum obseruato, quanquam sit ille & honestus & deo bene placens, cũ Origenes hic clare docet, tũ uero Paulus ad Corinthios non paulo euidentius arguit, dicens: Non nuptis & uiduis dico, bonum est illis, si sic permanserint sicut & ego. unde & discipulo suo Timotheo præcipit: Viduas honora, quę uerè uiduæ sunt. Et hæ sane quã sint deo gratæ, uel hinc apparet, q; toties præcepit, ne qua eis uis inferatur, néue opprimantur à quoq;, sicut cõstat in lege Deuteronomij uicesimoquarto, Isaiæ primo, Ieremiæ quinto, Iob uicesimoquarto, Ieremiæ uicesimosecundo, Zachariæ septimo. Et ideo dñs præcipiens ait: Viduæ & pupillo nõ nocebitis, si læseritis eos, uociferabuntur ad me. Sed tu mihi sapientẽ quoq; audi dicẽtẽ: Nõne lachrymæ uiduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio eius super deducentem eas? A maxilla em̃ ascendunt usq; ad cælũ, & dñs exaudítor nõ delectabitur in illis. Vbi ego quotquot magistratum gerunt, admonitos diligenter nolo, ut pupillos & uiduas sedulo tueantur, nec iniuste patiantur opprimi. Quod sane qui faciunt, nec æquitatem, nec diuinum attendentes præceptum, non tantum hic temporaliter ob id punientur, uerum etiam iniquitatis tantæ grauem cogentur aliquando rationem reddere coram deo in iustissimo illo dei iudicio. Et uæ igitur illis, uæ inquam, 1. Tim. 5. Exodi. 22. Eccl. 35.

qui pupillis bona etiam detrahunt ſua, alienant aut colluſiones faciunt &c̄. Merito ergo Anna eo etiam laudatur hic magis, quòd uidua fuerit, quodq; progreſſa ſtatu iam ad annum 84. peruenerit. Sicut enim bonum erat, inquiente beato Auguſtino, quod Martha faciebat occupata circa miniſterium ſanctorum, ſed melius quod Maria ſoror eius ſedens ad pedes domini, & audiēs uerbum domini: ita bonum Suſannæ in caſtitate coniugali laudamus, ſed tamen ei bonum uiduæ Annæ, ac multo magis Mariæ uirginis anteponimus. Super hac re quiſquis plura deſiderat, uideat Ambroſium, qui peculiarem etiā ſcripſit librum in laudem uiduarum: nō iſtarum tamen, quę temere & iniquiſſime laſciuiunt, ſed q̄ pie & ſancte uiuūt in Chriſto. Vnde etiam cum nos de uiduarum laude & dignitate loquimur, non eſt, quod in uniuerſum omnes intelligas, quæ ſuis orbatæ ſunt maritis, ſed eas tantū quæ in laudem & honorem dei, conſtanter animum inducūt in cœpta caſtitate uitā ſuam finire. hoc enim adfectu pio Paulus uiduas uirginibus coniungit, dicens: Mulier innupta & uirgo cogitat quæ domini ſunt, ut ſit ſancta corpore & ſpiritu. Huiuſmodi uiduas pias & ſanctas multū remunerabit deus. Rationem addit Ambroſius, quoniam uiduæ iuuenes acrius tentantur quàm uirgines, propter recordationem delectationis expertæ. Cum itaq; tanta conſtantia decertantes, de diabolo, mūdo & carne fortiter triumphent, merito etiam à deo plurimum remunerantur, iuxta illud Pſalmi: Viduas eius benedicam, hoc ē, ſecundum idioma Hebraicum, ualde benedicam. Et rurſus in alio loco: Cuſtodit dominus aduenas, pupillum & uiduā ſuſcipiet. Et igitur inter cæteras p̄claras illas, quas Iudith deferebat populus, laudes dicebat ad illā: Tu gloria Ieruſalem, tu lætitia Iſrael, tu honorificentia populi noſtri, quia feciſti uiriliter, & cōfortatum eſt cor tuum, eo quòd caſtitatem amaueris, & poſt uirum tuum, alterum neſcieris.

Auguſti.
Luce. 10
Daniel. 13
Ambroſi⁹.
1. Corin. 7.
Pſalm. 131.
Pſal. 145.
Iudith. 15

I. Anna in tẽplo aſſidua

¶ Amplius adhuc euangeliſta Annam laudaturus, honeſtam talique uidua digniſſimam conuerſationem declarat & uitam. Ac principio quidem ſedulitatem illam tantam, ita ut à templo nō recederet. Quod etiam nō fit

intelliges, quasi in templo desederit assiduò, sed quia iuxta Glossam in eo frequẽter fuerit: qui ferè uulgatus ẽ loquendi modus, etiam apud Apostolum: Memoriam uestri facientes in orationibus nostris sine intermissione, hoc est, sedulò. Quãuis non desunt, qui putẽt eam ita in templo semper fuisse, ut etiam ibi cõtinuo habitârit, sicut etiamnum Romæ ad sanctum Petrum aliqui includi sese patiuntur, templũ illud per omnẽ uitam nõ egressuri. Deinde à ieiunio q̃q; cõmendat. Et ubi sunt Neochristiani, imò ex Christianis fucati & hæretici, q ieiuniũ & pias preces iuxtà respuunt? Ecce hic Anna ex utroq; peculiariter collaudatur: adeo, ut ob id testis Messiæ facta sit. Quamuis quid opus est multis hoc loco illud coimmemorare, quando tota scriptura undiq; plenissima est testimonijs locorum aduersus hæreticos istos ieiunium contemnentes? Nanq; per Ioëlem dominus ait: Conuertimini ad me in toto corde uestro, in ieiunio, fletu & planctu, & scindite corda uestra. Vt iam non immerito euangelista Annam tertio loco ab oratione commendet. siquidẽ iuxta salubre illud Tobiæ consilium, Bona est oratio cũ ieiunio & eleemosyna. In hoc uelut speculo iam se nostrates contemplentur uiduæ, considerantes non suum esse, ut hincinde per plateas discurrant, ut ad omnes choreas & saltus cursitent, ut nimium lasciuiant, ut crapulẽtur, potitent, garrulentur. Sed in templo potius sint sedulæ, conuersationis sint honestæ, orent & ieiunent, actum demum status ille earum non tãtum coram deo laudabitur & hominibus, uerumetiã in æternam ipsis cedet remunerationem. Nunc deniq; testimonium Annæ euãgelista commemorat, quæ eadem qua Simeon hora uenit, quaq; puerum Iesum Maria obtulit in templum.

1. Thes. 1.

II. Ieiunium.

Joel. 2

III. Tobię. 12.

Sed quid de uerbo ad uerbum locuta sit Anna, in euangelio expressum non est. tantum enim dicit euangelista, quoniam cõfitebatur domino, & loquebatur de illo omnibus qui expectabãt redemptionem Israel, hoc est, ex sententia Theophylacti, gratias agebat, & docebat de domino, quòd ipse esset saluator & consolatio nostri, expectãtium redemptionem. Nec est quod dubites, quin, sicut ea hora in templum aduenit Simeon instinctu spiritus san

cti, ita etiam Anna eodem uenerit inspirante. Et rationem quidem, cur Euãgelista Annæ uerba in propria forma non posuerit, adferunt nonnulli, dicentes eum Simeonis uerbum, non Annæ expressisse, quòd mulieres filere magis quàm loqui in ecclesia, & doceri quàm docere debeãt, ex doctrina Pauli: Mulieres in Ecclesijs taceant. non enim permittitur eis loqui. Sequitur: Et ut perfecerunt omnia secundum legẽ domini, reuersi sunt in Galilæã in ciuitatem suam Nazareth. non ita tamen, ut illic permãserint, quandoquidem nõ multo post Ioseph ab angelo admonitus, fugit in Aegyptũ. Rebus ergo suis compositis, aufugerunt illuc cum puero. Quod cum satis descripserit Matthæus, Lucas non commeminit.

Mulieres silentium. 1. Cor. 14.

Matth. 2.

¶ Postremo egregia euangelium hoc clauditur coronide, Puer crescebat & confortabatur, plenus sapientia, & gratia dei erat in illo. Quod sane intelligendum uenit, cum eorum omnium, quæ Matthæus adhuc de fuga in Aegyptum scribit, inclusione. Etsi uero poterat CHRISTVS iustam statim & perfectam sibi adsumere magnitudinem, uoluit tamen ut puer ꝛempore crescere, non dedignatus omnem illam humanæ naturæ conditionem, dummodo peccatum exceperis, suscipere. Verum de hoc aliâs. Satis enim hic est & dicere & nosse, ꝙd corpore creuerit CHRISTVS ordinate, usque ad iustam ætatem, secundum naturalem perfectionem, modum in hoc præscribens & terminum omnibus hominibus, quonam sint resurrecturi ætatis habitu, sicut & Paulus dicit: Donec occurramus omnes in unitatem fidei, in uirum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis CHRISTI. Qua de re plura dicentur in sermonibus de nostra resurrectione. Hoc ergo primum illud est, quòd puer paulatim corpore creuit. aliâs enim uisum fuisset phantasma, ut ait Theophylactus.

Christus creuit.

Ephe. 4.

¶ Addit deinde Euangelista: Et confortabatur. Vbi si uirtutem Christi expendas animalem, seu uitalem aut naturalem, non est quòd ambigas corporea eum mole creuisse, cum eadem ratione qua imbecillitatem suscepit humanam, & creuerit etiam, & sit confortatus. Verum si cõfortationem inspicias spũs, confortatus ille nõ est. siqui-

Christus confortat⁹

dem quamuis etiam ad eum confortandum angelus de- Luc. 22.
scendit de cælo in montem Oliueti, non tamen id accipi- Matt. 4.
endum ita est, quasi ipsum confortârit, cum legantur alibi accessisse ad eũ & ministrasse illi, unde & ministri eius fuerunt quidem, non confortatores: sed angelus ille se habuit in modum consolantis seu confortantis, & uelut dicentis, Ah domine operare salutem mundi per passionem tuam &c. uide in passione.

¶Porro Euangelista puerum sapientia plenum uocat. Et hic quoque nemo ea sit stoliditate, ut putet Christum etiam secundum humanitatem creuisse scientia, ratione & sapientia, sicut pueri indies efficiuntur prudentiores. Absit enim procul hãc nos tribuere CHRISTO tam insignem contumeliam, quamuis id ex ueteribus impurissimus hæreticus Nestorius, & ex recentioribus isto nihilo inferior Zuinglius somniârunt. Verum hoc doctores catholici intelligunt eo modo, nõ quòd in sapientia creuerit, secundum sapientiam in se, sed tantum in exhibendo & notificando illam, ita ut indies magis ac magis apparuerit. & sic Theophylactus dicit: Prodigiosum uisum fuisset, si CHRISTVS, quãdiu paruus fuisset, omnem ostendisset sapientiam, quamuis in ipso adhuc uirginis matris utero tanta fuerit in illo sapientia, quanta iam in cruce fixo. Idq; adeo esse uerissimum scripturæ testantur. nanq; de humanitate CHRISTI Iohannes ait: Vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à patre, plenum gratia & ueritate. Sed & Paulus in CHRISTO reconditos thesauros omnes sapientiæ & scientiæ prædicat. Et Isaias: Super eum, inquit, requiescet spiritus scientiæ & sapientiæ. Neque aliud est quòd eum uirum appellat Ieremias, nisi quòd anima CHRISTI rationem & sapientiam omnem habuit à principio suæ creationis, cum ait: Creauit dominus nouum super terram, fœmina circũdabit uirum. Quodnam illud est nouũ, nisi quia anima CHRISTI in utero matris intellectum habuit uirilem? Et quod iam de Christi sapientia dictum est, idem de eius sentiendum est gratia. tantum enim gratiæ benedicta Christi anima principio statim suscepit, ut plus suscipere non potuisset, neq; enim secundum mensurã da

Christus plenus sapientia.

In disput. Bernens.

Iohan. 1.

Coloss. 2.
Isaiæ. 11.

Ieremi. 31.

Iohan. 3.

tus illi spiritus erat, & in eo tamē requieuit plenitudo diuinitatis, atq; ideo incrementum gratiæ in illo, non secundum gratiam in se factum est, sed tantum in exhibitione externa. Et ideo plenitudinem ille habet gratiæ, ut omnes nos ex illa reciperemus, ut Iohānes ait. Et hic quidem in tempore gratiam suam, illic autem gloriam, quam nobis tribuat deus, Amen.

DOMINICA POST FESTVM Epiphaniæ

Isaię. 27. Actuū. 3.



IN illo tēpore: Cum factus eēt annorum duodecim, ascendentibus illis in Hierosolymam secundum cōsuetudinem diei festi, consummatisq; diebus, cū redirent, remansit puer Iesus in Ierusalē, & nō cognouerunt parentes eius. Existimantes autē illum esse in comitatu, uenerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos & notos. Et non inuenientes, regressi sunt in Ierusalem, requirentes eum. Et factum est post triduum, inuenerūt illum in templo, sedētem in medio doctorum, audientem illos, & interrogantem eos. Stupebant autē omnes qui eum audiebant, super prudentia & respōsis eius. Et uidētes admirati sunt.

Matth. 7. Marc. 1.

Et dixit mater eius ad illū: Fili, qd fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolētes quęrebamus te. Et ait ad illos: Quid est quod me quęrebatis? Nesciebatis qa in his q̄ patris mei sunt, oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt uerbum quod locutus est ad eos. Et descendit cum eis, & uenit Nazareth, & erat subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia uerba hęc in corde suo. Et Iesus proficiebat sapiētia & ætate & gratia apud deum & homines. 1. Reg. 2.

HOMILIA PRIMA.

ANte huius euangelij contextum dicit Lucas, Et ibant parentes eius per omnes annos in Ierusalem in die solenni paschæ. Vbi Chrysostomus, In festis, inquit, Iudæorum non solum tempus, sed & locum obseruabant. Ita enim præceperat dominus in lege: Tribus uicibus per singulos annos mihi festa celebrabitis: Ter in anno apparebit omne masculinum tuum coram domino deo tuo. Quæ sane festiuitates fuerunt, paschæ seu panis azymi, primitiarum uel pentecostes, fructuum siue tabernaculorum in autumno. Adhæc tria festa conuenire uiris tantum præceptum erat, mulieribus non item: unde constat, quod Maria dum ascendit in Ierusalem, idipsum non ex obligatione legali, sed propria fecit deuotiōe. Quamuis qui à Ierusalem procul aberāt, excusati habebātur, etiamsi ad festa pentecostes & tabernaculorum non uenirent, sed in festo paschæ nisi morbo excusari non poterant. Et hinc quidem error apparet nostratium hæreticorum, qui festa abrogare conantur & abolere, clamitantes, in nullo diem alium alij esse præferendum. Quæ eorum uox & uana est & erronea & deo aduersa. Nunquid enim non deus ipse festa quædam obseruari præcepit, & quidem lōge præ alijs diebus? sicut & iam auditum est, & alibi dicetur adhuc copiosius. Chrysost. Exodi. 23. Festa.

Præcipue uero id in festiuitate apparet paschali, quam solenniter adeo Iudæi obseruare cogebantur ex præcepto cũ agno paschali, qui typus erat ueri paschalis agni Christi, qui uenturus erat. Et nos cur non potius magisq; merito de ijs quæ præterierunt, festa celebremus,
1. Corin. 5. quoniam pascha nostrum immolatus est Christus, sicut idem agni paschalis festum Iudęi de eo quod futurũ erat, celebrabant?

¶ Ac nunc quidem post hæc sequitur euangelium hodiernũ: Cum factus esset (Iesus) annorũ duodecim, ascen-
Luc. 2. dentibus illis Hierosolymam &c. Vbi tu principio notabis, quòd dominus Iesus nihil in sua pueritia p se operatus est admirabile, ut inquit Chrysostomus, nisi quòd deus pater per magna miracula, per angelos, per stellam, natiuitatem filij declarauit. Vnde libellus de infantia CHRISTI, qui multa habet inaudita miracula, à sanctis patribus ut apocryphus reiicitur. Quia autem iam ante euangelista creuisse CHRISTVM plenum sapientia commemorauit, nunc dicere pergit, quomodo ille sapi-
Beda. entiam suam tantam declarârit. Dominus nanque, ut ait Beda, inter homines homo natus, fecit quod faciendum hominibus per angelos imperauerat deus. seruauit ipse legem quam dedit, ut nobis qui puri homines sumus, seruandum per omnia, quicquid deus iubet, ostenderet. Sed ut supra hominem, cum duodecim adhuc esset annorum, disputauit cum sapientibus Iudæorum, quod aliàs impossibile est, ut puer hac maxime ætatula, nisi scientiam habuisset desuper, disputationem tantam subite ausus fuisset. Numerum annorum duodecim doctores hic ad sensum exponunt spiritalem: quod, quia idiotas scire parum refert, pertranseo. Alia dicam quæ nosse plus retulerit. Principio, quoniam pueri ab ipsis iam inde teneris unguiculis assuescendi sunt pietati & cultui diuino, tu quisquis es, liberos tuos prima statim ętate tecum adduc in templum, audiat ibi Missam, auscultet & obseruet uerbum dei, aquam sumat benedictam, cæterasq; discat ceremonias non negligere, ut sic unà cũ annis succrescat in illis amor dei & cultus pietatis, sicut Ieremias
Threno. 3. dicit: Bonum est homini qui portat iugũ domini ab ado-

lescentia sua. Profecto enim cum pertinax induruerit iuuentus, frustra laboraueris: & quod semel curuum, haud unquam rectum. principijs primæ statim ætatis occurrendum est, quod & Sapiens prudenter consuluit, ut omnia: Filij tibi sunt? erudi illos, & curua illos à pueritia eorum. Curua, inquit, ad similitudinem uirgulti, q̊d dum tenerum est, in quamuis partem & quemcunque uolueris modum flexibile est: sed cum iam induruerit, fregeris citius quàm flexeris. Ad honorem ergo & timorem dei educa liberos tuos. Melior est enim unus timens deum, quàm mille filij impij. Et hoc est quod Ioël docuit, quibus modis iram effugiamus diuinam, dicens: Canite tuba in Sion, sanctificate ieiunium, uocate cœtum, congregate populum, sanctificate ecclesiam, coadunate senes, congregate paruulos & sugentes hubera. Ecce, quomodo hic docemur in honorem dei infantulos quoq; esse ad templa ferendos, eorumq; nomine orãdum deum, ut si peccatis sit iratus seniorum, saltem innoxio & innocenti parcat sanguini paruulorum, ob eorumq; innocentiã faciat nobiscum misericordiam suã.

Eccl. 7.

Eccl. 16.

Joel. 2.

¶ Hinc quoq; disces sapientiam tuam non ubiq; temere ita profundere, quasi omni debeat innotescere mundo, sed competenti sapere & tempore & loco, ut recte dixerit sapiens ille Salomon: Tempus & responsionem cor sapientis intelligit. Et hoc quoque indubitatum est, quisquis sapientiam suam constare cupit omnibus, stultus est & stolidus. uult enim potius uideri sapiens quàm esse. Christ⁹ nanq; summa illa dei patris sapiẽtia, celauit eam usq; in duodecimũ annũ, qua fere ætate aduenit pueris usus rationis & intellectus. tunc demum suam quoq; Christus sapientiam reuelauit. 2. Euangelium habet Christũ Hierosolymis mansisse, Maria tamẽ & Ioseph eum in reliquo esse comitatu arbitrantibus. Hic si quis quærat cur ille in scijs parentibus istic remanserit, in promptu causa est, propria eum ibi mansisse tum uoluntate, tum ordinatione, ut sic toti mũdo declararet, q̃ ardentissimo desiderio & quodam zelo feruenti duceretur adhuc puer rerum cælestium, ut ipse dicebat, eorũ quæ patris sui erant. Quis hæc q̊q; adsignari ratio pos-

Eccls. 8

Christus cur mãserit Hierosolymis.

sit, ne ab illis per parentes abstraheretur, neue contemptor horum haberetur, si rogatus ab ipsis, ut secum pergeret in Nazareth, restitisset, ideoq; tacitus rem suam & patris cælestis negocium procurauit.

¶ Aliam quoq; adhuc quæstionem hic inducit Beda:

Beda. Quo tandem modo dei filius tanta parentum cura nutritus, hic abeuntibus potuerit obliuiscendo relinqui. Cui respondendum, quia filijs Israel moris fuerat, ut temporibus festis uel Hierosolyma confluentes, uel ad ꝓpria redeuntes, seorsum uiri, seorsum autem fœminę choros ducentes incederent, infantesq; & pueri cum quolibet parente indifferenter ire potuerint: Ideoq; beatam Mariam uel Ioseph uicissim putasse puerum Iesum, quem secum mitari non cernebant, cum altero parente reuersum. Eius adeo rei fundamentum ex Zacharia adducunt, dicẽ

Zacha. 12. te: Plangent terræ, familiæ & familiæ seorsum, familiæ domus Dauid seorsum, & mulieres eorum seorsum &c. Quamuis ipsa per se ratio causam præbet sufficientem, quòd honestatem illud decebat cõuersationis sanctæ, nõ citra omnem pudorem temere in leuitate & inordinate hincinde discurrere, sicut prohdolor hodie magno scãdalo inter Christianos fieri uidemus: quod sane eorum qui magistratum gerunt, interesset præcauere. Hinc & exillo Iudæorum more omnino factum est, ut existimãte Ioseph puerum in comitatu esse muliebri, & uicissim Maria putante esse illum inter uiros, facilius puer remãserit, & neuter interim parentum nec negligentiæ, nec reprehendendus ueniat leuitatis. Quid multis opus est, sic uisum, sic constitutum & ordinatũ erat à spũ sancto.

3. ¶ Diligentiam parentum insinuat euangelista, in quærendo puero inter amicos & cognatos, ubi tamen eum non inuenerunt. Quod attendẽtes sancti patres, uo

glos. ordi. lunt inquisitiõem istam altero demum die factam, & sic eos die tertia tandem Hierosolymam esse reuersos. Cum autem sedulo puerum inter amicos quæsiuissent, nec tamen inuenissent, exrerriti sunt uehementer, metuentes ne quod Herodes in infantia eius patrare quæsierat, iam in pueritia positum, inuenta opportunitate, alij interficerent. Metuebant etiam præ alijs Archelaum Herodis fi

lium, magnoq; demum dolore reuertebantur in Ierusalem, non ignari pietatis & assiduæ orationis pueri, cogitantes in templo diutius solito eum remansisse, dicendo cum propheta: Domine, dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Sed & spirituali sensu, explicari solet illud hoc modo: Quoniam non inter amicos inuenitur dominus, non inter familiares, sed Hierosolymis, in tẽplo, in locis sanctis, ubi seruitur deo. Apud amicos non semper reperias consilia bona & salutaria uitæ, unde & insalubre agnoscitur illud, quòd interdũ parentes, fratres item aut sorores, aduocant & ad se domũ recipiunt religiosos suæ familiæ, qui si diutius domi desideant, quid boni pariat? An non messem carnis quàm spiritus semper uides huberiorem? Atq; ideo Paulus dicebat, Nos ex hoc neminem nouimus secundum carnem, quo consilio quicunq; de generatione illa cupit esse sancta, de qua dixit Dauid, Hæc est generatio quærentium faciem dei Iacob, hoc idem faciat cum Maria & Ioseph in tẽplo. Religiosi & q in cœnobijs ex uoto habitare assueuerunt & debent, si quando erumpunt, fit in illis, quod Dauid dixit: Commixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum. De quærendo dominum alibi forte dicetur: nũc satis sit, admonitos esse uos, ut dominum Iesum & quæcunq; placent illi, quæratis diligenter, non inter cognatos & familiariter notos. nam & cognitio dei, & omne quod pertinet ad salutem, maius utcunq; est, quàm quod humana per se possit adsequi conditio. In templo ergo quæritur deus, inter uerbi diuini præcones, in templo dei filium, ipsam nimirum sapientiam dei inuenies.

Psalm. 25.

1. Cozin. 5

Psalm. 23.

Psalm. 105

4. Contemplantur etiã hic sanctissimi quiq; patres anxiam utriusq; parentis Christi compassionem, cum iam CHRISTVM amisissent, ubi etiã gladius Simeonis pertransiuit animam Mariæ. Contemplantur quoq; quibus illa fletibus, quàm profusis lachrymis discurrerit undiq;, amaritudine maxima concepta, quòd filium nec apud Ioseph, nec apud cognatorum quenquam inuenerit. Quantas ibi inquietudines noctu tam perturbata sensit sanctissima uirgo pro filio suo dilectissimo, thesauro spũs sancti? Quisq; igitur fidelium diligenter expendat, secumq;

Cõpassio Mariæ de amisso puero.

recogitet triduanum istum dolorem Mariæ, maximum sane & acerbissimum, quum usqueadeo solicita dominũ Iesum quæreret undique. Verum sancti doctores admirãtes quidem facta illa Euangelica, & tamen considerantes interim ibi spiritualem quãdam & illustratam diuinitus significationem, intelligunt & inquirunt hic triplicem legem: naturæ, Moysis & gratiæ Christi: In prima illa Christum patres & sancti quæsierunt patriarchæ, & similiter altero die reges & prophetæ sub lege Mosaica: nec tamen utrinq; quem quæsierunt, inuenerunt. Ad extremum gentes sub euangelio die tertio illum inuenerunt in templo ecclesiæ catholicę. Quod & Christus professus

Luc. 10. est, dicens: Multi reges & prophetæ uoluerunt uidere quæ uos uidetis, & non uiderunt: & audire quæ uos auditis, & non audierunt.

¶ Et quòd gentes Christum inuenerunt, Paulus testa-

Roma. 11. tur, cum ait: Quod quærebat Israel, hoc non est consecutus. Electio autem (hoc est, gentes) consecuta est. Sunt q triduum hoc ad pœnitentiam referant, eo quòd qui triduũ totum fideliter perambulat, diem unum in contritione, secundum per cõfessionem, & tertium per operum bonorum satisfactiõem, dominum Iesum certo inueniet, insuper signum illi dabitur certum & ineffabile, sacramentum sacerdotalis absolutionis, loco dei. Quod

Exodi. 3. & in figura dictum est de Iudæis, Ibimus uiam trium dierum in solitudinem, ut immolemus domino deo nostro. Vicissim quoque peccatores triduum sibi quærunt in uia diaboli, quæ ducit ad inferos, per malas cordis cogitationes, p ꝑteruas locutiones oris, & sceleratas operationes. Ponderant etiam hic doctores nonnulli, quomodo non temere triplices personæ CHRISTVM quæsierint ab infantia sua. Pastores quidem in præsepi adhuc

Luc. 2. positum inuenerunt: tres Magi, qui eundem inuenerunt in Bethleem cum Maria: & nunc Ioseph unà cum Maria in templo. Qui autem ibi significentur, prælatinimirum, spirituales quoq;, & alij laici Christiani, cuiuis expeditũ & facile est ex scripturis colligere. Pastores cũ prælatos designãt, Iezechielis trigesimoquarto, quomo-

Joh. 10. do se CHRISTVS ipse pastorem dixit, Magi, spiritua-

les homines significabant, quoniam illis peculiaris stella relucet ex deo & gratia, ut cum mundum potenter reliquerint, Christum inueniant in Bethleem, hoc est, domo panis: sicq; in cœnobijs pie & sancte uiuant, lętitia immensa & gaudio perfruantur spirituali, inq; uita contemplatiua pascantur assiduo. Per Ioseph̃ & Mariam parentes Christi, omnes figurati sunt homines pij & Christiani, iuxta uerbum domini: Qui fecerit uolũtatem dei, hic frater meus, & soror mea, & mater mea est. O ergo dulcissime domine Iesu Christe, gratiam nobis tuam clemẽter impende, ut ita uoluntatem patris tui cælestis ualeamus hic implere in terris, quo tandẽ te in felicitate inueniamus æterna, Amen. Marci. 3

HOMILIA II. DE DOMINICA *post Epiphaniam domini proxima.*

FActum est, inquit Lucas, post triduum, inuenerũt illum in templo. &c. Atq; ibi quidem expendendum est principio diligenter, quòd in templo Christum inuenerint, non in diuersorio, non in ludo, & non circa alias id genus uanitates, quas etiam pueri exercere solent, sed in templo, ut hic habeas exemplum filios tuos quoq; educandi & erudiendi, ut & ipsi tẽplis assuescant, sicut sanctus Nicolaus & sancta Elizabeth fecerũt, aliiq; complures, qui ab infantia statim sua pietati sese addixerunt & orationi sedulæ, quod priore iam sermone diximus. Discant hinc seniores etiam cum iuuenibus Christũ se non inuenire, ac proinde nec quærere debere, in symposijs & potatoq; conuenticulis, in foro itẽ & alijs huiusmodi locis uoluptuarijs. In templo quærendus est, & ibi inuenitur in sermonibus & sancto dei cultu. Et tu ergo, inquit Origenes, quære Iesum in tẽplo, quære in ecclesia, ubi Christi sermonem atq; sapientiã, id est, dei filiũ reperies. Quamuis Ambrosius spiritualem hinc eruere sensum conatur, dicens Christum post triduũ esse repertum in templo, ut esset indicio, quia post triduũ triumphalis illius passionis in sede cælesti & honore diui- Lucę. 2 Origenes

no fidei nostræ se resurrecturũ offerret, qui mortuus cre-
Beda. debatur. Sic inuẽtus est ille, ait Beda, in medio doctorum
sedens, quasi fons sapientiæ. Sed tamen quasi exemplar
humilitatis audire prius & interrogare doctores, quàm
instruere quærit indoctos. Vnde discere debent iuniores,
ut, si qua illis data sit gratia diuinitus tanta, ut præ aliis
quid sciant: ne nimium præsumant, ne cęteros spernant,
sed alios quoq; placide audiant, alios interrogent: quod
hic summa dei patris sapientia Christus fecisse conspici-
Doctus quõ fias tur. Et hinc quidem duos considerare debemus acquiren
dæ sapientiæ gradus, quorum prior est, ut qui sapientiæ
studet, audiat & auscultet diligenter, iuxta uerbum illud
Proue. 1. Sapientis: Audiens sapiens sapientior erit, & intelligẽs
gubernacula possidebit. Ita oportet modis omnibus au-
ditum illum præcedere, ne forte cõtingat istud quod Sa
Proue. 18. piens dixit: Qui prius respondet quàm audiat, stultum
se esse demonstrat & confusione dignum. Itaq; quisquis
respondere uult, causa nondum satis intellecta, sapiẽtes
prius interrogare debet & seniores, sicut præcepit in le-
Deut. 32. ge dominus: Interroga patrem tuum, & annunciabit ti-
bi: seniores tuos, & dicent tibi. Hoc si iam obseruaretur
consilium, ut est consultum prudẽtissime, non tot undiq;
calamitatibus distineremur: neq; tot passim nos angerẽt
miseriæ, dum nouelli isti Christiani & hæretici soli sape
re, soliq; scire sibi uidentur omnia, sapientiam habentes
per se ultro natam, audire uolũt neminem, nec quenq; in-
terrogare sapientũ. Quod utiq; si facerẽt, patres sanctos
sanctaq; requirentes concilia, primo statim aspectu se de-
prehenderent errare, seq; scripturas sacras falso & cõtra
ueq; spũs sancti intellectũ explicare, & aliud non iactare
nisi cõmenta propria & ineptissima somnia, glossemata
fictitia, & uanissimas doctrinas. Veq; hæc aliâs. Aliter nos
docuit dominus Iesus, qua fuit ille humilitate, doctores
audiuit, non q; ex ijs quicquam didicisset, cum esset per se
Colos. 2. omniscius, essentq; iam ante in eo thesauri omnes sapien
tiæ diuinæ reconditi, ut Paulus scriptum reliquit: sed q;
suo ille facto docere nos uoluerit, ut ipsi quoq; alios au-
Actuũ. 1. diamus. Ille enim cum facere simul cœperit & docere, me
rito etiam auscultauit, interrogauit, respõdit. Siquidem

ex uno doctrinæ fonte manat & interrogare & respondere sapienter, ut ait Origenes. Nam sine ratione temere interrogare, magis hominis stolidi est q̃ sapientis, q̃modo plerique uideri uolentes, tantum temerarias & sua sententia subtiles, in se tamen inutiles, proponunt quæstiones. Quamobrem recte dixit Sapiens ille Ecclesiastes, Proposui in animo meo quærere & inuestigare sapienter. Sed ad Timotheum Paulus sic scribit: Stultas & sine disciplina quæstiões deuita, sciẽs quia generãt lites. Vesq̃ quid hic interrogauerit Christ⁹, euãgelista nõ expressit. Origenes. Ecclɜ.1. 2.Timo.2.

2. ¶ Sequitur: Stupebant omnes, q eum audiebant, super prudentia & responsis eius. Satis est hoc nobis, scire, etiamsi, quid tum responderit, tum interrogauerit, ignoremus, satis inquam est nobis, ita eum & respondisse & interrogasse, ut in stuporem oñium uerteretur: quomodo beatus Hieronymus in prologo Bibliæ dicit: Duodecim annos saluator impleuerat, & in tẽplo sedens de quę stionibus legis interrogans, magis docet, dum prudentes interrogat. Qui sane fulgor erat & radius, quem ille relucere permisit ex diuina sua sapientia, sicut undiq; in euangelio fecit, ubi operaturus aliquid in humana natura, subinde concurrere aliquid fecit quod diuinitatem suam argueret, sicut hic Beda dicit: Quòd ipse duodẽnis in templo sederit in medio doctorum, audiens & interrogans illos, humanæ est humilitatis indiciũ. Et inde: Qui ĩdem uerus homo & uerus erat deus, ad ostendendum qa homo erat, homines magistros audiebat: & ad comprobandum quia deus erat, eisdem loquentibus sublimiter respondebat. Et hoc quidem magnum fuit ex deo miraculum, quòd omnes illi puerum cũ stupore quodam admirabantur. Quod magis apparebit nobis, ubi ipsa euangelistæ uerba propius inspexerimus. Ait enim: Stupebant omnes qui eum audiebant, super prudentia & responsis eius. Et uidentes admirati sunt, ut sic omnis illa admiratio ad ea quæ tum audierant, tum uiderant, uergebat. Audierant autem sublimem sapientiam, & uiderãt teneram adhuc illius in annis pueritiam, in qua communi naturæ cursu non magna latet sapientia (quamuis non ignorem quosdam admirationem uidendi ad Mari- Hieron. Beda. Regula.

am referre & Ioseph, communius tamen intelligi illud de omnibus quotquot aderant, sicut utrunq; sensum hic
Glos. ord. Glossa ordinaria habet.) O q̃ felices futuri erãt doctores illi & Iudæi, si scripturas suas scrutari uoluissent, & uidere, quis quantusq; puer ille esset, in quo intellectus & sapientiæ lumẽ tantum refulgeret. Inuenissent utiq; apud
Isaię. 9. Isaiam illud, Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principat⁹ super humerum eius: & uocabitur nomen eius, admirabilis, cõsiliarius, deus, fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Hinc dicere poterant facilime, quid in hoc puero admirarentur potissimum, quis esset, sicut ex multis alijs certissimis argumentis euidenter cognoscere debebant, Messiam illum esse suum, totiusq; mundi redemptorem. unde apud Iohannem dicebat: Scrutamini scripturas, quia uos putatis in ipsis ui-
Johan. 5. tam æternam habere: & illæ sunt quæ testimonium perhibent de me. Et deinceps, Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi. de me enim ille scripsit.

3. ¶ Et dixit mater eius ad filium: Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Quamuis Ioseph pater Christi habebatur, ipse tamen ea non erat confidentia, ut illum increpasset, quoniam firmiter credebat ipsum, filium esse dei, sicut audierat ex an
Matth. 1. gelo: Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam cõiugem tuam. quod enim in ea natũ est, de spũ sancto est. Passus itaq; est Ioseph Mariam Christum alloqui, quę adfectu materno dicere filio poterat, quod Iosepho nõ itẽ licuisset. Et ecce Maria quoq; Ioseph patrem uocat domini, opinione & fama uulgi quidem, sed magno & occulto quodam consilio spiritus sancti. At quo animo Maria interrogârit, hic inquirunt doctores sancti, putantes Mariam nihil horum dixisse adfectu corrigendi & increpandi filium, quasi male id fecerit: sed quia nôrat filium illũ esse dei & sapientiam summam, ideo scire cupiebat, quãobrem illud fecisset, non ignara eius quod dixit Iob, Ni-
Iob. 5. hil in terra fieri sine causa. quasi dicer et Audire cupimus & cognoscere, cur nos reliqueris, cum scieris (ut te nil latet) quibus doloribus & lamentis te quæsiuerimus. unde dominus ipse causam tantum assignat, cur in templo re-

manserit. Et hic itaq; discant omnes qui amiserint dominum, quibus modis eum rursus quærant, exemplo nimirum Mariæ, cum dolore, cum contritione & pœnitentia peccatorum: quod si non fecerint, dominum nunq̃ oñino inuenient. Vere enim qui Christum quærit in dolore, inuenier eum in lætitia, iuxta illud Psalmi: Lætetur cor quærentium dominum: quærite dominum & confirmamini, quærite faciem eius semper. Quisquis ergo es homo peccator, qui dominum Iesum amisisti, hoc ipso bonum summum amisisti. ne congescas igit, quęre dominũ, & (ut Ieremias ait) scito simul ac uide, quia malum & amarum est reliquisse te dñm deũ tuũ, & nõ esse timorẽ eius apud te, dicit dñs deus exercituũ: Quære itaq; dñm deum tuum, salutare tuum, medicũ illũ tuũ & saluatorẽ. idipm fac diligenter cũ dolore, humilitate & ardenti charitate, sicut Maria & Ioseph fecerunt. Et inuenies eum propitium tibi, clementem plane & misericordem in ijs quæ patris sui sunt negocijs, sicut idipsum Christꝰ fieri iussit, inquiens: Petite, & accipietis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis. O beatam animã, quæ assiduo quærit dominũ, q̃d mystica illa sponsa facit, dicens: Indica mihi quẽ diligit aia mea, ubi pascat, ubi cubet in meridie.

Psalm. 104

Ieremi. 2.

Matth. 7.

4. ¶ Respondit ad hæc iam Iesus matri suæ Mariæ: Quid est quod me quærebatis? Nesciebatis, quia in ijs quę patris mei sunt, oportet me esse? Hic est quod sapientiam illam dei admiremur immensam. Maria enim Christo patrem proposuerat Ioseph, qui pater nõ uerus illius erat, sed ideo habitus tantũ, q̃ & nutritius esset, & Mariæ maritus. Verum longe alium, tũ sublimiorem, tũ excellentiorem patrem suum Christus uicissim nominat, deũ adeo illũ patrem q̃ cælestẽ. Nihil itaq; ac ne in minimo quidẽ hic eos Christus, q̃d se quæ fierint, increpauit. tantum pectora eorꝝ & corda eo eleuare uoluit, ut cogitarent plus se patri debere deo, q̃ ei quæ corporis tantũ erat mater. Quis ergo ut hominis filius, cũ parentibus quò iubent statim regredit, antea tamen quasi filius dei in tẽplo cõmorabatur. unde & dicebat: Quid est quod me quærebatis? Quasi dicturus erat, nõ hoc necessariũ fuerat, siquidẽ non hinc inde uagabundus discurro, nec alicubi pereo,

Luc. 2.

Beda.

ubi sim scio. quid mihi rei sit, apprime noui. nō est quod uel inter amicos uel uicinos me quæratis, sed in patris mei negocio, in ipso templo nimirum, quod dei propriū est, dicente propheta: Domus mea domus orationis uocabitur. Et hinc cum Maria Ioseph dixisset patrem eius, illi dixit: Non est hic uerus pater, alioqui in domo eius mansissem. sed deus est pater meus, & propterea in domo illius sum, hoc est, in templo illius. Hæc Theophylactus. Theoph.

¶ Vbi obseruandum etiam est Christianis omnibus, ut spiritualia omnia pluris faciant quàm hæc corporalia, quamuis animalis homo cōtrarium ferè faciat, quamobrem & Paulus ait: Omnes quæ sua sunt quærunt, nō quæ Iesu Christi. Et Bernardus flendo dicit: Cadit asina, & est qui subleuet: perit anima, & non est qui curet. Vsq; adeo, proh dolor & impij sumus, beluini, planeq; efferi, usque adeo immemores sumus salutis animæ, & eorum quę ad hanc sunt necessaria, ut magis cordi curæq; sit nobis, afficiat etiam magis, si quando uacca cui pereat aut equus, si cōflagret domus, quàm si gratiam dei amittat. An nō signum hoc est modicæ fidei? non etiam euidenter arguit nos rem tantam aut non satis intelligere, aut male expendere? Quod utiq; si faceremus, non adeo nihili mortem animæ penderemus: & ista temporalia, iniqua & impia bona in maximo precio haberemus. Vnde tamen fidelissimo plane consilio nos dehortatus est Christus, dicens: Quid prodest homini, si uniuersum mundum lucretur, animæ uero suæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Et nondū ex eis colligere potes eximiam animæ dignitatem? quā si in unam libræ lancem posueris, in alteram uero solē, lunam, cælum & terram, mundūq; hunc uniuersum collocâris, autore Bernardo, illa tamen sola ijs præponderabit omnibus: atque adhuc tamen ita deliramus, ut non doleamus de Christo amisso: nec illum cum dolore quæramus, non omnino inscij q; si Christū amiserimus, actū iam sit de nobilissima illa creatura anima nostra: quę quidem iactura tanta est, ut ob eam merito mundus dolere debeat, totusq; orbis terræ tristari, ob unam animam perpetuis gehennæ flammis & cruciatibus torquendam. Vę Philip. 2. Nota. Matth. 16 Bernar.

que adeo tenui nobis hęc omnia filo pendent? nec est qui curet, quin potius ob exiguam & momentaneam uoluptatulam animam perdimus. Eua animã suam unico pomo uelut uendidit in paradiso. Loth uini hausto animã perdidit. Dauid breuissima cum Vriæ uxore uoluptate animam commutauit. Quamprimum igitur aliquis hoc modo concupiscentiæ malæ aduersus dei præceptum satisfacturus, animæ suæ, quod quidem sibi uidetur, bene cupit esse & facere, perdet eam, sicut dñs ait. Vos ergo dilectissimi, si quando animam uestram perdidistis, si Christum amisistis, triduum totum quærite anxiñ & cum dolore, per contritionem, pœnitentiam & satisfactionem, & in templo cordis uestri inuenietis eum, dicente Apostolo: Vos estis templum dei, & spiritus dei habitat in uobis. O quàm felix & beatus est homo, qui ita dominũ Iesum inuenit in templo, ut ipse dei templum efficiatur?

Genes. 3.
Genes. 19.
2. Reg. 11.
Lucę. 9.
1. Corin. 3.

¶ Nunc uero priusq; concludamus, libet ex illis uerbis dñi, doctrinã unicã adhuc colligere contra nouellos seculi nostri Christianos. Quãdoquidẽ hic Christ⁹ matri suæ proponenti sibi humanam illam & carnalem natiuitatẽ aliam obiecit sublimiorem longe & digniorem, cui non tantum plus deberet ipse, sed in cuius se quoq; negocijs oporteret esse: aperte & luce clarius sequitur, hominem aliquem nũc quoq; salutis animæ suæ causa quærere posse honorem dei, modo iam ad legitimam ætatem peruenerit, etiam contra utriusq; parentis uoluntatem, ita ut puer aliquis Christianus fieri possit resistente patre, siue Iudæo, siue Ethnico: possit etiam habitum uitamq; religiosorum suscipere, & se in monasterium abdere quilibet inuito parẽte. Idq; adeo cum hic, tum in multis alijs sacræ scripturæ locis firmiter est fundatum, ita ut quicũq; contradicere præsumunt Lutherani, spiritui sancto aduersentur in hoc & scripturæ: quod & esse uerissimum, aliunde probari potest ex Luca, ubi dicit dominus: Si qs uenit ad me, & non odit patrem suum & matrem, & uxorem & filios, & fratres & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Sed & (ut sapienter expendit beatus Ambrosius) cum nostra causa, Christus matri suæ renunciârit eum sibi fratrem, imò &

Lucę. 14.
Ambro.

matrem & sororem dicendo, quisquis uoluntatem seruaret patris sui, cur non & nos propter Christum possem⁹ parentibus renunciare nostris? non tamen ita, ut in hoc obliuiscamur naturæ, sed ut potius naturæ honoremus autorem. Et ideo quandocunq; nos in laudem & honorem dei, ad animæ nostræ salutem, mundum istum ois mali machinatorem relicturi, ad uitam properamus monasticam, parentibus nostris nos impedire uolentibus, dicere debemus cum Christo: Quid est quod in mundo me quæritis? An nescitis, quod in ijs quæ patris mei sunt
Lucę. 2. cæleſtis, me magis occupatum esse oportet? Aut nõne q̃d
Matth. 10 Christus dixit, uerissimum est, Qui amat patrem aut matrem pluſquam me, non est me dignus? In tali itaq; casu, quum parentes sancto filiõ sui proposito resistere uolent, quo minus in cœnobium abeat, ubi sancte & pie sub Christiana uiuitur disciplina, locu mhabebunt pulcherrima il
Hieron⁹. la & adfectu pietatis pleniſſima uerba sancti Hieronymi in quadam ad Heliodorum epistola: Licet paruul⁹ ex collo pendeat nepos, licet sparso crine & scissis uestibus, q̃bus te nutrierat hubera ostẽdat mater, iacet in limine pater iaccat: per calcatum perge patrem, siccis oculis ad uexillum crucis euola. Solum pietatis genus est in hac re esse crudelem. Ad hunc modum sanctus Bernardus quoq;
Bernar. in sermone 2. dominicæ post octauas Epiphaniæ, Vt quid inquit, fratres, ut quid sic Christus respõdit matri? Quid mihi & tibi est mulier? Vtiq; propter nos, ut conuersos ad dominum iam non solicitet carnalium cura parentũ, & necessitudines illæ non impediãt exercitium spirituale.
Augustin. de verbis domini. Eadem quoq; plane diui Augustini sententia est: Honorãdus est pater, sed obediendum est deo. Ego, inquit dominus, ad Euangelium te uoco, ad illud opus mihi necessarius es, magis est hoc quàm quod uis facere, scilicet sepelire patrem. Sunt alij qui sepeliãt mortuos suos. Amate parentes, & præponite deum parentibus. Probat ille etiam hoc idem ex Paulo dicente: Patres quidem carnis nostræ
Heb. 12. eruditores habuimus, & reuerebamur eos. Non multo magis obtemperabimus patri spirituum, & uiuemus? Et alio adhuc in loco Augustinus ait, scripturam præcipere
Lucę. 9. nobis parentum dilectionem, sicut membrorum inter-

norum, dummodo nos non impediant à cultu diuino: quem si nobis prohibuerint, sepulturam quoq; eis iam non debebimus. Quotquot igitur reluctantibus parentibus, sese in probatam & spectatam uitam dedunt monasticã, magis in hoc grati sunt deo, sicut habetur in lege: Qui dixit patri suo & matri suæ, nescio uos: & fratribus suis, ignoro illos, & nescierunt filios suos, hi custodierũt eloquium tuum. Possent adhuc complures utriusq; testamenti in hanc rem adduci scripturæ, quibus omnibus uolens supersedeo, quando quos iam suprà faciẽdæ fidei adhibuimus locos, satis possunt facere cuiuis pio & catholico Christiano, ita ut circa hoc negocium facilime per illos conscientiam suam informare queat & imbuere, uitam tandem adepturus æternam, Amen. Deut. 33.

HOMILIA III.

Dominicæ post Epiphaniam domini.

SAnctus Lucas in euangelio hodierno, descendit, inquit, puer cum eis, & uenit Nazareth, & erat subditus illis. Vbi Beda diligenter considerat, quomodo Euangelista iam ante dixerit Mariam & Ioseph non intellexisse uerbum, quod locutus est ad eos, quòd nimirũ in ijs quæ patris sui sunt, eum esse oporteret: & tamen illis obtemperat, abiens cum eis quocunq; uolebant, in omni obedientia subditus eis. quę sane summa fuit Christi humilitas, eademq; forma & exemplar nostræ uitæ. cum enim honor uertebatur diuinus, patrem reliquit & matrem: illo peracto, rursus paruit illis deus & homo. Itaq; hic mihi obseruate superbi omnes & pleno fastu inflati Christiani, qui uobis iuxta iam recens natam doctrinam uidemini etiam intelligere euangelium, omnemq; scripturam tanquam apertam & cuiuis peruiam, nec aliud ibi ponderatis, nisi ut legere possitis. Magna & profunda hæc immensæ radix est superbiæ, qua quis suo nimium tribuit intellectui, unde plus quàm sexcenta hæresum pullulârunt germina. Ecce Lucas hic refert, Beda.

Mariam & Ioseph, qui tamen pleni erant spiritu sancto,
Luce. 2 Christi adhuc pueri non intellexisse uerba. Et uos uacui
omnis spiritus diuini, sermones Christi in sua perfectio-
ne intelligetis? Sed & Paulus quod stultũ, inquit, est dei,
1. Cor. 1. sapientius est hominibus. Et de epistolis Pauli sic pronũ-
ciat Petrus: Scripsit uobis charissimus frater noster Pau-
2. Pet. 3. lus secundum datam sibi sapientiam, sicut & in omnibus
epistolis, loquens in eis de ijs in quibus sunt quædam dif-
ficilia intellectu, quæ indocti & instabiles deprauant, sic-
ut & cæteras scripturas ad suam ipsorum perditionem.
Hic uidemus difficiles etiam à sancto Petro iudicari Pau-
li epistolas, quas nouelli theologastri clamitant esse faci
limas. Sed argumentum hinc petimus, epistolas suas Pau
lo adhuc uiuenti esse deprauatas.

¶ Non est ergo quòd mirum fiat tibi, quisquis uere es
catholicus, id nunc quoq; Lutherum cum suis sectatori-
bus facere, dum laborant & student altissimam illam di-
uinæ maiestatis perscrutari sublimitatem, suoq; stupidis-
simo intellectu inuestigare. Verum non sic, non sic inquã,
sed oportet, quod diligenter monuit Paulus, captiuare
2. Cor. 10. intellectum ad obsequiũ Christi. Quod si itaq; nostrates
isti nouelli Christiani noluerint Pauli consilio, intelle-
ctum suum captiuare in obsequium fidei & dei, Paulum
nunquam intelligent. Quid quod ipse Hieronymus q. 3.
ad Algasiam, Epistola, inquit, Pauli ad Romanos mul-
Hieron. tis est obscuritatibus inuoluta? Id cum sanctus ille fatetur
Superbia Hieronymus, tantus dei amicus, doctor tam eximius, in
hereticorũ literis sacris à puero tam exercitate instructus, inter cæ-
teras linguas Hebraice, Græce & Latine doctissimus, qd
ita temere audẽt præsumere Lutherani isti idiotæ, agri-
colæ, cerdones & mercatores, imò uetulæ quoq; & ani-
culæ rancidæ, sibiq; uelut peculiare sumunt munus inter
pretandi scripturas, non secus acsi spiritum sanctũ in ma
nica uel sinu secum circunferrent? Vah, quæ tibi impietas
est insolentissima superbia: tu Luciferum extrusisti è cæ-
lo, tu primos parentes nostros expulisti ex paradiso. Nũc
tot hominum millia è nauicula Petri præcipitas, ex eccle
sia in æternum deijcis damnationis barathrum. At non
ne ista horrenda & plus quàm Luciferiana est superbia,

eum qui per omnem uitam suam in literis sacris nunquã sit exercitatus, intellectum tamen suum & expositiones, quantumuis rudissimas, præferre uelle sanctis patribus, Conciliis sacris omnibus, imò ecclesiæ uniuersæ, ultra mille quingentos annos?

¶ Quid itaq; mirũ si eueniat eis, quod dixit propheta in persona domini, Perdam sapientiam sapientum, & prudentiam prudentum reprobabo? ubi sapiens? ubi scriba? ubi inquisitor huius seculi? Nonne stultam fecit deus sapientiam huius mundi? Hæc isti quotidie etiam legunt in Paulo uerba: uerum, qua sunt quam cæcitate, non intelligunt. Et accidit illis idem quod Iudæis, qui dum manifestas de Christo scripturas non intelligerent, nec tam admirandis Christi miraculis crederent, ait euãgelista eos credere non posse. siquidem de ipsis Isaias prædixerat: Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorũ, ut non uideant oculis, nec intelligant corde, & conuertantur, & sanem eos. Ita plane indurati nunc sunt isti neoterici Christiani, quorum tamen misereatur aliquando deus, eosq; illuminet, & à tam impijs erroribus cõuertat. Et nos interim Christiani humiles intellectum nostrum maioris non faciamus, quàm illi suum fecerunt Maria & Ioseph, scientes quòd scripturam sacram intelligere non possumus sine fide & gratia dei. Sequamur ergo illã scripturæ interpretationem, quæ iam olim data est à sanctissimis conciliis & patribus diuinitus illuminatis. Multis enim illa modis intellectum nostrum excedit, cum ei⁹ capaces etiam non simus, sed confiteamur magis cũ Iob, dicentes: Cum uix paruam stillam sermonis eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illi⁹ intueri?

1. Cozin. 1. Isaię. 18. 33

Johan. 12. Isaię. 6.

Iob. 26.

2. ¶ Porro iam doctores uelut uno omnes ore concorditer dicunt, Christum Mariæ obtemperasse & Ioseph ut hinc discant pueri omnes non honorare tantum parẽtes sed illis etiã parere. Vbi multa dici possent, quõ parẽtes, in omni pietate educare debeãt liberos suos. Vnde fit ut equidem morum seculi huius tam depraũatorum, rationem ponam non postremam, educationem prauam liberorum, qui in omni leuitate ac prauitate, & peruersa contumacia educantur. Vide in sermonibus decalogi, prę

Educatio pueroũ.

cepto quarto. Adhæc quia multum diffusa est materia, hinc eò relegatam uolo. Tantum quod in summa huc pertinet, satis est dicere, parentes teneri modis omnibus filios instituere suos in fide Christi, in Christianis ceremoniis, in cultu dei & ecclesiæ. & quid multa? in omni timore dei. Timor enim dei fons uitæ est, & nihil illo melius, nihil præstabilius, cuius rei tota undiq; plena est scriptura. Et ubi in iuuene nullus est timor dei, ibi actum de tota hoīs illius est uita. Instituant eriā parentes liberos suos uerbis & exemplis pijs, nec eos uidere patiant oīa quæ faciunt, prohibeant iurare eos, & peierare, impudice loqui uetent, similiter scommata & dicteria iactare, lasciuas etiam cantilenas succinere. Insuper moneant eos calumniari neminem, cauillari & obtrectare: doceant cum nemine uicinorum iurgari & contendere, nocere nemini, nihil cuiquam furari, deuastare nihil, non mentiri, non fallere, in crapula & potationibus, in ebrietate, superbia & præter conditionē suam pertinaci temeritate omnino non uiuere. Nam ut maxime ipsi parentes probi sint, & suorū tamen negligant educationem liberorū, grauiter peccant, & iram aduersus se concitant diuinā: quod magno suo periculo docuit Heli. is enim quòd non seriò filios suos reprehendisset, hoc uno commisit, ut deus permitteret uno die utrunq; eius filium cadere in bello, arcam capi, & ne impune ipsi cederet autori, factū est, ut ijs malis omnibus auditis, uir ille iam senex & grandæuus, anxio & molestissimo animo, prolapsus de sella retrorsum iuxta ostium, fractis ceruicibus mortuus est. Hæc de puerorum educatione nunc dicta sufficiant. & quia euangelium hoc obedientiæ tantum liberorum erga parentes meminit, & nos de illa tantum dicamus.

Proue. 14.

Eccl. 23.

1. Reg. 2.

¶ Breuiter ergo, liberos dico non honorem tantum, sed & obedientiam suis debere parentibus: id adeo exuteri primum constat testamēro, ubi præcepit dominus: Si genuerit homo filium contumacem & proteruum, q̄ non audit patris & matris imperium, & coërcitus obedire cōtempserit, apprehendent eum & ducēt ad seniores ciuitatis illius, & ad portam iudicij, dicentq; ad eos: filius noster iste proteruus & cōtumax est, monita nostra audi

Deut. 21.

re contemnit, comesationibus uacat & luxuriæ atq; cõuiciis: lapidibus eum obruet populus ciuitatis, & morietur, ut auferatis malũ de medio uestri & uniuersus Israël audiens pertimescat. O utinam nunc quoq; lex illa exerceret aduersus furciferos istos & mastigias, qui non contenti parentibus resistere, insuper totos ludo & alea absumunt dies. id sane si fieret, non paulo melius res haberent totius Christianismi. Sed hic multum negligentes sunt, & in utranq; aurem dormiunt principes, omnesq; qui magistratum gerunt, nec sceleratum istud uitium puniunt, quo non parentibus tantum suus detrahitur honor, sed cæteri quoq; misere depereunt iuuenes, malis exemplis seducti, ac mala societate infecti.

¶ Et esse illud magnum ac insigniter capitale peccatum, uel ex eo patet, quoniam in ueteri testamento nihil omnino, nisi peccatum esset mortale, morte puniebatur. Idemq; ex nouo testamento magis patet. siquidẽ Paulus inter cæteras Christianæ conuersationis regulas, & hanc ponit: Filij, obedite parentibus uestris in dño. Et adhuc expressius aliquanto in alio loco dicit: Filij, obedite parentibus per omnia: hoc enim placitum est in domino. Hæc nimirum clara & apertissima sunt uerba, quibus Apostolus loco dei obedientiam illam præcipit liberorum erga parentes. Atq; in eius rei argumentum Paulus ad Romanos inter cætera uitia, in quæ gẽtiles turpiter prolapsi erant, istud quoq; enumerat, quòd parentibus fuerint inobedientes. At iam nunc quàm prohdolor frequens est illud scelus? quàm grauiter eo offendit præceps in omne uitium iuuentus dominum deum suum, dũ pertinaciter adeo iussa contemnit parẽtum? unde nõ est ut speremus meliora, quàm diu inobedientia ista grassabit impune in mundo. Aliud longe, aliud inquam nos docuerat Salomon, illud attendamus: Conserua fili mi præcepta patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ: liga ea in corde tuo iugiter, & circunda gutturi tuo. Sed & sanctus Ambrosius sententiam quandam super Lucam habet, uere ambrosiam spirantem & redolentem: eam quilibet bene educatus iuuenis memori semper debet tenere mente. ait em: Primus gradus pietatis est, ut ꝗs autores

Ephe. 6.

Colos. 3.

Roma. 1.

Proue. 6.

Ambro.

tibi uoluit esse deus, honores obsequijs, abstineas contumelijs, nec uultu lædenda est pietas parentum. Tu enim matri debes pudoris iniuriam, uirginitatis dispendium, partus periculum, matri longa fastidia, matri longa discrimina, cui miseræ in ipsis uotorum fructibus maius periculum est. Et cum ediderit quod optauit, partu absoluitur, nõ timore. Quid anxios patres loquar pro filiorum profectu, & multiplicatis alienis usibus census, iactáque agricolæ semina, posterorum ætatibus profutura? Profecto etiam, si quando liberi parentes suos temere & leuiter offendunt, quid mirum si ipsi quoq; deinceps à liberis suis tractentur iniquissime, parq; ipsis reddatur, p sua ingratitudine gratia, maxime cum fallere non possit certissimum illud Christi iudicium, Qua mensura mensi fueritis, eadem remetientur uobis? quod sane ut quotidiano omnes subinde experimur usu, ita nemo perpendit, nemo considerat. Verũ in omnibus illis ita intelligi hæc dicta uolo, si parentes & honesta præcipiant, & pia, non quæ contra deum sint. Aliâs sane hic locum uiresq; habeat uerbum illud in lege domini: Maledictus qui non honorat patrem suum aut matrem suam. Et dicet omnis populus, Amen.

Luc. 7

Deut. 27

3. ¶ Ad hoc quod sequitur in Euangelio, Mater eius conseruabat omnia uerba hæc in corde suo, dicit Beda: Maria cõseruabat uerba, siue quæ intellexit, siue quæ nondum intelligere uerba euangelij potuit: omnia pariter in suo corde, quasi ruminanda & diligentius scrutanda recondebat, quasi sedula discipula, nõ ignara etiam, paruulum illum summam esse sapientiam dei patris, unde nihil temerè, nihil frustra ab eo diceretur aut fieret. & igitur sicut antea uerbum dei in immaculato sanctissimoq; utero suo conceperat, ita nunc uerbi illius tum declarationem, tum manifestationem in corde & pectore suo cõcepit, cum & ipse Christus in doctrina & miraculis suis omnibus uerbum se declarauit esse dei patris, formamen & habitu hominis uelatum: & hoc est quod attentissime semper Maria considerauit. Et ratio quidem, quam obrem Maria hæc omnia ita conseruârit, adsignari potest hæc, quo ad seipsam, ut nimirum à filio suo repleret

Beda.

tur in omni sapientia dei. Altera quoq; dari poterit, quo niam ipsa erat, cui concessum fuerat desuper mysteria co gnoscere regni diuini. Conseruabat ergo tantisper, dum tempus esset ea reuelare, & id quidem erat post ascensio nem Christi, cum iam omnia hæc apostolis & discipulis Christi manifestauit. Vnde etiam patres sancti dicunt Euangelistam hunc Lucam præ cęteris tribus plura scripsisse de pueritia Christi, de salutatiõe angeli &c. quoniam hæc peculiariter ex Maria cognouerit, sicut & hanc pueri Iesu inuentionem solus ex omnibus Lucas commemorat. Qua in re exẽplum quoq; nobis præbuit Maria, uerba simul & facta Christi assiduo in corde nostro conseruandi, firmiterq; retinendi: non sic obiter, ut uix una penetrata aure, per alteram euolet. Quin potius & ipsi posteros nostros doceamus, quod & docuit & facere iussit dominus per prophetam dicentẽ: Spiritus meus qui est in te, & uerba mea quæ posui in ore tuo, nõ recedant de ore tuo, & de ore seminis tui, amodo usq; in sempiternũ. Matth. 28 Isa. 59.

¶ Vltimo tandẽ concludit Euangelista in hæc uerba: Iesus proficiebat sapientia & ætate & gratia apud deum & homines. Quorum quidem uerborum solidus est intellectus ex sanctorum patrum sententia, quoniam uere creuerit secundũ carnẽ, contra Manichæos: sed & in sapientia creuit, non quòd aliquid suæ accesserit rationi & intellectui, cum ab initio suæ incarnationis in eo fuerint thesauri omnes sapiẽtiæ & sciẽtiæ dei reconditi, cum ab infantia statim sciuerit & cognouerit omnia. Sed sapientiam illam quam in anima sua Christus habuit, indies magis ac magis uidẽdã exhibuit & manifestauit, ut iam falsum sit omnino & omni scripturæ contrarium (uide sermone præcedẽti) Christum uere & re ipsa creuisse in sapientia, quod & nouelli somniant theologi. unde enim & à quo didicisset præceptore, q̃d duodecim iam annos natus cũ doctoribus disputare ausus est, nisi à spiritu sancto, qui ex ipsa iam eius incarnatione super eum requieuerat assiduo, sicut in spiritu præuidit Isaias? Siquidẽ eriã dandum aliquid erat nostræ naturæ moribus, inquit Hieronymus, ne aliquid extraneum à uidentibus reputet, tanquam homo paulatim crescente corpore manifesta Coloss. 2. Theoph. Hieron. Isaię. 6. Hieron.

ẽ

bat seipsum, & quotidie sapientior ab audientibus & uidentibus censebatur. Et hoc ita esse, aperte satis arguunt ipsa uerba Lucæ. superius nanq; cum dixisset, puerũ post
Lucę. 2. septimanas iam sex in templum esse prę sentatum, adiunxit: Puer crescebat & cõfortabatur plenus sapientia. Nũc uero cũ annorum esset duodecim, ait: Iesus proficiebat sapientia & ætate. sapientia inquã, in qua cum antea plen⁹ esset, proficere quomõ poterat? Euidenter igitur sequitur hinc, quia iam ante plenus sapientia erat Christus, iuxta superiora uerba Lucæ, eundẽ iam Euangelistã tantum loqui de illa externa sapientiæ exhibitæ manifestatione. Verum tu hic mihi mutuas seculi nostri uices considera, sicut Christus sapientia profecit & gratia, ita nunc iuuentus in malitia crescit & uitiorum omnium lerna.

¶ Ad sensum quoq; mysticum exponi potest euangelium istud, hoc mõ: Quoniam Christus cum duodecim iã annos natus sapiẽtiam suam manifestauit in Ierusalem, id significare uoluit, quòd legem ille suam Euangelicã p duodecim apostolos uniuerso uoluit innotescere & manifestari orbi terrarum. Et q̃ parentes filiũ suũ Iesum in festo amissum post se reliquerunt, hoc sibi uult: quoniam in hunc usq; diem multi Christum in festiuitatibus ferè solennioribus amittunt, & cũ septimana tota probi sint, festo demum die maxime peccant, crapula, ludo, & oñi genere uanitatum. Sed quòd illum triduum totum quæsiuere parentes, pœnitentiam designat, qua deus amissus rursus quæritur corde, ore & opere bono, per contritionem, confessionem & satisfactionem. Et tunc tandem inuenitur in templo, hoc est, in cuiusq; hominis boni anima sancta, quæ uere templum dei efficitur. Vel etiam in templo inuenitur materiali, cũ iusta præmissa & præhabita pœnitentia ille in uenerabili suscipitur sacramento altaris. Et tunc quærentes se Christ⁹ arguit interno suo inspiratu, cur illi se quæsierint inter uicinos & amicos; quibus plerisq; sæpe homines nimium freti plus satis tribuunt, qui multos non raro à Christo auocãt &c̃. Quod & quilibet in huiusmodi sensu spirituali exercitatus, facilime, multis ad hoc pertinentibus sacræ scripturæ locis, inducere poterit. Rogemus dominum &c̃.

POST EPIPHANIAE, EVAN

gelium Iohannis II.



IN illo tempore: Nuptiæ factæ sunt ī Chana Galilææ, & erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem & Iesus & discipuli eius ad nuptias. Et deficiēte uino, dicit mater Iesu ad eum: Vinum nō habent. Et dicit ei Iesus: Quid mihi & tibi ē mulier? nondū uenit hora mea. Dicit mater eius ministris: Quodcunq; dixerit uobis facite. Erāt autem ibi lapideæ hydriæ sex posita, secundum purificationem Iudæorum, capientes singulę metretas binas uel ternas. Dicit eis Iesus: Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas usq; ad summū. Et dicit eis Iesus: Haurite nūc & ferte architriclino. Et tulerunt. Vt aūt gustauit architriclinus aquā uinū factā, & nō sciebat unde esset, ministri aūt sciebant q̄ hauserūt aquā, uocat spōsum architriclinus, & dicit ei: Om̄is homo primū bonū uinū ponit, et cum inebriati fuerint, tūc id q̄d deterius est. tu aūt seruasti bonū uinū usq; adhuc. Hoc fecit initiū signoꝝ Iesus in Chana Galilęæ, & manifestauit gloriā suā, & crediderūt in eū discipuli eius.

HOMILIA PRIMA.

Lib.1.c.9. 30.q.1.c. nec illud.

NVptias factas hic Iohannes in Euangelio prædicat in Chana Galilææ. Nuptias uero Ambrosius inde dictas uult, quòd pudoris gratia se puellæ obnuberent, id est, uelarent. siquidē uerecundia nuptis præire debet. Discite ergo, inquit, uirgines quēadmodum seruetis uerecūdiam, ne intecto capite prodeatis ante extraneos. Exemplum & typum eius uerecundiæ habetis Rebeccam, quæ iam desponsata Isaac, uiso sponso sibi obuiante, descendēs de camelo, tollensq; cito palliū suum, operuit se. Vide etiā Iudæi morē istum in hunc usque diē traxêre, ut apud eos sponsæ dum inthronizarent, caput uelarent cū facie. Sed & ethnicis idē in usu fuisse uel hoc ipsum nuptiarum satis declarat uocabulum. Verū hic nostræ uideant uirgines, quæ si quando desponsantur, dici nō potest, quàm proteruæ sint, quàm petulāter lasciuiant. an nō tum Iudæorq; tum gentiliū uirgines, ipsis multo fuerint & honestiores & magis pudicæ? Multis hæc inducit Ambrosius, quibus uolens supersedeo. At cuius hæ fuerint nuptiæ, licet nō exprimat textus, cōmuniter tamen earum sponsus fuisse creditur Iohannes Euangelista, sicut & historia docet scholastica, & ipse Hieronymus in prologo super Iohannē dicit: Hic est Iohannes Euangelista unus ex discipulis dñi, qui uirgo à deo electus est, quē de nuptijs uolentē nubere uocauit deus. Testatur idē beatus Augustinus in prologo super eundem Iohannē: Iste, inquiens, est Iohānes, quē dominus de fluctiuaga nuptiarum tempestate uocauit, & cui matrem uirginē uirgini commendauit. Quod si ergo Iohannē à nuptijs uocauit Christus, qui tamen in nullis, nisi istis nuptijs fuisse legitur, utiq; hinc euidenter colligitur, has ipsas Iohānis fuisse nuptias, ad quas ideo etiam inuitata est Maria, tanq; ex cognatis eius generis proxima. soror enim erat matris Iohannis. sed & qua semper fuit honestate & conuersatione sanctissima, ad nuptias illas non ueniisset, neq; se multitudini hominum adiunxisset, nisi sponsus sibi fuisset sanguinis coniunctione proximus, sicut & cognatam suam uisitauit Elizabeth, quamuis frequentius uide-

Gene.24.

Hieronym.

Augustin.

Luc.1.

ri in publicò ei displicebat, quamuis sola in intimis, ut ait Ambrosius, penetralibus uersabatur, magisq; in solitariis locis orationi dedita morabatur. Sed quòd illud quidã ex eo reijcere conantur, quoniã Iohannes iam ante uocatus sit ad apostolatum, Matthæi 4. & Lucæ 5. neq; iam ulut post aratrum retrospexerit, de uxore & cõiuge cogitans, nihil omnino probat, quia falso innititur fundamẽto, nuptias nimirum à uocatione factas apostolorum, quæ multo ante sunt habitæ, nondum in carceres coniecto Iohãne, cuius rei magnum hoc argumentũ est, quòd nuptijs istis iam hic capite secundo Iohannis descriptis, demum capite tertio narratur, quomodo Iohannes nondum utiq; captiuus baptizârit in Ennon. Hinc fit, ut omnino persuadear credendum esse sanctissimis illis doctoribus Hieronymo & Augustino, qui nisi hoc ipsum ex uetustioribus accepissent, non illud utiq; confidenter adeo professi essent. Quod si illud ita esset, sicut equidẽ non dubito, corrueret funditus istud temerarium hæreticorũ nostratium figmentum, dum pertinaciter negant illud ecclesiæ statutum, licere ut coniugum alter post coniunctionem etiam solennem in facie ecclesiæ factam, anteq; tamen matrimonium sit consummatum, dimisso altero possit monasterium ingredi, habitumq; & uitam religiosorum suscipere. Siquidem idipsum planè Christus hic cũ Iohanne fecisset, eum ab institutis iam nuptijs auocando, quod & deinceps in sancto Machario factum est & sancto Alexio, ut sic bene & æquissime sanxerit ecclesia constitutionem illam. 2. Deinde quærunt hic doctores quãdo tandem & nuptiæ illæ factæ sint, & tm hoc à Christo exhibitũ miraculũ. Vbi respondendum est, ab omnibus ferè id Christianis esse creditum, sexta Ianuarij factum id esse, ita ut uno eodemq; die Christus & adoratus sit à magis, & à Iohãne baptizatus, & aquam deinceps uerterit in uinum, annis tamen diuersis. & quibus quidẽ hæc singula contigerint annis, Augustinus & Chrysostom⁹ in ea sunt sententia, ut putent Christũ tredecim iam dies natũ adoratum à magis, & deinde post annos triginta baptizatum, cumq; annorum esset triginta unius & diez tredecim, ex aqua demũ feciſſe uinũ. Id si ita esset, sequeret

Ambros. Johan. 2 Nota. c. Verũ de conuersi. coniug. Augustin. Chrysost.

Christum duos tantum annos cum dimidio prædicasse publice, deinde mortuum fuisse. Alij autẽ doctores ferè omnes, cum dicãt Christũ annos tres & dimidium prædicasse, cõsequenter asserunt eum anno ætatis uicesimo nono baptizatum esse, & tricesimo deinde miraculũ illud feciſſe. Sed quocunq; modo se res habeat cum annis illis, quia nobis huc parum deseruit, parum curamus: quãdo satis est hoc scire nos, tria illa maxime & insignia & memorabilia facta uno die, licet annis contigisse diuersis. Et ita catholica firmiter credit ecclesia, sicut & in hodierna canit antiphona: Hodie cælesti sponso iuncta est ecclesia, hodie in Iordane lauit Christ⁹ nostra crimina, currunt cum muneribus magi ad regales nuptias, & ex aqua facto uino lætantur cõuiuæ. Et iterũ in alia antiphona: Tribus miraculis ornatũ diem sanctũ colimus, hodie stella magos duxit ad præsepium, hodie uinum ex aqua factum est ad nuptias, hodie à Iohanne Christus baptizari uoluit, ut saluaret nos. Satis magnus quoq; testis nobis est beatus Maximus, in sermone de Epiphania dicens: In hac dilectissimi celebritate, sicut relatu paternæ traditionis instruimur, multiplici nobis est festiuitate lętandum. ferunt enim Christũ dñm nostrum stella duce à gentib⁹ adoratũ, & inuitatũ ad nuptias, aquas in uina uertisse. Et suscepto baptismo à Iohanne, cõsecrasse fluenta Iordanis, suum'q; simul purificasse baptistam. Et ex illo triplicem solennitas illa nomenclaturam sortita est. nam & Epiphania, & Theophania, & Bethphania dici solet.

Ecclesia. Matth. 3. Matth. 2. Johan. 2. Vbi supra

Maximus

3. ¶ Porro iam euangelium adfuisse Mariã, sed & Iesum & discipulos uocatos ad nuptias testat. Vbi Chrysostomus iuuitatã esse Mariã dicit, nõ ut matronã magnificam, sed ut ex propinquis cognatã, similiter & Christum iam em̃ supra diximus Iohannẽ sororis Mariæ filiũ fuisse. Inuitari aũt solebant matronæ etiã honestę, quæ spõsæ assiderent, ut ea ex illis & egregiã disciplinã, & honestissimos quosq; addisceret mores. Qui nunc q̃q; in multis locis mos obseruari solet, ut mulieres natu grãdiores nõ iuuenculæ collocentur ad spõsam. Merito itaq; inuitata est etiã Maria, cũ & speculũ esset ois honestatis, & ultro amicis seruire parata semp fuerit, sicuti cũ festinatiõe trãs

Chrysost.

fit montana, ut inseruiret Elizabeth.

¶ Sed iamiam audire uideor aliquẽ mussitantẽ, qui fieri potuerit illud cõmode, ut hic Christus cũ suis discipulis dicatur inuitatus fuisse ad nuptias, & tamen iam paulo ante dictũ sit, nuptias istas ante uocationẽ apostolorũ factas esse. Huic ego respondeo, uerũ esse, nuptias has ante uocationẽ celebratas: & q̃uis iam cum quibusdam consuetudinem cõtraxerat Christus, puta cũ Andrea, Philippo, Petro & Natanaële, neminẽ tamen illorũ etiã uel in apostolorum uel in discipulorũ numerum & functionem adsumpserat. Et quod hic discipuli appellantur, illo more fit loquendi, quo dicimus apostolum Paulũ in Tarso Ciliciæ esse natũ. neq; eñ tunc iam erat apostolus. ita discipulos inuitatos ad nuptias cũ audimus, nõ iam discipulos, sed qui futuri erant discipuli, intelligere debemus. Hæc Augustinus de cons. euang. lib 2. ca. 17. Cyrillus q̃q; Christũ inuitatũ esse perhibet diuina quadã prædestinatione, uenisse'q; miraculi potius, q̃d acturus erat, quàm cuiuq; gratia. Verũ hic doctrinã huiusmodi colligũt doctores sancti, & honestũ esse & laudabile amicos uicinos'q; bonos inuitare ad nuptias, cõuiuas etiã excipere nonnunq; & cũ eis lætari, q̃m illud semp à pijs hominibus obseruatum est, & ab ipso adeo Christo: qui nõ satis esse duxit, si ad nuptias inuitatus ueniret, nisi insuper in effusiorẽ hospitũ lætitiã, in uinũ q̃q; uerteret aquã, in uinũ inq̃, nõ illud tenue, sed nobilissimũ. Regnũ insuper cælorũ cõparauit regi, nuptias paranti filio suo, seruosq; mittenti q̃ inuitatos uocarẽt. Ita fecit Raguel in nuptijs Tobiæ, duas pingues uaccas & arietes quatuor occidi fecit, & parari epulas oĩbus uicinis suis cunctis'q; amicis. De longe q̃q; ad nuptias suas inuitauit Tobias Gabelũ ex ciuitate Rages, qui & uenit cũ angelo Raphaele. Sed & Laban amicorum turbam magnam inuitauit ad nuptias patriarchę Iacob cum filia sua. Quid q; Assuerus etiã rex grande fecit conuiuium cunctis principibus & pueris ad nuptias Hesterẽ? Nec minus in scripturis fundatum est, eos qui ad nuptias uocati sunt, honeste & splendide uestitos esse debere, quando credendum non est, temere regem illum improperasse isti, qui ad nuptias uenerat uestem non

Iohan. 1.

Augustin. Cyrillus.

Matth. 22.

Tobię. 8.

Gene. 29.

Apoca.21. habens nuptialem. Ita & Iohannes, Vidi, inquit, ciuitatẽ Ieruſalem nouam, deſcendentem de cælo, à deo paratã, Iſaię.49. ſicut ſponſam ornatam uiro ſuo. Sed & apud Iſaiam: Viuo ego, dicit dñs, quia omnibus ijs uelut ornamento ueſtieris, & circundabis tibi eos quaſi ſponſa. Et apertius ali Iſaię.61. quanto deinceps, Induit me dñs ueſtimento ſalutis, & indumento iuſtitiæ circundedit me quaſi ſponſum decoratum corona, & quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis. Ex quibus ſane ſcripturis cõſtat, ſponſum & ſponſam ꝓ ſuarum fortunarum cõditione decenter & honeſte ueſtiri debere, & ipſos quoque hoſpites ad nuptias inuitatos, Gene.24. ſplendidius paulo ueſtitos eſſe oportere. Quõ legim⁹ etiam cum ſeruus Abraæ miſſus eſſet, ut Rebeccam filio dñi ſui Iſaac adduceret uxorem, prolatis ille uaſis argenteis & aureis, ac ueſtibus, dedit ea Rebeccæ pro munere, fratribus quoq; eius & matri dona obtulit. Initoq; cõuiuio, ueſcebantur & bibebant. Verũ hæc quæ iam diximus de nuptialibus gaudijs omnia, de cibo & potu, de ſaltationibus, ueſtibus & omni ornamentorũ apparatu, intelligenda ſunt cũ ſale, cũ mediocritate & diſciplina, ne quid hic quoq; nimis, ne fiat quod quidã Epicuri de grege porci in nuptijs faciunt, eas ſua cõpotatione & ebrietate tantũ dehoneſtantes. Ne nimius ſit in ueſtitu apparatus, & plus pendeat ſumptus in ueſtibus, quàm ſit domi reliquũ in ædibus. Et in ſumma, circunſtantias illas quæ ad honorũ dignitatẽ pertinẽt, nõ decet excedere, nec aliquo modo deum ad iram prouocare, ſed illum prę oculis ſemper habere, ſicut factum eſt in ſanctiſſimis illis Tobiæ nuptijs, Tobię.9. quibus honeſtum ſcriptura præbet teſtimonium, dicens: Acceſſerunt ad conuiuium, & cum timore dñi nuptiarũ conuiuium exercebant. Factũ id quoq; eſt in auguſtiſſimo illo Aſſueri regis cõuinio, de quo ſic ait ſcriptura: Nõ erat Heſter.1. qui nolentes cogeret ad bibendũ, ſed ſic rex ſtatuerat, ꝓponens menſis ſingulos de principibus ſuis, ut ſumeret unuſquiſq; ꝙd uellet. Aliter iam longe fieri ſolet, cũ alius alium cogit & urget, cum uaccino more bibitur. Et ꝙis multa ſint contra cõpotationes inuulgata edicta, nulla tamẽ flagitijſ tam inſigne pœna cõſequit. Verũ ꝙd nemo animaduertit, in cauſa eſt, q & ij qui tãta mandata edũt,

& qui eorundem sunt præfecti, iudices aut quæstores, illi nimirum ipsi potatores sunt maximi. Sed me iam hoc tã impudens compotandi flagitium, pudere facit & silere, ut plura de eo horream dicere.

¶ Ex multis adhuc rationibus hanc quoq; adsignant doctores, cur Christus ad has uenire nuptias uoluerit, q̃d hoc ipso suo exemplo matrimonium uoluit cõfirmare. Nouerat enim iam tunc, ut ait sanctus Augustinus, uenturos quosdam, qui parum honestas nuptias, nec satis bonum iudicarent esse matrimonij statum: cum tamen contrarium huius adeo sit uerum, ut & coniugium ex deo, & quælibet coniugum separatio existat & proficiscatur ab autore diabolo. Idq; adeo ut uerum esse probaret, ipse sua præsentia nuptias honestauit Christus: & quẽadmodum in paradiso iam creato homine, primũ instituit matrimonium, ita cũ redimendo uenisset homini natus homo, primum suum uoluit in nuptijs edere miraculũ. Futuros autem qui coniugium prohiberent, iam olim Paulus habuit ex spiritu sancto & præsciuit, cum diceret: Spiritus manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam cõscientiam, prohibentium nubere. Veniisse etiam illos deinceps testatus est ex multis beatus Augustinus de Tatianis & Adamitis, Tertullianus quoq; aduersus Marcionem.

Coniugij dignitas

Matth. 19

Gene. 1.

1. Tim. 4

Augustin. Tertull.

¶ Errorem hunc sua Christus in nuptijs præsentia satis confutauit, & priusquam ueniret, iam sustulit, uolens ita huiusmodi suorum miraculorum initio, conuersationis nostræ secundum carnem sanctificare exordium: q̃d ordinate & debite fit in matrimonio. unde hic coniugalis commendatur castitas & pudicitia, ipsumq; adeo collaudatur magnum matrimonij sacramentum, tanquam à deo institutum, ordinatum & uelut insitũ: quod & ideo in omni honestate est suscipiendum, cũ coniuges præforibus templi copulantur & benedicuntur, nulla ibidẽ temeritas, nulla exercenda leuitas est, sed pie magnum illud omnipotentis dei opus considerandum, imploranda quoq; cum sacerdote est spiritus sancti gratia. Est enim

hic, quod cum stupore quodam nec sine reuerentia admi remur immensum illud consilium sapientiamq; ineffabi lem dei, qui tam pius & misericors esse uoluit generi humano, tam prouidens pro omnibus nobis, ut in ipsa hominis creatione uinculum instituere uoluntarium, fortius tamen & firmius multo naturali uinculo. Quod an non fortissimum erat inter patrem & filium, matrem & filiam? adeo ut Imperator dicere ueritus nõ sit, Quis adfectus extraneus talis inueniatur, ut uincat paternũ, uel cui alij credendum est res liberorum gubernandas, parẽtibus derelictis? &c. Et rursus in alio loco, Hæc, inquit, q̃ diximus ad edictũ pertinere, nihil interest, in se quis ueritus sit, an in liberis suis, cum pro adfectu magis in liberis parentes terreantur. Patuit hoc in Dauide, cui filius fuit Absalon, nihil parcens etiam patri, quin eum multis modis offenderet, fratrem insuper proprium occidit, patrem ipsum suis exegit finibus & solio, cõtra eundem pugnare non timuit: ad extremum capillis quos habebat pulcherrimos, ex arbore pendens, transfossus occubuit. Quod cum resciuisset Dauid, non dixit merito hæc illi accidisse, quoniam peccasset in parentẽ, sicq; aduersus semetipsum concitasset iram dei: quin potius contristatus ascendit in cœnaculũ portæ & fleuit, sicq; loquebatur uadens: Fili mi Absalon, Absalon fili mi, Quis mihi tribuat, ut ego moriar pro te? Absalon fili mi, fili mi Absalon. Vtut ergo illud naturæ uinculũ sit inter parentes & liberos fortissimũ, insitũ tamen est à deo aliud uinculum coniugale, quantumuis uoluntarium illud, attamen naturali isto longe firmius, sicut & Adam spiritus sancti instinctu dicebat ad Euam: Hoc nunc os ex ossibus meis & caro de carne mea. Quamobrem relinquet homo patrẽ suum & matrẽ, & adhærebit uxori suæ. Vt igit aliquãdo cõcludã & finiã, institutũ coniugiũ est officiũ naturæ, peccati & cõcupiscẽtiæ medicina, insigne bonũ hoim, ciuilis societas, præclarũ Christianæ ecclesiæ sacramẽtũ. Dñs dedigneť oibus illis q in sancto cõiugali statu degũt, aquam etiã illã laboris & angustiæ uertere ac mutare in dulcedinẽ & suauitatẽ uini, tũ cõsolationis, tũ recreationis: ut & ipsi post hanc uitam, uitam consequantur æternam. Hoc

L. Cum furiosus C. de curat. fur. et prod. L. isti quidem. ff. de eo q̃d met. caus.

2. Reg. 18.

Gene. 2.

illis nobisq; simul largitor bonorum omnium largiatur deus, Amen.

HOMILIA SECVMDA
dominicæ secundæ post Epiphaniam domini.

NVptiæ factæ sunt in Chana Galilææ, & uocatus est Iesus ac discipuli eius. Erat autem & mater Iesu ibi. Nullam hic mentionem facit Euangelista ipsius Ioseph, unde doctores colligunt eum iam fuisse mortuum. Siquidem absque eo Maria ad nuptias uēnura non erat. Verum nos sermone iam præcedenti rationes aliq̄t indicauimus, cur ad nuptias illas uenerit Christus: quarum prima erat, ut ab illis sponsum ad uirginitatis statum uocaret, cui nobiliorem etiam uirginē matrem suam in cruce erat commendaturus. Secunda, ut generationis nostræ exordium sanctificaret. Tertia, ut sic quoq; Tatiani aliorumq; confunderet hæreticorum errores. Quarta, ut & ipse dei filius coniugium confirmaret in terris, quod pater suus cælestis instituerat in paradiso. Quinta, ut qui ad nuptias uocati erant, sui deinceps futuri discipuli, in eum cred[erent]. Postrema, ut honesta gaudia lætitiamq; competentem [ha]beremus in nuptialibus quærere conuiuijs.

¶ Solent hic plerunq; multa dici de sacramento matrimonij, eam tu materiam regres in sermonibus de sacramentis. nunc em̄ circa explanationē euāgelij tm̄ lubet insistere. Ait aūt Euangelista: Deficiente uino, dicit mater Iesu ad eum: Vinū non habent. Vnde sponsi simul & sponsæ facile colligitur paupertas, cum eis etiam uinum defecerit, & tamen non dedignatus est ad eos uenire CHRISTVS, nullo modo mensam etiam pauperum contemnens. ut hinc & nos disceremus, amicos etiam pauperes nō despicere, sed eorum etiā inopiam in optimā partem accipere, nec ideo eos cōtemnere q̄d pauperes sunt. Elegit enim & ipse deus pauperes in hoc mundo, diuites in fide & hæredes regni. Vos autem, inquit deinde apl̄us, exhonorastis pauperē. Quod etiam sapiētissimus ille Ecclesiastes cōquerit dicens: Quō sapiētia pauperis cōtēpta

Iacob. 2.
Eccls. 9.

est, & uerba eius non sunt audita? At Christus hic ad pau peres uenit, quibus uinum non suppetebat. & cum aliâs sæpe inuitatus fuerit, nusquam tamen conuiuas adeo exhilarauit, ut eis uinum tam nobile ex aqua faceret.

2. ¶ Liquet etiam hinc aperte, sponsum illum seu spõsam sanguine iunctos fuisse Mariæ. cur enim aliâs anxia adeo & solicita fuisset ex uini defectu? fuit ergo ex cognatis proxima, & ut ante ex Hieronymo & Augustino probatum est, matris sponsi soror. Mitto ego hic, quòd quidam dicunt penè nullum adfuisse in cõuiuio uinum, nõdum tamen plane defeciisse, ita ut Maria ex hoc solicita & condolens sponso ac sponsæ, defectum indicârit Christo, priusquam omnino uinum deesset. Satis est hoc, certum nobis esse ex interpretatione doctorum, nondum omnibus constitisse hospitibus hunc uini defectum, quod & sequentia uerba domini satis declarant.

¶ Sed iam mirari forte aliquis posset, quo tandem animo hæc ad Christum dixerit Maria. An quasi peritura ex illo miraculum in ipsis adeo nuptijs? & cum antea nullum ab eo uidisset, unde nunc demum uenit in mentem
Chrysost. matri, aliquid magnum cogitare de filio? inquit Chrysostomus. Respondent ad hoc doctores sancti, Mariam nõ hoc dixisse Christo uelut ignaro, quãdo & ipsa inscia nõ erat, illũ nihil latere. Tantũ ergo hoc ei indicauit ex cõpassione, qua pauperculis illis condolebat. Et quãuis hactenus ab eo miraculum nullum petierat, dum ambularet hic & conuersaretur ut homo: tamen cũ iam baptizatum
Matth. 3. esse eum cognouerat, miracula etiam, quæ ibidem contigerunt, audierat: & quomodo illi testimonium perhibuisset Iohannes, cogitare apud se potuit: Nunc iam tempus imminet, cum dominus meus naturam quoq; illam suam diuinam est manifestaturus. Siquidem eum hęc maxima posse, minime dubitauit: & sicut omnia conseruauerat in corde suo, ita illud etiam angeli uerbum diligẽter retinuerat, q̃ filius suus in natura filius dei esset, qua-
Luc. 2. propter illi forent omnia possibilia. Conseruauerat illa quoq;, quæ pastores in die natiuitatis suæ dixerant. Nec
Luc. 1. Matth. 2. iam oblita erat, quoniam stella tres magos ab oriente usq; ad casam suam duxerat. Ex ijs omnibus diuinitatem

eius satis agnouit. Sed & accedente iam cœpta illius manifestatione in baptismo & testimonio Iohannis, nec immaturum, nec præter tempus erat illud q̃ Christo Maria defectum uini significauit. Quamuis hoc uerum est, eam habuisse spiritum sanctum: unde etiam omniscia nõ fuit, sicut iam ante Lucas illam dixit uerbum istud domini non intellexisse, An nesciebatis q̃ in ijs quæ patris mei sunt: credere tamẽ firmiter decet omnem Christianum, Christum non permisisse charissimam matrem aliquando labi in aliquem errorem. Aliud enim est, non scire, aliud errare. Quomodo idiota nescire aliqd potest sine incommodo, doctus uero hæreticus errat suo maximo malo & incommodo. Et quò tandem digredimur? sapientissima omnium quæ unquam in mundo uixere, fœmina Maria illa fuit, de qua merito canit Ecclesia: Virgo prudentissima, quò progrederis quasi aurora ualde rutilans? Filia Sion, tota formosa & suauis es &c̃. Et honeste igitur & uerecunde amicorum suorum in nuptijs egestatẽ domino proposuit, dicens: Vinum non habent. Nonex illo uinum petebat, sed ne miraculum quidem: tantum, necessitate ostensa, rem totam suæ relinquebat sapientiæ, omnipotentiæ & charitati, quibus modis consulendum foret conuiuis. Tria itaq; hic sunt obseruãda in Maria. Primo, ingens illa Mariæ misericordia, quoniam cõdolebat amicis, quorum illis nuptijs res agebatur, ne forte defectus ille uini in eorum redundaret ignominiam. Vnde discant diuites non inuidere pauperibus, si quando & ipsi lautius uictitent & uinum bibant. Ecce enim hic Christus uinum potius ex aqua fecit eis, q̃ ut deficerent uino, & illud quidem Mariæ precibus. Aut cur nõ interdũ impleretur etiã illud Dauidis in Psalmo: Edent pauperes & saturabunt, & laudabũt dñm? Quamuis nõ est q̃ nostris nũc temporibus nimiũ hic soliciti simus. per se enim isti abligurijũt & absumũt turpiter quicqd habent, proh dedecus. De quo aliâs. Secundo, obseruandum hic quoq; uenit, qua dignitate Christum coluerit Maria, dum nihil ei imperauit, nihilq; eum facere iussit. Tertio, summa illius in Christum hic deprehenditur fidutia. confidebat emi illũ, si modo amicorum expenderet necessitatẽ, magnũq;

Ecclesia.

Psalm. 21.

confusionis periculum, eos non derelicturum, ubi per occasionem liceret. Simili confidentia sorores illæ Maria
Johan.11. & Martha ad dominũ misere, dicentes: Domine, ecce quẽ amas, infirmatur. Neq; illum uenire & sanare Lazarum iussere, hac in illum concepta fiducia, ut si necessitatem tantum cognosceret ipse, qua esset diuina sapientia, rebus succurrere nosset. Et hæ sane duæ imperfectę adhuc fidei mulieres (quod ex Iohanne clare colligitur) cũ hac fuerint in Christum confidentia tanta, quãto magis credendum est Mariam, cuius fides, ut ipsa quoq; tota, pulchra erat & ab omni dubitationis macula purissima, immensa quadam erga charissimum filium fiducia dixisse, Vinum non habent? Quæ ferè catholicorum doctorum omnium uniuersalis sententia est.

¶ Liberet hic, si liceret modo, meã quoq; attexere sententiam, saluo tamen meliori semper iudicio. quicquid enim adduco nouum, nolim me pertinaciter in illo proprio meo insistere ingenio. Multis modis in scriptura uideo sanctos quoq; maxima fecisse miracula, dum adhuc uiuerent, sicut cum Petrus claudum sanaret, Ananiam quoq; & Sapphiram subita morte affligeret, Aeneam paralyticum uiribus & saluti restitueret, ipsamq; adeo Tabitam resuscitaret à morte &c. Quæres iã, unde illud subito adeo Petro subierit in mentem, tam inusitato sibi exemplo sanare infirmos, mortuosq; suscitare. Non utiq; fecit illud temeritate aliqua & præsumptione, siquidem memor adhuc erat, quàm infeliciter sibi semel antea cessisset temerarius suus contra uerbum domini ausus, cum
Matt.26 confidenter se non negaturum illum polliceretur. Hinc fit ut communis hæc sit sententia, neminem sanctorum, nec ne hic Petrum quidem, aliquod fecisse miraculum, nisi præuia motione spiritus sancti, qui eos ad illud impulerit. Aliâs sane extremæ ẽt temeritatis, hoiem tãtum sibi arrogare gratiæ diuinitus, ut claudo diceret, Surge & ambula, illeq; sanat⁹ exiliret, nisi ibi p̃curreret certa quædam & ea interna promissio à spiritu sancto proficiscẽs, unde tandem confidentiam ille sibi sumeret miraculum operari. Ex ijs iam argumentum illud mihi colligo: Si nullum omnino sancti dei fecere miraculum, nisi ante à

Quõ sancti mîracula primum facere subierint.
Actuũ.3.
Actuũ.5.
Actuũ.9.

ſpiritu ſancto idipſum inſpirante facere iuſſi, multo minus Maria miraculũ ex Chriſto petiſſet, ſi non antehac per inflatũ ſpiritus ſancti & ipſa ad id petendum eſſet uocata. Vtut autem res ſeſe habeat, certũ eſt, Mariam ex cõpaſſione & commiſeratione ſolita domino indicaſſe, q̃ iam uinum non haberent.

2. ¶ Chriſti iam in euãgelio ſequitur reſponſio ad uerba matris: Quid mihi & tibi mulier? Nondũ uenit hora mea. Hoc illud uerbum Chriſti, Chryſoſtomus cæteriq̃ doctores ita accipiunt, non quòd ille matrem duriter & contemptim increpârit, ſiquidem præceptum legis ſuæ de honore parentum, perfectiſſime omnium ſeruauit. Iam uero Maria aliud niſi quod ſuarum erat partiũ, non fecit: ſiquidem decebat ut incepturo iam domino officium illud ſuum operandi miracula, mater quoque illius intercedendo munus ſuum inchoaret. Vere enim illa aduocata noſtra eſt, ſicut in ſalutatione illius canit Eccleſia: Eia ergo aduocata noſtra. Hoc illud ſuũ ſanctũ & ſublime officium ſanctiſſima uirgo hodie primum cœpit exercere, & adhuc in cælo exercet pro omnibus illis, q̃ ſe fideliter & pie inuocant. Cum itaq̃ ſuum illa tantum officium fecerit, ſibi ex gratia diuina in rem tamen totius generis humani collatum, non erat ob id à Chriſto durius increpanda. Sed neq̃ uerba iſta cum duritie quadam, ſed manſuetudine legenda ſunt & pronuncianda: Quid mihi & tibi eſt mulier? hoc eſt, nec tuum illud eſt, nec meum curare. curent hoc qui ad iſtud delegati ſunt munus, ut architriclini. neq̃ enim mea adhuc imminet hora. Et cum miracula ad diuinam fiant gloriam manifeſtãdam, necdum conſtat omnibus deficere uinum. Tu quoq̃ tempus expecta, dum omnibus innoteſcat: & tunc miraculum uires ſuas habebit, gloriamq̃ declarabit diuinã, homines quoq̃ ad fidem adducet. Qui ſane intellectus ut q̃ ſe ſimplex, ita facilimus eſt. Verum ſanctus Auguſtinus, qui ſuo quodam perpetuo more aquilam illam in ſublimia cælorum euolantem ſequitur, in altum & ipſe enitens, uerba hæc quoq̃ ad ſummum quẽdam intellectum adducens, principio erroneum aliquorum ſenſum declinat, putantium Chriſtum animo obiurgandi hic cum

Chryſoſt.

Exod. 21

Maria aduocata noſtra.

Auguſtin.

matre locutum, quasi illa immerito istud ex eo petierit, Id adeo falsum esse, uel sequens textus satis arguit. profecto enim si Christus petitionē illam matris recusasset implere, & ob id eam obiurgasset uelut inique petētem, qd opus fuerat Mariam committere seruis, ut quod ille iuberet, diligenter implerēt? Quid quod nec ipe Christ⁹ miraculum illud feciſſet, si ad matris preces facturum se abnegasset? Ad quod rationem pulchram inducit Augustinus, cur hæc Christi uerba nihil erga matrem acerbitatis habeant. siquidem quis crederet Christum in hoc ad nuptias ueniſſe honorandas, ut dehonestaret matrē? cum tamen omnes ideo peragantur nuptiæ, ut per illas producantur liberi, sintq; qui patrem honorent & matrem. Oportet ergo, inquit Augustinus, sensum hic latere occultum, cuiusmodi ferè hūc ille præbet ad uerbum. Dominus noster Iesus Christus & deus erat & homo: secundum quod deus erat, matrem non habebat: secūdum quod homo, habebat matrem. Mater ergo erat carnis, mater infirmitatis, quam susceperat propter nos. Miraculū ergo quod facturus erat, non secūdum infirmitatem, sed secundum diuinitatem operabatur. ad omnipotentiam enim pertinet dei, rerum substantias & naturas uno tēpore mutare momento. Exigebat ergo miraculum mater, at ille tanquam non agnoscit uiscera humana, operaturus facta diuina, uelut dicens: Quod in me facit miraculum, non tu genuisti, diuinitatem meam tu non genuisti: sed quia genuisti infirmitatem meam, tunc te cognoscam, cum ipsa infirmitas pendebit in cruce. hoc est enim, nō dum uenit hora mea, quæ cum uenerit, dicam: Mulier, ecce filius tuus.

Exod. 20. Augustin. Johan. 19

¶ Ita ille respondit Mariæ, ut discerneret in fide, quid nobis de eo esset credendum secundum naturam utranq;. Id si scissent Iudæi, potuissent respondere Christo, cū interrogaret eos, quomodo filius Dauidis eē posset Christus, quem ille tamen dominum suum appellasset, dicēs: Dixit dominus domino meo. Et sic intellectum quē hic dat Christus, si habuissent uidissentq; Iudæi, dicere potuissent Messiam filium esse Dauidis secūdum humanitatē, & tamen eundem dominum ab illo uocarum secundum

Matt. 22. Psalm. 109

diuinitatē: & hic quoq; patet, quō Christus filius Mariæ sit, ut homo: & dominus illius, quia deus. Nec est q̄ cogites Christum hic matrem suā abnegasse Mariam. tantū enīm ostendit nondum uenisse horam, ut eam agnosceret. siquidem opus hic facturus erat suę diuinitatis. At pati, pendere ex cruce, derideri, contemni, mori, hæc nimirum illa sunt, quæ corporis erāt Christi ex matre assumpti. Non habent itaq; aliquod hic Manichęi fundamentū, quo impium suum probent errorem, Christum nec corpus nec sanguinem habuisse uerū, ideoq; & dixisse: Quid mihi & tibi est mulier? quod isti sic intelligere uoluerūt, quasi diceret: Nihil ex te habeo, carnem nullam nullūq; sanguinem. Qui sensus & falsus & plane est hæreticus. Idem enim ille Euangelista, qui uerba hæc Christi descripsit, ad Mariam in eodem hoc capite dicit: Erat mater Iesu ibi. Si itaq; mater eius illa fuit, & si ex ea natus est iuxta uerbum angeli, carnem etiam ab ea habuit & sanguinem. aliās frustra quoq; fuisset, quòd mulier de turba extolleret uocem, dicens: Beatus uenter qui te portauit, & ubera quæ suxisti, si Maria non uera mater eius fuisset, sicut ibidem in homilia subtiliter arguit Beda. Manichęi Johan. 2 Lucę. 1. Lucę. 11. Beda.

¶Inniti uoluerūt huic fundamēto & Genethliaci, ex motu siderum iudicare uolentes, quæ in libera cuiusq; constitunt uoluntate, atq; ideo certa expectantes tempora & horas, quas eligant operi incipiendo commodiores, sui erroris occasionem & defensionem ex illis uerbis Christi sumēres: Nondum uenit hora mea. unde dicunt Christum quoque elegisse horam iuxta siderum constitutionem, quam expectârit facturus ex aqua uinum. Verum hoc multum præiudicat gloriæ Christi: qui, quia uerus erat deus, atq; adeo cælorum omnium, solis quoq; & lunæ & siderum dominus, cur astra expectasset, ut ab illis sui operis acciperet rationem? Vt igitur quilibet Christianus nimium se non intromittat in practicas Genethliacorum, & tamen nobilissimas illas dei creaturas, q̄ sunt creatæ dignitate & sublimitate, non contemnat, super hac materia iustam & integram huic loco lubet adiungere homiliam, eamq; alijs locis semper habere repetitam.

HOMILIA .III. DE EVANGELIO dominicæ secundæ post Epiphaniam domini.

ADVERSVS GENETHLIACOS & astrologos diuinatores.

Iere.10. IVxta uias gentium nolite discere, & à signis cæli nolite metuere, quæ timent gentes, quia leges populorum uanæ sunt, dicit dominus deus per Ieremiam prophetam. Verum ego hic primo statim loco testatum uolo, nihil me hic dicturum contra illam per se honestam scientiam astronomiã: quæ ut est in se uera, ita nusq̃ nec in literis sactis, nec ullis legibus seu canonibus prohibita, quum ex ceteris artibus liberalibus & ipsa sit non postrema: quam, qui magistri dici gaudent & uolunt, merito scire debent, quum faciat plurimum etiam ad diuinæ maiestatis omnipotentiam contemplandam. profecto enim non nisi summo consilio oprimus ille tam stupendæ machinæ conditor, tot cęlos, suumq̃ cuilibet planetæ orbem, & capacissimum illum stellis fixis omnibus communem fabricatus est. Stellas porro illas & orbes omnes suo cursu motuq̃ ordine discreuit elegantissimo, unde uariæ & innumeræ proficiscuntur mutationes, nõ diei tantum & noctis, uerum etiam æstatis, hyemis, ueris & autumni, pluuiæ, niuis, humiditatis, siccitatis, caloris q̃ & frigoris apparent manifestissime. In illa quoque tanti operis pulcherrima creatione dixit deus: Fiant luminaria in firmamẽto cæli, & diuidant diem ac noctem, & sint in signa & tempora & dies & annos, ut luceãt in firmamento cæli, & illuminent terram. Id apertissime in luna deprehendes, quę & motu & lumine indies mutatur: quod quamuis cæteri quoque faciant planetæ, in luna tamen hoc clarius, quàm in alijs discere poterit quilibet ridiculo. Hancq̃ admirandam tot cælorum ordinationem admiratus subinde est Iob. Nõ est enim quòd cogites in eodem orbe lunam esse, in quo sol est, illamq̃ uno mẽse to-

Astronomia.

Gene.1.

Iob.9.

tum percurrere cælum, non secus ac piscis maris recessus permeat. Non sic sane, sed sicut planetæ cæteri, ita suum luna quoque orbem obtinet, qua motum proprium conficit. atque ideo quum in scripturis undique de multis cęlis mentio fit, tum uero maxime Dauid: Laudent, inquit, dominum cæli cęlorum. Multi ergo sunt cæli, non tamẽ hic loquor de supremo illo cęlo beatitudinis, quod unicum tantum est, sed & de cęlorum multitudine plura in præsentiarum dicere supersedimus, quia sicut Sapiens ait: Difficile æstimamus quæ in terra sunt, & quæ in prospectu sunt, inuenimus cũ labore. Quę in cælis sunt autẽ quis inuestigabit? ut recte nimis anus illa domestica cum Thalete egerit, qui cũ nimirũ ex cælo penderet, futurorum omnium rationes inde colligens, aliquando etiam domum egressus cõtemplandorum siderum causa, in subiectam fossam incidisset, illa petulanti probro dixit: Qua ratione quæ in cælis sunt, comprehẽsurum te arbitraris, qui ea quæ sunt ante oculos, uidere non uales?

Psal. 148.

Sapi. 9.

Diog. La er.

Secundo loco profiteor quoque me inficias non ire, deum optimum maximum plurimas & uarias uirtutes, admirandas etiam operationes stellarum simul concreasse, illisque infudisse. Verum ex his pauciſſimæ homini sunt cognitæ, deóque autori potissimum perspectæ, de quo Dauid canit: Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina uocans. Vera autem rebus singulis nomina à suis imponuntur proprietatibus. Occultas quoque illas stellarum proprietates solus, qui & condidit, cognoscit deus. ideóque ibidem sequitur in Psalmo: Magnus dominus noster & magna uirtus eius, & sapientiæ eius non est numerus. Et quamuis naturaliter philosophi in cõmuni uirtutem non ignorârũt cæli, propriam tamen & particulariter determinatam cuiusque stellæ cognitionem & operationem ueram non agnouerunt, sicut dicit Aristoteles: Ex necessitate mundus iste continuus est superioribus lationibus, ut omnis uirtus ipsius inde gubernetur. Fatetur idipsum quoque beatus Augustinus, non usquequaq; absurde dici posse, ad solas corporum differentias afflatus quosdam ualere sidereos,

Psal. 146.

1. Meteo.

Lib. 5. de ciui. ca. 6.

ſicut in ſolaribus acceſſibus & deceſſibus uidemus, etiam ipſius anni tempora uariari: & lunaribus incremẽtis atq; decrementis augeri & minui quædam rerum, ſicut echinos & conchas & mirabiles æſtus oceani: non autem & animi uoluntates poſitionibus ſiderum ſubdi. Vnde patet, neque ipſum Auguſtinum ſideribus adimere, quod illis cauſa tribuit naturalis, nec ſcriptura reiicit ſacra. Poteſt ergo aliquis iuxta cæli lunæq; motum proſcindere agros, ligna ſecare ad ædificandum, exhibere cataporia & medicinas, incidere uenam, membra morbida reſecare, calculũ q̃q; curare aut excindere, arbores plantare, ſeminare, uites amputare &c̃. In omnibus illis & huiuſmodi quibuſdam aliis poſſunt agricolę, hortulani & medici, cęteriq; tum ſigna feliciora, tum motum attendere lunæ, quæ ferè humidorum domina, corporum quoq; imperat incrementis. Ita & Auguſtinus in epiſtola
Auguſtin. ad Ianuarium: Non, inquit, quiſquam ſapiens arbitretur obſeruatores temporum reprehendendos, qui dicunt: Non proficiſcar hodie, quia tempeſtas exorta eſt &c̃. Vel ſi qui forte alij naturales effectus circa motum aëris & humoris ad uariandas temporum qualitates ex ſide-
Gene. 1. rum ordinatiſſima cõuerſione notati ſunt, de quibus dictum eſt, cum conderentur: Vt ſint in ſigna & tempora & dies & annos.

3. Cum itaq; ex illis iam adſignatis rationibus influentiæ, tam ſtellarum q̃ cæli motus, operationes naturales multas habeat hic in terris, in rebus maxime corporalibus, non male fit utiq;, ſi quando quis ex aſtrologiæ peritia, uel iudicio rationabili, uel longa experientia aliquid futurum in commune ſaltem prædicere poſſit: ſicut ex uentis nautæ, ex aliis innumeris ſignis paſtores colligunt & agricolæ, quæ experti ſunt ipſi, diuinantes uel aëris uel imminentem futuræ hyemis temperiem. Quo-
Matth. 16 modo Chriſtus ipſe apud Matthęum, Facto, inquit, ueſpere, dicitis, ſerenum erit, rubicundum eſt enim cælum. Et mane, hodie tempeſtas, rutilat enim triſte cælum. Huiuſmodi ſane ſigna, quorum pleraq; deſcripſere philoſophi, nec illicita ſunt neq; ,phibita. Et ſic, ſi quatuor anni partes non ex ſua naturali proprietate ſunt diſpoſitæ, faci-

le fit, ut hinc corruptus & insalubris sequatur aër, unde morbi prodeunt, defectus & incommoda frugum, pecudum mortes, atq; id genus alia mala: ut sic sapiẽtes, & in sua singuli præcellentes arte, prædicere queant quomodo futuris temporibus & annis res habebunt circa segetes, fructus, tempestates, morbos &c̃.

¶ Et sine dubio qui ueram haberet astrologiæ notitiam, huic illa quoq; cognita omnia essent. Verum ut nunc sunt nostri seculi homines & astrologi, plericq; errant. Accepta enim alicuius practica, in ea loco pluuiæ serenitatem tu semper ponito, & econuerso: & elapso anno, totidem aut plures forte dies uidebis te melius adsignasse quàm practicum illum. Rationes autem cur isti ita plerunque aberrent, ex multis quædam sunt sunt illæ, id est, quòd illam sibi prouinciam sumunt plurimi, in arte illa nec exercitati, nec periti. 2. Quòd non intra iustos professionis suæ se limites continent, sed ex temeritate alij, alij etiam per ambitionem plura q̃ ars complectitur audent, prophetæ iamiam futuri, omniaq; futura adnunciaturi, ut ab omnibus laudentur, maximiq; habeantur. 3. Nimium quoq; ad particularia descendunt, cum tamen & stellæ & cælum causæ quædam sint uniuersales, influentias quoq; tantum habeant uniuersales, sicut eos merito ob id increpat Augustinus. 4. Et quia plurimæ adhuc restant stellæ, quarum influentiæ astrologis sunt incognitæ, fit ut dum illi iudicium ex signo aut stella aliqua sibi colligunt, ignorent tamen an influxus ille per aliud signum uel astrum queat impediri. Et hinc lapsus & error. 5. Quid quòd ipsi inter se non concordant astrologi, adeo ut unius stellæ alij alias ponant significationes? quod uir doctissimus Picus duodecim complexus libris satis docuit, errores eorum & implicatissimas retexit diuersitates. Quod uniuersus etiam satis expertus est Christianismus anno gratiæ 1524. cum in Februario magna illa fieret coniunctio Saturni & Martis in signo aquatico piscium, & aliæ adhuc quindecim coniunctiones: plericq; omnes fore prædixerunt diluuium, aut certe aliam aquarum exundationem immensam, adeo ut iam quosdam plane persuasissent homines in-

Astrologi cur fallãt.

Augustin.

Picus.

Annus 1524.

eptos & stolidos, habitationes sibi comparare in montibus, naues conficere, farinam, panes cæteraq; adseruare necessaria. Huiusmodi quædam minabantur plerique Italiæ & Galliæ astrologi. Verum imminente tempore, ne imber quidem exiguus comparuit, taceo diluuium. Et si in re tam generali, si in tam magna coniunctione duorum planetarum, in negocio tam apud eos certo & indubitato tam insigniter lapsi sunt, colligere quisq; potest, quid eis dandum sit fidei in alijs rebus, & inferioribus & particularioribus.

4. Etsi ex prædictis omnibus manifestum est, posse Christianum citra conscientiæ suę offensam obseruare sidera, non tamen in ijs quæ sunt liberæ uoluntatis, quasi hic quoq; necessitatis aliquid nobis ingerant, imò in istis obseruanda cuique regula illa est à deo nobis per Sapientem tradita: Deus ab initio constituit hominẽ, & reliquit illum in manu consilij sui, sicut aliâs ad longũ declarabimus. Errant igitur quotquot iuxta significationem siderum oportere omnia contingere homini putãt, quasi illa hominem cogerent. Quamuis hoc naturaliter concedi potest, quòd magnum plurimumq; sidera habent influxum in corpus, illud alterando, uariasq; tum constitutiones, tum dispositiones in eodem exercendo. & quia sensibilis illa animæ uis corporeis utitur membris, secundũ quorum naturam & dispositionem ipsa quoque mouetur, & deinceps animæ uirtus illa & potentia intellectu alis à sensibili agitatur, admirti id quoq; potest, per accidens saltem & mediate in animã hominis agere stellas, easq; sic hominem uehementer inclinare ad illud quò mouet influxus. Inconcussum tamen hic & firmum manere uolumus, quod dicitur: Astra inclinant, non necessitant. Quod & astrologorum omnium princeps Ptolemæus testatur, uerbis quidem diuersis, re tamen & sententia non absimili, dicens: Vir prudens dominabitur astris. Exemplis res hæc non paulo facilior erit & apertior: Si quis uel natura uel influentia cælesti cholericus est, incli natur iam hoc ipso ad iracundiam, ut sit præceps & celer ad omnia &c.

Ecci. 19.

Virtus stellarum.

Ptolemæ.

Lunatici. ¶ Experimur idem in lunaticis, qui cum ad lunæ au-

gmenta & decrementa ratione sua priuentur, eò nos exemplo docent, per accidens tantum, quia per corpus, cælum & stellas in animam hominis agere posse: & quæ liberè à deo uoluntati nostræ sunt relicta, nulla posse necessitate astra in nos quocunq; agere impulsu. Et ideo quicunq; stellas, dies etiam expectant & tempora, quibus q; horis matrimoniũ contrahant, nuptias agant, emant uendántve, ædificare incipiant, exercitum ducant in aciem, uestibus induantur nouis, peregre proficiscantur, in ædes alias commigrent, aliorum se adiungant societatibus & commerciis, nuncios ablegent, seruos conducant, uenentur, piscentur, atq; huiusmodi alia tum exordiantur, tum exerceant negocia, sicut in ijs planetarum dies certos & horas expectent, temeraria id tantũ faciant præsumptione, cultu quodam dæmoniorum, eoq; idololatriæ proximo. Neq; uero inferius illo est uel minus prohibitum, ex hora natiuitatis hominis alicuius, iudicare ea quæ non possunt influere stellæ: puta futurús ne sit ille diues an pauper, doctus aut indoctus, spiritualis uel secularis, coniugem bonam an improbam, liberos etiam habiturus sit paucos siue plures: num collapsurus sit, uulneré ne saucius an morbo elanguescens, iuuenis item an senex, quoq; mortis sit genere moriturus. Hæc ut sunt comprimis uetita, ita autorem habent diabolum, nobísque se ingerunt ex innato isto curiositatis uitio, quod hę reditario more ex Eua contraximus, quæ eodem scelere decepta, nos secum perdidit: ipsaq; seducta fuit, non Adam. Ab Eua itaq; in nos ista uenit leuitas, istaq; peruersa concupiscentia, ut quod dei proprium est, nobis quoque arrogemus, futura nimirum cognoscere: inde diabolus maximis ferè quibusq; adfectum istum incutit, dicens ad eos sicut ad Euam: Eritis sicut dij, scientes bonũ & malum. Mera hæc diaboli fallacia est, & magnatum potentumq; seductio: sicut & Cicero testatur astrologos Iulio Cæsari, Pompeio item & Crasso prædixisse, eos bona & confecta ætate, domi, ac in summa quidem gloria morituros. Sed id temere. falsi enim sunt, ut & alij plerique principes atq; duces, astrologorum freti iudicio, plurima infortunia sustinuerunt.

Electio dierum.

Natiuitates.

Gene. 3. 1. Tim. 2.

Gene. 3.

Cicero.

¶Quinto, Nunc tandem scripturas sacras, sanctosq; patres, sed &canonica patrũ decreta, quibus omnibus æque superstitiosa ista prohibita est scientia. Ecce enim per Isaiam dominus ait ad Babylonios: Sta cum incantatoribus tuis, & cum multitudine maleficiorum tuorum, in quibus laborasti ab adolescentia tua, si forte quid prosint tibi, aut si possis fieri fortior. defeciſti in multitudine consiliorum tuorum. stent & saluent te augures cæli, qui cõtemplabantur sidera (Septuaginta hic interpretati sunt astrologos, meminit Hieronymus) & supputabant menses, ut ex eis annunciarent uentura tibi. ecce facti sunt q̃si stipula, ignis combussit eos, non liberabunt animam suã de manu flammæ. Aut poterát ne deus apertius manifestiusq; artem istam prohibere, qua tota etiã decepta est Babylonia? ideoq; & per Ieremiam dicit dominus: Iuxta uias gentium nolite dicere, & à signis cæli nolite metuere, quæ timent gentes, quia leges populorum uanæ sunt. Quæ prophetæ uerba exponens Hieronymus, dicit illũ aduersus eos loqui, qui uenerantur cælestia, & quæ in signa sunt posita annorum, temporum, mensium & dierũ, ab ijs æstimant regi genus humanum, & ex causis cælestium terrena moderari. ut iam rectissime dixerit Sapiens: Diuinatio erroris, & auguria mendacia & cætera, (loquitur de prædictione per auguria.) Paulus uero ad Galatas: Dies, inquit, obseruatis & menses & tempora & annos: timeo, ne forte sine causa laborauerim in uobis. Ecce hic fatetur Apostolus periculum esse, ne si nimium obseruentur motus cælestes, euangelium sit frustra, sicut & omne genus augurum futuraq; prædicentium in lege adhuc prohibuit de⁹, sicut patet in Deuteronomio & Leuitico. Quid quòd gentibus ille Iob iniquitatem maximam, imò & negationem contra deum altissimum esse credidit, nimium soli tribuere & lunæ?

Isaiæ. 47.
Septuag. Hieronym.
Iere. 10
Hieronym.
Eccl. 34.
Gala. 4.
Deute. 18. Leuit. 26. Job. 31.

¶Patrum quoq; decretis idem uehementissime prohibetur, & præcipue in canone: Illos planetarios, uigesima sexta, quæstione secunda, & sunt uerba Augustini dicentis de planetarijs, qui de singulis futuris requiruntur, & eos Christiana & uera pietas expellat & damnet. Deinceps quoq; in canone, Sed & illud, quæ uerba sunt Hiero-

26. q. 2. Augustin.
Hieronym.

nymi: Est & illud opprobrium Aegypti, obseruare augu ria, nequirere stellarum cursus, & euentus ex ijs futuros rimari, cæteris'q; huiusmodi superstitionibus implicari. idololatriæ nanq; mater est Aegyptus, ex qua certũ est opprobria huiusmodi pullulare. Præterea Alexander pontifex maximus increpat sacerdotẽ, qui cum quodam infami locum priuatum accessit, nõ ea intentione ut uocaret dæmonium, sed ut inspectione astrolabij furtum cuiusdam ecclesiæ posset recuperari: licet proponeret se hoc zelo bono & ex simplicitate fecisse, pontifex tamen illud iudicat grauissimum, eum'q; non modicam inde peccati maculam contraxisse. Porrò in legibus quoq; nõ minus prohibita est mathematica C. de maleficis & mathematicis L. artem, non illa quæ in quatuor artes diducitur liberales, eas'q; & honestissimas & scitu dignissimas, sed ista diuinatrix. Ideo'q; Imperator Constantinus L. nemo aruspicẽ C. eo. Nemo, inquit, aruspicem cõsulat aut mathematicum, nemo ariolum. Quapropter quilibet pius & qui uere esse uult Christianus, diuinatores istos & &mendacissimos prophetas uitare debet, iuxta diuinas, ecclesiasticas & Imperatorias sanctiones.

c. ex tuarũ de sortile.

C. de mal. et mat.

Constant.

¶ Cæterum doctores sancti uno uelut ore omnes, omnibus'q; temporibus scientiam illam condemnârunt, quos singulos hic adducere & nimis longum foret, & non parum molestum. Age quosdam tamen & ex innumeris penè, paucos saltem uideamus. Chrysostomus super Matthæum, eos reijciens, dicit Christum artis huius errores & uanitates omnes sua tantum natiuitate dissoluisse. Gregorius Nissenus in libro de fato, similiter refellit & confutat eos, qui ex stellis futura nobis intendunt cõstituere, ipsós que uocat genethliacos. Basilius uero congressione 6. die quarto, postquam uerbis usus fuerat astrologorum uaticinantium, quibus & illi ipsi uti consueuere, subdit: In uerbis huiusmodi magna quidẽ amẽtia, sed multo maior impietas continetur. Et hæc ex Græcis, ad latinos uenio, inter quos nõ postremus Ambrosius: Nonnulli, inquit, natiuitatum tẽtauerunt exprimere qualitates, qualis futur' sit unusquisq; qui natus sit, cum hoc nõ solum uanum & inutile quærentibus, sed & impossibile sit promittenti-

Chrysost. homilia. 6

Nis. ca. 2.

Basilius.

Ambro. 4. Hexã. c. 4.

bus probat hoc multis exemplis, inter alia dicit: Redempti sunt apostoli & congregati ex peccatoribus. nõ utiq; natiuitatis suæ hora, sed Christi eos sanctificauit aduentus, & hora dominicæ passionis redemit à morte. Comparat postremo sapiẽtiam astronomorum telæ araneæ.

Hierony. Sanctus Hieronymus quoq; super Isaiam ait: Isti qui supputant menses, annosq; dinumerant, horarum etiã momenta librantes, futurorum scientiam pollicentur, dicãt tibi quid super te Babylon dominus cogitauerit, illisq; tacentibus, quid uenturũ sit propherârunt. Ecce facti sunt quasi stipula, ignis deuorauit eos, ut qui salutem alijs promittebant, sua ignorabant supplicia. Et deinde super So-

Soph. 1. phoniam scribens, errorem appellat, scientiam fictitiã, quæ nec ueritatis aliquid habeat, nec solidum fundamentum. Sanctus Gregorius in Homilia Epiphaniæ, eundem

Gregori. errorem hæresi adscribit Priscillianistarum, stultitiã uocat, & obijcit eis gemellos istos Esau & Iacob, qui sub eodem sidere nati, per omnem tamen uitam suam in omnibus rebus & operibus fuere dissimilimi, alterq; pessim⁹, alter bonus extitit. Et si de geminis respiciant astrologi,

Gemini. q̃ in uno puncto nec concipiantur, nec nascantur, ipsaq; adeo sideris constellatio semper immutetur: uicissim eis obijcimus, si tam momentaneo quodam modo per singula puncta tantum mutantur astra, qua tandem ipsi solertia possint punctum illud certum inquirere? quod cũ nesciant, simul etiam iudicium constitutum de pueri natiuitate ferre non possunt.

¶ Sed iam penè Augustinum præterieram, qui subin-

Augustin. de in plurimis locis eosdem ualidissime reijcit, ac præcipue in libr. de quæst. noui & ueteris testamenti, ubi dicit:

Lib. 3. c. 18 Nihil tam cõtra Christianos, quàm si arte matheseos adhibeant curam. hæc enim inimica dignoscitur legi dei, hanc ipsam astutia & subtilitas inuenit diaboli. Deinde hortatur omnes homines cauere sibi ab hac arte, quæ eos

solicitos tantum facit, suspensosq; tenet, ut quæ sunt incerta expectent. Sed & toto libro 5. de ciuitate dei, & libro 2. super Genesim, & lib. confessionum earum reijcit, atque in 2. de doctrina Christiana ca. 21. sic inquit: Gene-

Libr. 4. thliaci quamuis ueram stellarũ positionem, cum quisq;

nascitur consectentur, & aliquando etiam peruestigent, tamen quod inde conantur uel actiones nostras, uel actionum euenta prædicere, nimis errant, & uendunt imperitis hominibus miserabilem seruitutem. Et capite uicesimosecũdo: Ex hac notatiõe uelle nascẽtiũ mores, actus, euenta prędicere, magnus error & magna dementia est. Deinceps concludendo caput, dicit: Opiniones istæ quibusdam rerum signis humana præsumptione institutis, ad eadem illa quasi quædam cum dæmonibus pacta & cõuenta referendæ sunt. Capite uero 23. sic ait: Omnes huiusmodi artes uel nugatoriæ uel noxiæ superstitionis, ex quadam pestifera societate hominum quasi pacta infidelis & dolosæ amicitiæ constituta, penitus sunt repudiandæ & fugiẽda Christiano. Idem quoq; in homilia 6. de Epiphania, uocat hanc artem stultitiam sacrilegam & indoctam, in qua uani homines de genituris hominũ qcqd opinantur loquuntur. Quid quod sanctissimus ille martur Sebastianus coram Cromatio præfecto Romano, uanam illam planetariorum ualidissime confutauit scientiam? neq; id tantum, illum insuper sanare noluit, nisi cõfracto astrolabio, indicaret quàm esset ars ista inertissima deo & aduersa & plane contraria.

S. Sebastianus.

¶ Neq; uero desunt, qui obganniant & oblatrent subinde, utut scientia hæc contemnatur, fieri tamen multa quæ prædicũt astrologi, ut iam illa non sit omnino uel nulla, uel inutilis. Iis ergo respondeo, artem hoc ipso nõ probari, quòd illi nõnunquam aliquid uere prædicunt, quamuis id quoq; implicate nimis, magisq; obscure, quã uetères sua proponebant oracula. Iam enim dicunt, periculum esse, ne quod hæc minantur astra, hoc uel illo modo eueniat, nisi propiciũ aliquod, siue Iouis siue Veneris sidus impediat. Aliâs uero dicũt, hæc & id genus alia quædam euentura, ita ut semper queant in utranq; partem torquere, quod prænunciant. Itaq; credi ideo arti oportere, quòd alicubi quod ipsi prædixere eueuerit, & periculosum est, & plane nihili. id em̃ ex sacris literis cõstat, ubi de pseudopropheta dicit dñs: Si surrexerit in medio tui prophetes, aut qui somniũ uidisse se dicat, & p̃dixerit signũ atq; portẽtũ, & euenerit q̃d locut⁹ est & dixerit tibi,

Astrologi quomodo uere prędicant.

Deut. 13.

Eamus & sequamur deos alienos quos ignoras, & seruiamus eis, non audias uerba prophetæ illius & somniatoris, quia tentat uos dominus deus uester, ut palam fiat utrũ diligatis eũ an nõ, in toto corde & in tota anima uestra. Ecce hic deus permittit etiã pseudoprophetam seductorem prædicere futura. Quare id? En causa quoq; adiũcta est, cur deus iuxta eorum prædictiões quædam sinat euenire, ut nimirum sic comprobet deus, quisnam fidẽ uerã & charitatem erga ipsum habeat. siquidem pij & cõstantes Christiani in nullo mouẽtur, etiamsi diuinator aliqs semel atq; iterum quippiam uere prædixerit, & uicissim in alijs centum aberrârit, ut fidẽ illi præbeat aduersus diuinas, pontificias & Cæsareas leges. Aliam adhuc rationem reddit Augustinus, unde fiat ꝙ inter tot mendacia
Augustin. nõnunquam aliquid uere uaticinẽtur, dicens id fieri astutia & calliditate diabolica, atq; hoc gemina uia. Altera, quoniam ex intellectus sui subtilitate, longaq; experientia quæ futura sunt, prænoscit: idq; dum alicui cultorum suorum inspirat, huic aut alteri stellę attribuit. Altera uero, ut si maxime quod futurum est, ignoret diabolus, diuinator iste tamẽ ex seipso uel etiam dæmonis instinctu illud prædicat euenturum, omnem tũc mouet lapidem, nec quicquam relinquit intẽtatum diabolus, quantum ei permissum est à deo, ut procuret istud fieri, quod suus Genethliacus prædixit, & ita facilius homines eo adducat, ut huic arti credant, per quam & seducantur.

¶ Sequitur hinc periculosum esse, aliquem uel sibi uel filio suo natiuitatem facere cõscribi aut iudicium quodcunq; plerunq; enim aliquid hic mali latet, quod si etiam aliàs nõ eueniret, tamen iam prædictum est, quia omnib' uiribus diabolus laborat ut fiat, & sic arti suæ qualiscunq; fides paretur. fit autem hoc iusto plane iudicio, ut qui deo parere recusabat & magistratui, semet Genethliaco uendens homini temerario, in geminum incidat malũ: alterum, quòd imminentis & quod ipse præsciat incommodi perpetua cura torquetur, quod eueniens etiam iam sustinendum adhuc est quouis modo. Quisquis igitur sibi probe cauerit, is optime fecerit. Et hæc quidem super ꝓposita materia dicta sufficiant. Verum adhuc duo pauciss.

mis adñciamus pro admonitione cuilibet probo Christi ano: Prius hoc, Quoniam cum futurorum prænotio nihil plane est, etiam ea quæ ex astrologia (uidetur autem illa plus habere & fidei & autoritatis) pendet, multo minus tribuendum est cæteris perditissimis uetulis, furijs & sagis, chiromanticis item, geomanticis, & id genus similibus nugatoribus, præstigias suas uel crystallo, uel membrana uirginea, uel sedili quercino, uel pallio &c. exercẽtibus, uel etiam per imagines fusiles, per schedas uarijs signis & characteribus inscriptas, per nomina quædam ad miranda & inaudita, per fossas subterraneas, aut sub liminibus foribusq; ædium paratas, per manum sinistrã hoc uel alio modo positam, per pilos aut sanguinẽ: & quod demum impium est, si huiusmodi quiddam sacris subñciatur altaribus seu altarium tegumentis, ut sic super illo certus Missarum numer⁹ legatur in extremam dei sacramentorum ignominiam. Fuerit itaq; illud ministrorum ecclesiæ, subinde circunspicere in angarijs & kalendis Ianuarijs maxime an huiusmodi quiddam sub aris sit reconditum. Omnes em̃ istæ maligni hostis fraudes & uersutiæ longe fugiendæ sunt, siquidẽ earum is unicus machinator est & autor, parans & instituens illas in perditionem hominum, & in ignominiam dei omnipotentis. Possem de singulis dicere copiosius, uerum id parum ꝓfuerit, imò oberit plurimũ, cum sit periculum, ne forte qui pusillanimes sunt & simpliciores ac infirmi, offendãtur. Satis sit interim illud coronidis loco adñcere, nõ priuatos tantum homines qui huiusmodi oblectantur præstigijs, parum aut nihil habere felicitatis, sed & magnates ac principes, qui multis gaudent sibi erectis natiuitatibus, minimum habere & fortunæ & uictoriæ.

¶ Posterius illud, quod supra nos addituros recepim⁹, hoc est, quòd hic etiam cõmemorat beat⁹ Augustinus, se libros combussisse genethliacos, idemq; esse factum temporibus apostolorum, sicut & Gelasius papa fecit anno domini quadringentesimo sexagesimo nono. Quibus modis autem libri temporibus apostolorum sint exusti, Lucas testatur, sic inquiens: Multi qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros & combusserunt eos corã omni Augustin. Actuũ. 19.

bus: & computatis precijs illorum, inuenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium. Sed & Theodosius statuit hæreticorum libros diligenter & inquirendos esse, & publice exurendos. & Valentinus quoq; & Martianus ita constituerunt: Vltimo supplicio coërceantur, qui illicita docere tentauerint. Omnes uero huiusmodi chartæ ac libri, qui funestum & hæreticum complexi fuerint dogma, incendio concrementur. Hæc eo lubentius indico, quòd quia & per pontificem maximum & Catholicũ nostrum Imperatorem Carolum quintum, iustissimis & mandatis & commissionibus hæreticorum libri sunt cõbusti: idq; qui iniquum putârunt esse, nunc uideant adeo illud esse æquum, ut & sanctis patribus & sanctissimis nostris præceptoribus sit usurpatum apostolis

L. bñnato C. de hęreticis.

L. quicũq; C. de hęreti.

¶ Ex omnibus iam supra indicatis rationibus constat, nos non debere, quod ad liberi arbitrij nostri attinet opera, ullã dare fidem stellarum planetarumq; regimini. neq; enim illuc, sed ad mandata sua nos deus ire iussit cõsultatum, quæ nobis uolũtatis suæ certissima sunt signa. Vanum itaq; fuerit & Christiano homine indignum, in his rebus credere quæ asseruerunt Albumasar, Bonatus, Maternus Firmicus, Aben Ezra, Messahala, Alcabitius, Alboasar, Haliabenragel Baco, Aponeñ. & nõ potius ꝗd ueritas ipsa dixit, Si uis uitam æternam ingredi, serua mandata. Non est quod tam quæras, quem quilibet planeta gradum, quodq; signum occupet, quàm solicitus sis ut in omni tempore quod bonum est opereris. Nunc em (quod & olim suo seculo Paulus uere dixit) tempus est acceptabile, nunc dies salutis. Profecto enim si nos illud hic in omni pietate fecerimus, deus uicissim nobis & hic gratiam dabit, & post hanc uitam nos supra solem, lunam & stellas omnes eleuabit in gloriam sempiternam, quam uobis unà mecum concedat pater, filius & spiritus sctũs.

Matth. 19

2. Cor. 6.

HOMILIA QVARTA

Dominicæ secundæ ab Epiphania Domini.

CVm essent iam nuptiæ in Chana Galilææ, inuitatus est ad eas & Christus cum discipulis suis. ibi tum indicante Maria defectum uini domino, ipsó que respondente horam nondum uenisse suam, nihil tamen illa commota, ministros iussit quicquid imperaret ille, facere diligenter, intelligens utiq; eum nihil ex duritie aut amarulentia dixisse, dum exaudire ipsam recusaret, sed ut defectus ille uini pateret omnibus. Ita colligente hoc ipsum ex uerbis domini Chrysostomo, Nondum uenit hora mea, id est, nondum cognitus sum præsentibus, nõdũ sciunt uinum deesse, sine id primũ intelligant, satis non est quòd sola referas, mater es & suspicioſum miraculum faceres, oportet indigẽtes rogent. Quid multa? rogari uult & quidem indesinenter deus, quod uel sola suo nobis declarat exemplo mulier Chananæa, quæ dum oratet pro filia, nec tantum exaudire eam primum dedignaretur dominus, uerum insuper uerbis ipsam duris increparet, dicens bonũ nõ esse, sumptũ panem filiorum dare canibus, illa tamen pertinaciter instaret, interim magna & constanti non desinens orare fiducia, exaudita est tandem. Siquidem non semper statim exaudit orantem deus: sed interdum quod petitur differt, sicut hic. Quæ sane Christi uerba prima fronte uidentur esse dura, Quid mihi & tibi est mulier? Nouerat illa tamen animi filij sui mitissimam benignitatem, nouerat etiam quòd omnis qui spem suam & consolationem reponit in deo, certum solatium suæq; petitionis impetrabit effectum, sicut de Susanna Daniel inquit: Erat cor eius fiduciam habens in domino, & exaudiuit dominus uocem eius. Quomodo Dauid quoq; cecinit, Iunior fui, etenim senui, & nõ uidi iustum derelictum, scilicet in finem, nec semen eius quærens panem. Conuertit enim ille aquam tribulationis in uinum consolationis & solatij: qua de re egregium habet prouerbium Sapiens, Respicite filij nationes hominum, & scitote quia nullus sperauit in domino, & confusus est. Quis enim permansit in mandatis eius, & derelictus est? Aut quis inuocauit eum, & despexit illum? Sciebat hoc ita esse sanctissima uirgo, ideoq; seruis cõmisit, ut quicquid iuberet dominus facerent illi.

Chrysost.

Matth. 15

Daniel. 13

Psalm. 36.

Eccls. 2.

Et merito quidem id ita seruis commisit Maria, ueluti certa de eo quod facturus esset Christus, in nullo eã derelicturus, quoniam in nullo sacrarum literarum loco cõperimus illum quicquam denegasse matri.

¶ Vnde discendum est cuiq; Christiano, quæ sit Marię clementia & quàm mitissimus in intercedendo pro hũano genere adfectus, cui quando nihil negauit in terris adhuc uiuenti filius, quæ fuerit impudentia dicere, eum illi in æternam iam adsumptæ beatitudinem aliquid denegare? Errant igitur neochristiani, dum reijcere sanctissimæ illius uirginis diuorumq; omnium conantur intercessionem, semet tanta consolatione, nescio temere ne magis an impie priuantes. At nos contrà sequentes sanctam matrem ecclesiam, clamamus subinde, dicentes: Eia aduocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos cõuerte, & Iesum benedictum fructũ uentris tui nobis post hoc exilium ostende.

Intercessio Marię

Ecclesia.

¶ Disce deinde hinc quisquis es, qui pietatis amas studium, domino Iesu obedire. siquidem hic Maria in istis seruis mihi, tibi, nobisq; Christianis omnibus imperauit demandauitq;, ut quicquid nos ille facere iusserit, faciamus sedulò. Eodem fere exemplo, quo nobis pater cælestis præcepit post baptismum Christi, dicens: Hic est filius meus dilectus, in q̃ mihi cõplacui, ipsum audite. Et ò beata animam, quæ uocem Christi audit simul & sequit.

Matth. 3. et 17.

2, ¶ Porro iam sequenter dicit euangelista, Erant ibi lapideæ hydriæ sex positæ, secundum purificationẽ Iudæorum, capientes singulæ metretas binas uel ternas. Mos hic Iudæorum fuit perpetuus, ut subinde se abluerent, facile enim polluebantur. itaq; in promptu semper eos oportebat habere aquam qua purgarentur rursus. Quasdam autem ex illis etiam ex lege habebant purificationes, sicut ex Deuteronomio, Exodo & Leuitico liquet. Quasdam uero ipsi sibi adsumpserant omni tempore, idq; ex traditione scribarum, seniorum & legis doctorum. Id adeo Marcus etiam testatur, sic scribens: Pharisęi & omnes Iudæi, nisi crebro lauerint manus, non manducant, tenentes traditionem seniorum. Et à foro uenientes, nisi baptizentur, non comedunt. Et alia multa sunt

Johan. 2.

Deut. 23. Leuit. 13 et. 15.

Marc. 7.

quæ tradita sunt illis seruare, baptismata calicum & urceorum & æramentorum & lectorum. Ad eundem uero modum Paulus idipsum quoq; commemorat, ad Hebræos inquiens: In uarijs baptismatibus. Cum itaq; tantum & lotionum & purgationũ penes Iudæos erat, decebat plurimum aquæ ad huiusmodi purificationes esse necessarium, ideoq; in hunc usum parata illa hic adseruabatur, testante id quoq; Chrysostomo, quòd cum Palæstina inopia aquarum laboret (rari enim in ea fontes scaturiunt) hydriæ illæ aquæ semper plenæ seruabantur. Sed neq; temere, eodem autore, dictum est, secundum purificationẽ Iudæorum, ne quis infidelium suspicari posset, aliquo fortasse crassiore uino in eis residẽte, deinde infusa aqua lympidissimum uinum factum. Quare illa particula, secundũ purificationem Iudæorum, nunquam in ijs uinum fuisse ostendit. Verum hoc etiam miraculo non parum erat accommodum, quòd hydriæ illæ fuerunt sex, & hæ quoq; iustæ magnitudinis, siquidem una earum metretas duas aut tres capiebat, nostri utiq; seculi quinas uel senas, sicut adhuc & illa Coloniæ cernitur hydria apud sanctam Vrsulã, & altera Romæ. Nam si Christus in amphora aliq̃ exigua minusq; capaci aquã mutasset ĩ uinũ, suspicio esse poterat, ne forte uiuũ illud tãtulũ alicunde esset clã ingestũ, q̊d ipsum in tanta uini copia suspicari nemo potuit. Quis decebat in hunc usum Iudæos quoq; nõ parũ, sed q̃plurimũ uini adhibere, quòd esset illa eorum consuetudo non omnino mala in quibusdam, ut si quis uel leprosum attigisset, uel cadauer hominis brutive demortui, si quis etiam cũmuliere rem habuisset, & id genus alia multa, in quibus si se aliquis polluisset, ablueretur rursus.

Heb. 9.

Chrysost.

Chrysost.

3. ¶ Iam nũc dñs dicit ad seruos, Implete hydrias aqua. unde colligitur eas iam aqua fuisse euacuatas, ut sic Christus rursus impleri iuberet, iamq; impletas adferri architriclino. Chrysostomus hic quærit, quanam gratia Christus antequam implerentur, non fecit miraculum, quod longe fuisset admirabilius: perfectius etiam indicasset ei⁹ diuinitatem, cum deus omnia ex nihilo creauerit. Respõdet, Aliud est subiectæ materiæ qualitatem mutare: aliud, ipsam substantiam ex nihilo facere, hoc profecto mi-

Chrysost.

rabilius, non tamen ita credibile, & q̃d tam facile potuisset multitudini persuaderi: hac gratia miraculorum nõ. nunquam multitudinem consulto imminuit, ut facilius crederẽtur. Equidem sane crediderim maleuolos istos facilius tunc potuisse miraculum istud reprehendere & calumniari, unde tandem uinum istud in aquas deueniisset. Hinc etiã alia causa promanat, quòd nõ ipse hydrias impleuit. nam si maxime hic fuissent qui miraculum cauillari uellent, ministri qui aquam hauserant, testari quoq; poterant, nec dolum subesse nec fraudem, sed nec magicũ quicquam hic usurpatum. Quæ ratio est quoq;, cur suos magnitudinem miraculorum Christus quandoq; imminuerit ipse, ut nimirum & facilius & citius crederentur. Accedere potest tertio loco & illa causa, ut hic corruerẽt

Manichęi hæretici isti Manichæi, Valentiniani, Marcionitæ, & Cerdoniani, qui duo posuerunt principia bonorum & malorum, aliumq; uisibilis huius mundi, alium uero inuisibilis conditorẽ. Impiam istam hæresim ut refelleret Christus, in miraculis suis rebus usus est etiam uisibilibus, sicut hic aqua. Profecto enim si alius aquam cõdidisset creator deo contrarius, non usus utique fuisset ulla aliena creatura ad diuinæ suæ uirtutis declarationem. Verũ hoc modo usum ẽ deo sese exhibere, ut simul doceret, & unũ esse deum, & eundem cæli, terræ creatorem, omniumq; creaturarum. Monstraret etiam se esse illum qui uites humectat, qui aquam pluuiatilem per radices uitis in uinũ uertit, nisi quòd idipsum quod tempore paulo longiore faciat in incremento uitium, hoc momentaneo quodam modo hic fecit idem ille opifex in nuptijs. Super quibus pulchetrime ut omnia, contemplatur beatus Augustin',

Augusti. dicens: Quis est qui considerat opera dei, quibus regitur & administratur totus hic mundus, & non obstupescit, obruiturq; miraculis? ipse enim fecit uinum in illo die in nuptijs in sex illis hydrijs, qui omni anno hoc facit in uitibus. Sicut enim quod miserunt ministri in hydrias, in uinum cõuersum est opere domini: sic & quod nubes fundunt, in uinum conuertitur eiusdem opere domini. illud autem non miramur, quia omni anno fit, assiduitate amisit admirationem, Ecce etiam quòd Lazarum suscitauit

Christus à morte, nonne mirum est apud omnes? & tamen quotidie nasci, qui prius nihil fuerãt, quotusquisq; est qui miretur?

4. ¶ Haurire deinceps iubet dominus ministros & ferre architriclino: qui cum gustasset aquam uinum factam, nesciuit unde esset. Nemo, inquit hic Chrysostomus, ignorat in conuiuijs huiusmodi munia maxime sobrijs & tẽperantibus demandari, quorum solum officium est, ut debito ordine & apparatu omnia dispensentur. Architriclinum tamen sunt qui interpretentur eum hic intelligi, qui hospitum omnium fuerit & summus & præcipu⁹, ideoq; supremo loco residens, nec id immerito. siquidem presbyter fuerit ut plurimum, qui non benedixerit tantum omnia, sed & illos iuxta traditionem seniorum erudierit, quod hic post Alcuinum Beda quoq; cõmemorat. Qui mos apud quosdam etiam nostro seculo non omnino exoleuit, ut contracturi matrimonium & nuptias instructuri, presbyterum quoq; aduocent. Vtut tamen hoc habeat, satis est Christum quod ex aqua iamiã fecerat uinum, architriclino misisse, siue ille tandem archimagirus, siue ex hospitibus primus fuerit. is gustato uino, sensit illud esse nobilissimum. Vbi sane est quod miremur, Christum, qui in hoc uenerat in mundum istum, ut homines mundi uoluptatem doceret contemnere, tantum tamen humanæ tribuisse infirmitati, ut cõuiuium illud optimo etiam uino exhilararet. Chrysost. Architriclinus.

¶ Verum hic alia rursus exoritur quæstio, quibus tandem uerbis Christus ex aqua uinum fecerit, aut num sine omni alicuius uerbi prolatione miraculum operatus sit tantum. Ad hoc responderi primum potest, usus ne sit ille aliquo uerbo. sciri non posse. Siquidem non omia sunt scripta, credendum tamen esse magis, miraculum istud, sine ullo uerbo sola sua uoluntate diuina Christum esse operatum. Omnis enim creatura pure in obediẽtia consistit diuina, ita ut de & cum ea fiat, quicquid diuinæ illius placitum fuerit uoluntati. Quomodo Dauid dicit: Oĩa quæcunq; uoluit dominus, fecit in cælo, terra, mari & in oĩb⁹ abyssis. At cur in hoc miraculo sola sit us⁹ uolũtate, &tñ i pleriscq; alijs nũc uerbo, nũc ope, aliâs etiã à fletu & Iohan. 21. Psalm. 134.

lachrymis sibi non temperârit, ratio reddi poterit huiusmodi, quoniam miraculum illud in lætitiam tantum exhibitum est & exhilarationem conuiuarũ, cum interim cætera ad hominum operatus sit necessitatem: in quibus ille, quamuis & ipsa potuisset sola sua facere uoluntate diuina, uerbis usus est, declaraturus per hoc, esse quippiam in eis suæ operationi contrarium, scilicet peccatum. Omnia enim quæ patimur, ob demerita & culpam nostram patimur, ut ait beatus Hieronymus. & nisi peccasset Adam in paradiso, nec illum ignis ussisset, nec demersum perdidisset aqua, nec aër infecisset, neque ei animal noxium aliquod nocuisset, nec uulnerassent arma, nec aliquod offendisset genus morborum, ut constans habet sententia Augustini, Isidori, aliorúmque doctorum, adeo ut Paulus dixerit ad Romanos: Corpus mortuum est propter peccatum. Et cum defectus omnes in humanũ genus ex peccato irruperint, q̃d Christus miraculis suis uenit adimere, merito uerbis quoq; ad ea uti uoluit, & nõ raro ob significationem operibus etiam, sicuti in cæco, cui usum restituens facto exiguo luto, linuit oculos, & cum surdo, cuius aures tetigit expuens. Quæsane quid sibi uelint, suis singula locis per sanctos patres egregie est explicatum. Quamuis ergo hæc omnia penitus ex uoluntate diuina pendeant, tamen in hoc præcipue miraculo immensa quædam exhibita est gratia dei, quam uelut in spiritu præuidens Dauid, dixit: Qui miseretur omnibus iniquitatibus tuis, & sanat omnes infirmitates suas. Poterit hic alia adhuc causa dari, q̃ Christus in hoc primo suo miraculo euidentius declarare uoluerit filium esse se cõditoris omnium creaturarũ, ut sic sibi usurpârit officium diuinum, sola sua uoluntate operandi.

Hieron. Augustin. Roma. 8. Johan. 9 Marc. 7. Psalm. 102

5. ¶ Quando postea sequitur, increbuisse miraculum ipsum adeo illud resciuisse architriclinum, & proinde expostulasse cum sponso, q̃ uinum istud ad ultimas conuiuij partes reseruasset, quæres forte, cur ille non ministros potius, qui uinum attulerãt, interrogârit, ut sic miraculum manifestatum magis fuisset. Et hic responderi poterit, nescisse eum, quid aut quõ acta res hæc tota esset, ideo'q̃ sponsum interrogasse merito, unde illud adeo no-

Chrysost.

bile uinum aduenerit. Atq; id quidem Christus ipse sic fieri uoluit, ut ita lente & pedetentim miraculi sui uirtus agnoscereturSed & si per ministros miraculi huius fama dispersa primum esset, non tantum fides eis habita non fuisset, sed & dici ab alijs poterat, insanos esse eos, qui miraculum tantum adscriberent, acceptum'q; ferrent domino adhuc & ignoto & contempto. Verisimile est etiam, Johan. 4.
nec; male creditur, hoc miraculo cõmotum esse istũ Regulum, cuius filius decumbebat ægrotus, ut ad dominũ ueniret, filio'q; suo ex illo sanitatẽ impetraret.

¶ Deinde, cum iam & serui testimonium dedissent, aquam hausisse se, & ipse quoq; architriclinus, ex illa uinũ factum, notandum est adhuc uinum hoc fuisse optimum, ut sic non immerito architriclinus cum stupore quodam iraſceretur sponso, q̃ istud seruasset usq; ad cõuiuij finẽ. Chrysost.
Rationẽ reddit Chrysostomus, q̃ eiusmodi fuerint Christi miracula, ut quæ natura perfecta sunt, longe pulchriora meliora'q; reddantur, ipsa'q; adeo membra distorta quam sana erant, ualidiora faceret. ita enim cæci quibus uisum dominus restituit, acutius cæteris cernebãt, & sic de similibus, atq; hic etiam cum uino actum, quod architriclinus & sponsus testãtur. Sunt quoq; qui uelint Christum ob euidentiorem primi huius miraculi declarationem ex aqua uinum fecisse rubeum, quod ut est per se admirandum magis, ita Ecclesiastica firmatur autoritate, si quidem non temere canit Ecclesia: Aqua rubescunt hydriæ, uinum'q; iussa fundere, mutauit unda originem. Ecclesia.

¶ At iam nunc postremo, ueluti coronidis loco adijcia mus pulcherrima illa & præclara Hilarij uerba: Nuptiarum die uinum in Chana Galilææ ex aqua factum est. nũ quid cõsequitur aut sermo noster aut sensus, quibus modis natura demutata sit, ut aquæ simplicitas defecerit, & uini sapor natus sit? Non permixtio fuit, sed creatio: & creatio non à se cœpta, sed ex alio in aliud existens: non per transfusionem potioris obtinetur quod infirmi⁹ est, sed aboletur quod erat; & quod non erat, cœpit. Sponsus tristis est, familia turbatur, solennitas nuptialis conuiuij periclitatur. Iesus rogatus non exurgit aut instat, sed qui escentis eius hoc opus est. Aqua hydrijs infunditur, uinũ Lib. 2. de trini. Corpus simplex fit mixtum.

calicibus hauritur, infundentis scientiæ sensus non conuenit haurientis. Qui infuderunt, hauriri aquam existimant: qui hauriunt, uinum infusum arbitrantur. tempus quod in medio est, non sufficit ut liquoris natura & nascatur & pereat. Ratio facti, & uisum frustratur & sensum, uirtus tamen dei in ijs quæ sunt gesta, sentitur. Rogemus dominum &c̄. Amen

HOMILIA QVINTA

Dominicæ secundæ post Epiphaniā Domini.

EVangelium istud iuxta literam ut mirabile est, ita gaudio lætitiaq; plenissimum, cum audimus Christum non tantum nuptias præsentia sua cohonestasse, sed & hospites nouo miraculo optimoq; uino exhilarasse. Verum si spiritum & mysticum illum spectes intellectum, quem hic sane quærere & eruere debemus, est quod magis multo miremur in hoc euangelio. sic inquisierunt eum ueteres nouiq; doctores omnes, præcipue uero Augustinus, Beda & Bernardus, & nos igitur pauculla quædam nunc quoq; super hoc decerpamus. at illud q̄ facilius queamus adiutorio dei præstare, uos quoq; diuinum implorate auxilium, & sicut pro Paulo Colossenses, ita pro me deum orate, ut deus aperiat nobis ostium sermonis, ad loquendum mysteria & arcana Christi, ut manifestem illud ita ut oportet me loqui. Dicatis ergo, Pater noster, Aue Maria.

¶ Quando iam ex Christo dari nobis loquendi gratiam orauimus, age nunc rem ipsam adgrediamur. Principio itaque nuptias dicimus spirituales illas significare nuptias, quas cum sponsa sua Christus instituit. id adeo ex Matthæo collectu facilimum est, quando dicit: Simile est regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Quod ipsum de Christo Dauid quoq; prædixit in spiritu, inquiens: Sicut sponsus procedens de thalamo suo, hoc est, ex utero uirginis, in quo requieuit septimanas trigintanouem, dies duos. Qui cum uero Christus nuptias facit, non eodem undiq; modo in scripturis inuenitur. siquidem illa Christi sponsa & humanitas ipsius

Matth. 22.

Psalm. 18.

esse potest, & fidelis cuiusq; hominis anima, & tota demũ ecclesia catholica. Nos cæteris hic omissis, illas tantum prosequemur nuptias, quas cum ecclesia fecit. Eam autem esse Christo desponsatam, nonne satis magnus tibi testis est Paul⁹, cum ait: Viri, diligite uxores uestras, sicut Christus dilexit ecclesiam? & deinceps, Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & ecclesia. Christus relicta matre sua synagoga, Ecclesiæ adhæsit catholicæ, quam ex omnibus gentibus congregauerat, quantumuis secundum carnem ex Iudæis tantum natus. Sed & patre relicto, adhæsit eidem, patre inquam illo suo cælesti, nõ tamen ab eo, uel eius diuina recedens substantia: sed ita, quod non ea qua æqualis erat æterno patri, forma hominibus apparuerit, ut inquit Paulus: Ille cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens.

Vide dominica 2ª post pentecost.

Ephe. 5.

Gene. 2.

Philip. 2.

¶ Hæc illa sponsa quamuis nigra fuerit & deformis, cæcitatis & idololatriæ plena, adeo ut & Iudæi super hoc murmurarent, & ipse quoque Petrus illam ex gentibus collectam [illegible] Christum nõ pertinere putaret. Quo exemplo & ueluti [illegible]no, Aaron quoq; & Maria aduersus Moysen murmurârũt, q̃ uxorem duxisset Aethiopissam. Eodem enim plane modo Iudæi quoq; primum murmurauêre contra gentes, quæ in tantis tamq; execrãdis sceleribus tamdiu iacentes penè perierant, quod multis exaggerat Paulus. Christus tamen istam peccati contractã nigredinem illi depellere potuit, ut ait Paulus: Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in uerbo uitæ, ut exhiberet ipse sibi glorioſam ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta & immaculata. Habemus itaque hoc modo explicatum sponsum cum sponsa. Potes etiam huc adducere hi storiam Samsonis & coniugũ eius, & illud mystice applicare, uel historiã de Dauid, qñ duxit Abisaag Sunamitẽ.

Numer. 12.

Roma. 5.

Ephe. 5

Iudic. 14.

3. Reg. 1.

2. ¶ Sed neq; hoc mysterio caret, q̃ in Chana Galilææ nuptiæ istæ factæ leguntur, Christi inq̃ & ecclesiæ. Chana enim in nostræ linguæ idiomate idẽ est quod zelus, amor ardẽs & uehemẽs, aliâs etiã bonoꝝ siue acq̃sitionẽ,

Chana.

Psalm. 68

siue possessionem significat. Galilæa uero terminus seu li mes dicitur, quo regiones tum discernuntur, tum inter se cõiunguntur. Quæ omnia ad mysticã hãc faciunt spiri tualium nuptiarum interpretationem. siquidem illæ fa. ctæ sunt in Chana, hoc est, zelo quem Christus habet er ga ecclesiam suam, adeo ut semetipsum in mortem trade ret, illam sanctificaturus, sicut iam ex Paulo adduximus.

Ephe.5. An non putas charitatem illam dei erga genus humanũ fuisse longe maximam, ꝙ ille humilitate tanta se demise rit propter ecclesiam catholicam? Testatur illud Christꝰ ipse apud Iohannem, sic dicens Nicodemo: Ita deus dile

Johan.3 xit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut oñis qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam æternã. Vehemens hic zelus, & gratia dei magna erga genus hu manum, ut Paulus quoq; non male agnouit, ad Corinthi

2.Cor.8. os sic scribẽs: Scitis gratiam domini nostri Iesu Christi, quoniam propter uos egenus factus est, cum esset diues, ut illius inopia uos diuites essetis. Eandem hanc causam per prophetam quoq; Ieremiam proponit dominus, di cens: In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te mise

Jere.31. rans. Et hæc illa est charitatis uirtꝰ, quæ matrimonium istud contraxit. Vnde sanctus Bernardus: Si, inquit, deus

Bernar. hominẽ non diligeret, filius dei pro eo non moreretur. Sunt ergo nuptiæ istæ factę in Chana, hoc est, in frequẽ ti charitate & zelo. Verum si alteram quoq; illius spectemus interpretationem, iterum ad nostras has spirituales nuptias & ipsa non male quadrabit, cum emptionem seu redemptionem, uel etiam acquisitionem aut possessionẽ uerterimus. Christus enim est qui nos redemit, & rursus acqsiuit è potestate mortis & diaboli ereptos, sicut de eo Paulus inquit ad Titum: Qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate. Et Iohannes q̃

Tit.2. que: Dignus es domine aperire librum & soluere signa

Apo.5. cula eius, quoniam occisus es, & redemisti nos in sangui ne tuo ex omni tribu & lingua & populo & natione. Sed quid multis hic immoramur, cum tota undiq; scriptura pleniſſima sit, quàm magno nos ille precio redemerit sanguinis mortisq; suæ, quamq; nos & acqsiuerit & posse derit nimiũ cara mercede, adeo ut hinc recte appellemur

à Petro populus acquisitionis: unde & Paulus diligenter nos admonet, dicens: Attendite uobis & uniuerso gregi, in quo uos spiritus sanctus posuit episcopos, regere ecclesiam dei, quam acquisiuit sanguine suo. Verum cur Chana in Galilæa posita est? eo nimirum, quòd charitas cum uerus ille terminus sit, fixus quoq; & immotus planeq; nulli cõcedens, bonorum simul & malorum, filios lucis separans à filijs damnationis. charitatem hãc quisquis habet, ad ciuitatem dei pertinet; illam qui non habet, iam-iam in ciuitate diaboli est, idq; per amorem sui, sicut pulchre beatus Augustinus in libro de ciuitate dei explicat. Recte igitur Chana Galilææ, charitas ipsa est, limes nimirum & terminus diuersarum tum regionum, tũ ciuitatum. Et hæ quidem spirituales sunt nuptiæ Christi & ecclesiæ suæ, quæ in Iudæa primum cœperunt, ubi & homo factus est, & ecclesiam sui corporis participatione cõsecrauit, simulq; sui spiritus pignore in fide eandem confirmare dignatus est. Sed uocatis ad fidem gentibus, usq; ad fines orbis terræ earundem nuptiarum uotiua gaudia peruenerunt.

1. Pet. 2. Actuũ. 20. Charitas terminus bonorum et malorũ Li. 14. ca. 18. Beda.

3. Neq; uero Christus illis nuptijs solus interfuit, adfuit insuper & mater eius, synagoga scilicet Iudæorum. quia enim secũdum carnem ex illis natus est Christus, & ipsi quoq; merito uocati sunt ad nuptias præ cæteris: unde Christus quoq; in euangelio ingt: Non sum missus (in propria nimirũ & corporali figura) nisi ad oues quę perierunt de domo Israel. Hanc illã matrem suam ad has nuptias inuitare unice præcepit Christus, quum apostolos suos ad prædicandi mitteret officium, dicens: In uiã gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorũ ne intraueritis, sed potius ite ad oues quæ perierunt domus Israel. Quamuis deinde post Christi resurrectionem non iam sola mater, sed creaturæ omnes, iuxta præceptum domini, uocatæ sunt ad nuptias illas, quũ Paulus & Barnabas dicerent ad Iudęos: Vobis oportebat primũ loqui uerbũ dei, sed quoniã repellitis illud, & indignos uos iudicatis æternæ uitæ, ecce cõuertimur ad gentes. Et tantũ de spirituali matris Christi inuitatione. Verum quòd Christus quoque ad proprias suas est nuptias inuitatus, id quoque

Matth. 15 Matth. 10 Mar. vlt. Actuũ. 13.

ex scriptura satis constat. Quoties enim ille à sanctis patribus expetitus, & ardentibus uotis à deo patre aduentus Messiæ, sponsi nimirum, uelut efflagitatus, toties ad nuptias has inuitatus est. An nõ hũc inuitauit Moyses, cũ
Exo.4. diceret, Obsecro domine, mitte quem missurus es? Simili modo sponsum hunc ardentissime inuitauit propheta
Isaię.45. Isaias, clamans: Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustum, aperiatur terra & germinet saluatorem, & iustitia
Isaię.64. oriatur simul. Et rursus in alio loco: Vtinam disrumperes cælos et descenderes. Accedat autem huius inuitationis eximius pręco Habacuc, dicens. Qui uenturus est, ue-
Habac.2. niet & non tardabit. Neq; uero parum tum ardenter tũ grauiter sponsum illum ad proprias suas nuptias inuitauit nobilissimus iste & psaltes & propheta, idẽq; rex potentissimus, cum caneret: Excita domine potentiam tuã,
Psalm.79 & ueni ad saluandum. Eodẽ quoq; pertinent cæteri prophetæ oms, Ieremias, Zacharias, Ioel, Micheas, omnesq; quotquot fuerũt ueteris testamenti patres sancti, qui uelut uno omnes ore sedulo clamauerunt ad dominum, ut tandem sponsum illum tot retro seculis promissum mitteret ad nuptias, neque illum tãtum sed & discipulos &
Zac.9.14. apostolos eius cum eo. Lætare itaq; & exulta satis filia Sion, Iubila filia Ierusalem. ecce dominꝰ uenit & omnes sancti cum eo, & erit in die illa lux magna.

4. Ait autem Maria: Quia uinum non habẽt. Non hic loquimur de perfectis & consummatis illis nuptijs ecclesiæ iam triumphantis in æterna beatitudine, de quibus
Apo.19. Iohannes ait: Venerunt nuptiæ agni, & uxor eius præparauit se, & datum est illi ut cooperiat se byssino splendenti & candido. Byssinum enim iustificationes sunt sanctorum. & dixit mihi, Scribe, Beati qui ad cœnam nuptiarũ agni uocati sunt. In illis nanque nuptijs nullus omnino erit uini defectus, quando ubique præsens erit felicitas
Apo.21. æterna & consummata. Ibi nullus erit luctus nec dolor.
Boethius Siquidẽ beatitudo, autore Boethio, status est omniũ bonorũ aggregatione perfectus. Sed tm̃ hic agimus de nuptijs ecclesiæ militantis, in qua (ut ait Bernardus) sæpe uí-
Bernár. num deficit, gratia scilicet deuotionis & feruor charitatis. Et ò quoties nobis necesse est fratres, post lachrymo-

ſas querimonias ueſtras, exorare matrem miſericordiæ, ut ſuggerat benigniſſimo filio, quoniam uinum non habeatis. Siquidem magis ad illam pñſſimam matrem pertinent nuptiæ illæ ſanctæ eccleſiæ, quàm iſtæ quæ factæ ſunt in Chana Galilææ, in quibus ſi tanto commota eſt adfectu ad exorandum filium, quanto dignius etiam maiori mouebitur ad intercedẽdum pro iſs, qui ſe pie & deuote implorant? Neque uero uinum nobis tantum deficit in illis nuptiis deuotionis, in orationibus noſtris, & in operibus quoque uinum ardẽtis charitatis, ſed etiam plerunque uino caremus ueræ intelligentiæ ſcripturarum, qui quondam plurimus fuit & huberrimus defectus in ueteri teſtamento, ubi ſæpe nullum fuit in ſynagoga uinũ, ſed præter aquam plane nihil. Id adeo Auguſtinus quoq; explicans, inquit: Erat prophetia antiquis temporibus, & à prophetiæ diſpenſatione nulla tempora ceſſauerũt, ſed illa prophetia, quando in ea Chriſtus non intelligebatur, aqua erat. in aqua eñ quodammodo uinum latet, ſed quando uelamen tollitur, & Chriſtus in illa intelligitur, tunc ex aq[illegible] fit uinum. Hoc ſignificare Paulus uoluit, cum de Iudæis [illegible] ſcriberet: Vſq; in hodiernum diem idipſum uelamen in lectione ueteris teſtamenti manet non reuelatum, quod in Chriſto euacuatur, & ſic uſque in hodiernum diem, quum legitur Moyſes, uelamen poſitum eſt ſuper cor eorum. cum autem conuerſus fuerit ad deum, auferetur uelamen. Super eum locum, inquit Auguſtinus: Lege omnes libros propheticos, non intellecto Chriſto, quid tam inſipidum & fatuum inuenies? Intellige ibi Chriſtum, non ſolum ſapit quod legis, ſed etiam inebriat, mutans mentem à corpore, ut peccata obliuiſcens, in ea quæ ante ſunt extendaris, ut ait Paulus. Omnis itaque quæ de CHRISTO prædicta eſt prophetia, ante eum aqua tantum fuit, dum latebat: eadem uero ubi per CHRISTVM in ſucculenro quodam ſenſu & odore fragranti eſt declarata, in uinum abiit. Nonne enim duobus illis in Emaus[illegible] euntibus prophetia tota aquoſa fuit, quàm diu eam non intellexerunt? unde & audierunt à domino: O ſtulti & tardi cor ad credendum in omnibus quæ loquuti ſunt pro-

Auguſtin. 2. Cor. 3. Auguſtin. Philip. 3. Luc. 24.

phetæ, & ſtatim deinceps uinum ex aqua facturus, cœpit à Moyſe & omnibus prophetis, interpretans illis de oñi bus ſcripturis quæ de ipſo erant, adeo ut illi poſthac dice rent: Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis dum lo queretur in uia, & aperiret nobis ſcripturas? Et non ſine ratione factum eſt, ꝙ uinum non ex nihilo, ſed ex aqua fe cit, ut ſic conſtaret ipſum etiam aquas non contemnere ueteris teſtamenti, contra Manichæos qui illud plane re

Auguſtin. iiciebant. Poterat enim utiq; ut ait Auguſtinus, & effuſa aqua uinum infundere. uerum id ſi feciſſet, uideretur ſcri pturas ueteres improbaſſe. cum autem ipſam aquam con uertit in uinum, oſtendit nobis quod & ſcriptura uetus ab ipſo eſt, quæ tamen ante ſuum aduentum aqua tantũ mera fuit, uſq; dum ille uerum ſenſum & intellectum ei⁹ aperiret. Si uel per tranſennam Iudæorum commenta ria, & ineptiſſima quæque ueteris teſtamenti gloſſemata aſpiceres, eſſet ꝙ hominũ iſtorum admirareris, & ſtoliditatem ineptam & cæcas ineptias, atq; tunc demum crede res meram apud eos aquam eſſe: obſeruans quoq; craſſas & pluſquam beluinas eorum intelligentias, uideres eos nondum habere uel minimam uini guttulam in nuptiis Chriſti. Et en ex innumeris unum exemplum hic tibi. cũ in principio ſtatim Geneſis ſic legitur, ꝙ creauit deus ho minem, adeoq; maſculum & fœminam creauit eos, ibi ir ruentes in hunc clariſſimum & apertiſſimum textum Iu dæi, turbant & miſcent aquam, dicũtq; deũ creaſſe Ada mum inſtar Iani bifrontem, ut qui geminam habuerit fa

Adam bi frons. ciem ante & retro, ſicq; ex poſteriore parte Adami de inceps feciſſe fœminam. Præterea cum legitur, Adæ non

Gene. 2. inueniebatur adiutorium ſimile ſibi, Dixit ergo domi nus deus, Faciamus ei adiutorium ſimile ſibi, quid uel ſtultius uel magis tum temerarium tum impium, quàm

R. Salo mon. quod anteſignamus iſte Iudæorum Rabi Salomon, tur bidiſſimam reddens aquam, neſcio ex cuius aniculæ ſuper ſomnio, dicit Adam cognouiſſe pecudes & beſtias, etiam feras omnes, cumq; iis rem habuiſſe? Ecce quas ciſternas, quas lacunas, & quàm turbatiſſimas aquas Iudæi adhuc pleno ore hauriunt ac potant, dum nobile illud eccleſię fidelium cum Chriſto bibere uinum recuſant, unde im-

pietates tantas, & quas iure abominetur omnis Christianus, scribunt, amant, amplectuntur, sicut quisquis es Hebraicæ linguæ imperitus, in fortalitio fidei leges, & apud dominum Victorem de Carbem, & ipsum Iudæum Coloniæ conuersum.

¶ Hoc autem illud est quod isti, quia cæci sunt, uerum scripturarum intellectum non uident: sed quicquid gustant, aqueum habet saporem: quicquid potant, aqua est, & quidem turbidissima, sicut de Iudæis iam olim quoque tempore Christi dixit Iohannes ex sententia Isaiæ prophetæ: Excæcauit oculos eorũ, & indurauit cor eorum, ut non uideant oculis, & non intelligant corde, & conuertantur, & sanem eos. Sed uideo nimis in longum currere materiã & protrahi. quod igitur ex illa reliquũ est, in iustum differamus sermonem. Interim iam oremus deum optimum maximum &c̃. Joha. 12. Isaiæ. 6.

HOMILIA SEXTA
de dominica secunda post Epiphaniam domini.

QVantum gratia diuina auxiliante fieri potuit, partem spiritualis interpretationis absoluimꝰ super nuptijs euangelicis. Age igitur nunc freti eiusdem gratiæ subsidijs, quod reliquum est in illis, pari diligentia explicemus, & tamen summatim tantum uarias indicemus sanctorum patrum expositiones, qui tamen omnes unum illud nobile in istis nuptijs biberunt. Vt itaque rem paucis adgrediamur & transigamus, textus euangelij sequens sic habet: Erant ibi sex hydriæ positæ secundum consuetudinem purificationis Iudæorũ. Hoc sane Bernardus refert ad nuptias seculi huius, in quibus sane necessarium est, subinde & mundare & abluere se, quãdo nemo mundus est satisq; purgatus à sordibus, ac ne infans quidem unius diei. ideoq; hic etiam sponsa illa abluitur & mundatur, ut sit sine ruga & macula, atq; per hoc instruatur & paretur ad istas nuptias cælestes. Bernar. Job. 13. Ephe. 5.

Deinceps ille hydrias istas sex commemorat, è quibus se se abluunt Iudæi, confitentes nimirum & laudantes deũ. Ser hy drię.

Sex hydrię. Hydrias porro sex, refert ad ordines seu obseruantias sextuplices, à sanctis patribus in purificationē cordium institutas. & ex prima quidem hydria hauritur castitas, ex secunda ciborū abstinētia & ieiunium, ex tertia labor cō tra torpentē ignauiā, ex quarta, uigilia & nocturna meditatio, ex quinta silentiū, decus & ornamētum monachorū, ex sexta spiritualis potestatis disciplina. Hæc sane pulchra & egregia est expositio de purificatione monastica, proinde eam confessoribus & prædicatoribus ad hoc deputaris relinquo, unum tamen hoc si addidero quod Bernardus inqt: Quid sibi istud uult domine? Ministri solicti sunt de uini penuria, & tu dicis, Implete hydrias aqua, Illi de poculis cogitant, & tu præcipis, ut uasa purificationis impleant, innuere nimirum & significare uolens, si mul'q; docere prælatos, prępositos, decanos &c. qui ministri sunt domini, quum confratres sui, hospites utiq; spirituales, cupiunt uel orationis suæ deuotionem, uel uinū ardentis charitatis, neque dum tamen aduenit hora domini, ille tamen præcipit hydrias aqua impleri purificationis, modo iam suprà declarato, tunc demum deus uinum illis tribuet spiritualis suauitatis in deuotione, oratione, charitate, cultu diuino, monastica obseruātia &c. Verum de ijs iam satis.

Bernar.

Sex hydrię spirituales. 2. Inuenio diligentia sanctorum patrum sex hydrias ueteris testamēti insignes, explicatas pulchre & uelut artificiosa figuli manu instructissime paratas, quarū declaratio omni fideli animæ quæ Christo domino est despōsata, multum cōuenienter quadrat. Hydria prima Rebec

Gene. 24. cæ est, hydria compassionis & misericordiæ. Sicut enim Rebecca deposita ex humeris suis hydria, potū dedit seruo Abraæ & camelis eius, sic & nos quoque decet proximis nostris hydriam inclinare pro sua necessitate facultatibúsque nostris. Hydria altera Gedeonis est, qua ille hostes abegit, dum frangeret amphoras, in signum ardentis quoq; charitatis nostrę in bono omni'q; cultu diuino,

Judic. 7. quando quisquis bonus est & constans ueræ pietatis sectator, ex animo dolet, uidens aliquid turpe aut audiens. tūc enim ille frangit amphoram, hoc est, parcit nemini, nec fauorem curat, nec gratiam amici, tantum uehemēti quo

dam animi sui feruore cupit malum esse punitum. Amphora porrò tertia est illa Eliæ, qua ipse sacrificium totum & altare quoque superfudit, spiritum significãs contritum & humiliatum, qui & sacrificium siue holocaustũ orationis nostræ & opera bona omnia irrigat, humectat, uegetat, deóque reddit accepta. Hydria uero quarta, quam Salomon inter cætera templi uasa collocauerat, & Ioas deinceps abstulit, ea significat gustum æternæ dulcedinis internum in cultu dei, quam ideo etiam quærere oportet in templo inter cætera uasa deo dicata & sacra, hoc est, penes illos homines qui in cultu dei uersantur assiduo, quib⁹ interdum tribuit deus dulcedinem illam spiritus sui prælibandam, sicut Monica, optima optimi filij sancti Augustini mater, à sumpto eucharistiæ sacramento sentiens in se illam dulcissimam spiritus suauitatem, eleuata à terra sursum, præ gaudio clamauit & dixit: Eia commigremus in cælum. Et Dauid, Parasti in dulcedine tua pauperi deus. Hydria quinta, illa sapientis est Ecclesiastæ, quam super fontem contriuit, significat́q; contemplationem mortalitatis huius nostræ in ista peregrinatione, eaḿq; possumus [illegible] conterere quotidie, uidentes in dies nunc emori iuueneśq; senéśque, nunc nobis quoque omne genus morbi, miseriæ, cæteroruḿq; malorum aduenire. & hanc nimirum hydriam confregit etiam Sapiens ille, quum diceret: In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Hydria hæc conteretur à nobis, quotiescunque nostram istam in uariabilem moriendi siue legem, siue necessitatem, recogitamus cum illa Techua quæ ad Dauidem sic loquebatur: Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram quæ non reuertuntur. Eadem quoque confringitur, recolẽdo incertissimam illam mortis horam, quomodo ad diustem istum dixit dominus in euãgelio: Stulte, hac nocte auferent animam tuam à te. Hydria sexta ista est mulieris Sareptanę, quæ nunquam euacuata est à farina, tantisper dum annonę caristia ibi duraret in illa regione. et ea quidem significat meditationem uerbi dei & scripturæ sanctæ. inde enim uerbum diuinum colligitur, dũ panes cõficiuntur quibus pascantur famelici. Neq; enim in

3. Reg. 18.
3. Reg. 7.
4. Reg. 12.
Psalm. 67.
Eccls. 12.
Eccl. 7.
2. Reg. 14
Luce. 12.
3. Reg. 17.
Matth. 4.

solo pane uiuit homo, sed & in omni uerbo quod procedit de ore dei. Et hæc iam sufficiat expositio sex hydriarum, quæ Christianis omnibus in purificationem proponuntur. & non temere lapideæ sunt istæ, in hoc scilicet, ut agnoscamus fortiter & constanter in huiusmodi debere contemplationibus perseuerare, sicut ait Petrus: Et ipsi tanquam lapides uiui superædificamini domos spirituales.

Alia expositio.6. hydriarum.

3. ¶ Aliter adhuc inuenio hydrias istas sex expositas, nimirum q̃ significent sex illas contemplationes, q̃s habere debet homo, ut impleatur aquis lachrymarum & contritionis. eas breuiter tantum enarremus. Prima hydria, memoria illa est & recogitatio offensæ diuinæ, qua tibi iram dei grauiter cõciliâris. amphoram hanc lachrymis adimple amarissimæ contritionis, cum Dauide dicẽs:

Psalm. 118 Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt mandata tua. Hydria secunda, dolor est fraternæ compassionis. eã implebis lachrymis charitatis, inclamãs ex animo cum Ieremia propheta: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum? & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei. Tertia porro hydria, est præsentis temporis aduersitas, eam implebis aqua miseriæ. Multæ em̃ tribulatiões iustorũ, inquit Dauid. sed & Iudith dicebat. Oẽs qui placuerũt deo, per multas tribulationes transierunt fideles. Amphora quarta, metus est inferni, & impletur aqua compunctionis. fieri enim non potest ut qui uere pœnas recogitat inferni, nõ compungatur animo & horreat, ut recte nimis dixerit Dauid, Lauabo per singulas noctes lectum meum lachrymis meis, stratum meum rigabo. turbatus est à furore oculus meus. Hydriam uero quintam, carnalium recte dixerimus esse tempestatem, horridam illam sane & turbulentissimam, eaq̃ aquis adimpletur spiritus tribulati & conturbati. nanq̃ tunc spiritus affligitur, cũ caro tentatur. Hydria sexta, proprij tum peccati tũ defectus meditatio est. eam implemus spe consolationis & refectionis diuinæ, sicut Dauid inquit: Cibabis nos pane lachrymarum & potum dabis nobis in lachrymis in mensura. Aquæ illæ omnes tribulationis & miseriæ, intercessione uirgi-

Psalm.6. Iudith. 8.

Psalm. 6.

Psalm. 79

nis matris in uinũ uertuntur tũ consolationis diuinæ, tũ ardentissimæ deuotionis. Nimium foret singula ad longum deducere, ut ipsa requireret materiæ necessitas. Dũ enim diligẽtius adhuc omnia omniumq; scripta circumlustro, uideo quosdam hydrias istas exponere sex afflictiones pœnarum, quæ ex peccato proueniunt. 1. quia sic anima sponsum ad iram concitauit. 2. q; dotem suam amisit. 3. quoniam sponsi sui amorem & charitatẽ omnẽ perdidit. 4. Quia amicos suos optimos per peccatum cõtempsit, reiecit, à se abalienauit. 5. Quòd iam pulchritudine quoq; sua & decore oñi spoliata est. 6. Quòd amissa libertate, in seruitutem redacta est.

¶ Neq; tamen desunt adhuc quĩ hydrias illas interpretentur sex ægritudines seu morbos, quos à se relinquit peccatum, ueluti sordidissimũ & impurissimum harpyię fœtorem. & 1. quidẽ quòd spiritualis ille sapor, gratia sua omni amissa, insipidus plane redditur. 2. uisus quoque spiritualis hebetatur. 3. quòd in ambiguo ponitur tota salubritas spiritus. 4. siquidem & animus tam in operando bonũ, q[illegible]m uitando malũ debilitatur. 5. cõcupiscentia uero eo[illegible]m quæ nisi nocere nil possunt, indies augetur & cresci[illegible] 6. uoluntas quoq; ipsa sibi aduersatur, ita ut nunc istud, nunc uicissim aliud uelit. Oñis hæc aqua & insipida & fluxilis est, nisi eam Christus gratia sua confirmet atq; stabiliat, & in uinum uertat gaudij diuini & sanitatis æternæ. Quidam insuper hydrias has ad sex illa referũt opera misericordiæ, quæ in die nouissimo mutabũtur in uinũ perpetuæ felicitatis. Et adhuc tamen hydrias 6. alij constituunt in purificationẽ .1. contritionem cordis. 2. oris confessionem .3. uoluntariã eleemosynæ largitionem .4. contumeliæ illatæ remissionem .5. continentiam corporalem .6. & obedientiam præceptorũ. Sunt etiam qui eas exponũt de gaudijs æternæ salutis. Possent hæc omnia per longum sacræ scripturæ fundamentis comprobari, sed mitto, & ea cuiq; pro contemplationis suæ modulo meditanda relinquo, quia theologia symbolica est amplissima, in qua inter neotericos omnes excellit Kaiserspergius. Matth. 25

Keyserspergius.

4. ¶ Quandoquidem ex omnibus patribus sanctus

Augustin. Augustinus sublimem & altiuolantem aquilam Iohannē explicauit, libet illiusquoq; spiritualem super hoc euangelio intellectū hic quoq; inferre, cū ipsa etiam uenerabilis Bedæ expositione, breuiter tamē hæc omnia, ne quicquam fastidiū hæc nostra uobis ingerat prolixitas. Sic habet textus, Erant ibi hydriæ sex positæ, eas iussit dñs impleri. Hydriæ illæ sex, ætates sex sunt, in quibus non defecit prophetia, prima ab Adam usq; ad Noē, secūda à Noē ad Abraam, tertia ab Abraa usque ad Dauidem (ita enim Matthæus quoq; testatur) quarta à Dauid ad transmigrationem Babylonis usq;, & quinta ab illa usq; ad Iohannē baptistam siue Christum (aduerte tamen q̄ qui septem fiunt ætates, Moysen interponūt) Sex igitur ætates sunt mundi, quæ omnes uacuæ erant, futuræ etiam inanes perpetuo, nisi eas Christus impleuisset. ab eo enim impletæ tunc sunt, quando in ipso prophetiæ omnes sunt cōsummatæ, & ex aqua uinum factum est, cum in prophetijs omnibus cœpit intelligi Christus. Et proprie loquendo, aqua scripturæ sacræ scientiam designat, quæ suos auditores & à peccatorū sordibus abluere & diuinæ cognitionis potest fonte potare. Vasa sex quibus continebatur, corda sunt sanctorum, quæ quia fuerunt lapidea, significatur ea & firma fuisse & fortiter fundata super illam solidam petram, super lapidem angularem Christum, quem uidit Daniel à monte concidi sine manibus. Deinde commemorat euangelista illa huc adhibita esse iuxta purificationem Iudæorū, quia lex solis data erat Iudæis, euangelium uero Iudæis & gentibus. Nota etiam q̄ quàm diu aqua fuit, in hydrijs fuit: at ubi primum uinum factum é, iussit Christus fundere ex hydrijs. Cur id tandē? In promptu illa significatio est, quoniā lex Moysi in tabulis scripta erat lapideis. siquidē & Iudęi corda habebāt similiter similia, populusq; is erat & ptinax & durissimi cordis. Verum ex ista duritie Christus deinde euangelicā induxit suauitatem, ideoq; & Iohannes ait: Lex per Moysen data est, gratia autem & ueritas per Iesum Christum facta est. Sed & Petrus de lege Mosaica loquens, nos docet quomodo aqua ista cruda & insipida in lapideis hydrijs uersa sit in uinum, cum ait: Quid tentatis deum, imponere iugum

Beda.

Watt. 1.

Beda.

Ephe. 2. Daniel. 2

Exodi. 31. & 34.

Exodi. 2. 3

Actuū. 7.

Johan. 1.

Actuū. 15.

super ceruices discipulorum, quod neq; nos, neq; patres nostri portare potuimus? sed per gratiam domini nostri Iesu Christi credimus saluari. Nonne hic patet, quomodo & ex aqua sit factum uinum, & illud deinde ex lapideis hydriis in alia uasa mitiora infusum?

¶ Et quod porro sequitur, hydrias istas cepisse singulas metretas binas aut ternas, hoc sibi uult, quòd uetus testamentum nunc tres in diuinis personas, nunc duas tantum commemorat, ut cum scriptum est: Omnia in sapien- *Psalm. 103
tia (hoc est, filio) feciſti. uirtus enim & sapientia dei Christus est. Interdum etiam commeminit spiritus sancti, ut ibi, Verbo dei cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Hæc multum extendit Augustinus. uerum *Psalm. 32
nobis satis sit interim, ea uel digito saltem cõmõstrasse. Nunc uideamus quomodo amphoræ istæ salutarib⁹ sint impletæ aquis scripturarum. obseruemus etiam quo pacto cædem illæ in suauissimum odorem simul & saporem uini sint conuersæ, id ostendi poterit in ætatibus mundi iam supra commemoratis. Augustinus etiam idem declarat in Adam & Eua. Quid enim aliud erant uerba illa de matrimonio, quam aqua, Erũt duo in carne una? Sup- *Gene. 2
ueniens autẽ Paulus, eadem de Christo exposuit & ecclesia. Ecce itez aquam ex alia hydria tibi. Dormiente Adã, sumpta est ex latere Eua, & ex ipsa costa facta. En autem hic tibi Paulum rursus, & uidebis aquam illam factam uinum, siquidem Adam iste typus & figura extitit uenturi Adæ, scilicet Christi. Dormit eñ Adam ille ut fiat Eua, & moritur Christus ut fiat ecclesia, nascaturq; adeo ex late- *Roman. 5
re illius. nanq; & Eua sumpta est ex latere Adæ, & Christo in cruce mortuo, apertum est latus eius, ut inde fluerent sacramenta ex quibus ecclesia formaretur. Beda idipsum in Abel etiam & Cain declarat, hoc modo: Quisq; *Beda.
factum illud auersatur uticq; & condemnat sceleratũ istud sacrificium Cain, eiusq; inuidiam, cædem, timorem, maledictionem & condemnationem, atq; uicissim laudat bonum & pium istum Abel, cupit cum eodẽ offerre sacrifi- *Gene. 4
cium beneplacitũ deo, simulq; benedictionẽ accipere illius. Verũ hæc oĩa aqua sunt tantũ ueteris testamẽti, q̃uis nõ oino mala, hãc mihi uide uersam in uinũ, & meditare

Cain significare peruersam malitiam Iudæorum, qui fra trem suum occiderunt innocentem: Abel uero significare passionem & mortem Christi, qui in Abel iam olim pa
Apoca. 13. ti cœpit & in mortem tradi ab origine mundi. Terram quoq; quæ sanguinẽ Abel susceptit, ipsam esse ecclesiam fidelium, quæ sanguinẽ Christi à Iudæis effusum susceptit in mysterium suæ renouationis. Hoc modo quicunq; sancta illa ueteris testamenti uerba sanctius adhuc & intelligit & interpretatur, is sane cum architriclino uidet ex aqua uinum, ex litera factum esse spiritum.

¶ In secunda ætate, totus diluuio mũdus deperijt, Noe excepto, & quotquot cũ illo erant, hominibus animali-
Gene. 7. busq; terræ in arca. Quod cum legis, & horrendam istam recogitas plagam quæ super uniuersum irruit orbẽ, paucorũ quoq; liberationẽ, & iam ipse quoq; cupis cũ electis saluari, ne cũ malis reiectus delearis & pereas, nôris aqui adhuc esse in hydria ad purificandum te. Verum cũ apud te cogitas Noé Christum & arcam significare ecclesiam, iuxta interpretationem Petri, & q; sicut aqua peccatores, ita baptismus delet peccatum: columba uero quæ ramum oliuæ defert in arcam, spiritum sanctum designat, qui oleum gratiæ suæ infundit pijs hominum mẽtibus: huiusmodi cõtemplatio dulcior suauiorq; est longe uino optimo apud omnes uere pios & Christianos homines. Vel etiã, sicut ex hac hydria hausit beat⁹ Augustinus, ut sicut per lignum figura orbis terrarũ ibi in arca liberata est, ita in ligno crucis figeretur uita orbis terrarum: & sicut extra arcam nemo remansit incolumis, ita hic extra ecclesiam nemini esset expectanda spes salutis. Offer hæc prudenti architriclino scripturæ sacræ, & is sane dicit uinum hoc utiq; esse nobilissimum.

¶ Digrediamur ulterius etiam in tertiam ætatem, & uidebimus hic quoq; hydriam in qua sit aqua. Cum enim Abraam iamiam immolaturus unicum suum esset fi-
Gene. 22 lium, & in locum illius angelus ei monstraret arietem, qui & immolatus est, si expendas Abraæ obedientiã, quã tantum ille meruit apud deum, te q; componas & animũ tuum in omni obedientia, aqua est quidem, nec; mala, ut quæ à multis tẽ præseruet peccatis, præterea nihil.

Vnde si cogites illum Abraæ filium, filium dei designare Christum, illumq; sic fasciculum detulisse ad sacrificiũ, sicut Christus crucem suam portauit in Caluariæ locum: Johan. 19
& quoniam unigenitus offertur, diuinitate interim permanente immortali, immolatus est aries, hoc est, humanitas tantum Christi passa est & mortua. Id si ita tecum recogitas, considerãs benedictionem Abraæ per oblationem CHRISTI ueniisse in te & mundũ hunc uniuersum, Gene. 22.
sicut & Abraæ dixit deus, In semine tuo benedicentur omnes tribus terræ, ecce iam aqua prophetiæ uersa tibi est in dulcorem uini, dum agnoscis filiũ unigenitũ Christum, qui & promissus est. Vinum hoc illud est, quod & degustauit & multis modis commendauit Galatis Paulus.

¶ In quarta quoq; mundi ætate Dauidẽ uidemus post multas persecutiones, quas sustinuit à Saule, regem tamẽ factum, ita ut regnum illud sibi sponderetur à deo fore perpetuum: quod quisquis audit & innocentię studet, sic. 1. Reg. 2.
ut Dauid, patienter sustinens omnes tribulationes, is sane aquam inueniet mundam. Verum si per Saulem Iudæos, & in Dauide in[illegible]exerit Christum, & quoniam Iudęi Dauidem, hoc est, Ch[illegible]stum persecuti sunt & ecclesiã suam, unde ab eis & spirituale regimen & sceptrum ablatũ est seculare. Iã enim ex regione sua expulsi, & per omnẽ mundum disperfi, cõtempti undiq; circumerrant Iudæi, totam peragrant terram, nusquam domestici, & sicut ipsi aiunt, נעונך & peregrini, sedent absq; sacrificio, templo, rege, sacerdote & Ephod, sicut eis prædictum erat p Oseam prophetam, omnis tunc eorum gloria, totiúsque Osee. 3.
regni sui splendor in Christianorum translatus est ecclesiam, cuius regni sane nullus erit finis, iuxta uocem angeli ad Mariam. In Christo enim impletum est illud Dauid- Luce. 1.
dis dictum, Exurge domine & iudica terram, quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus. Melius paulo gu- Psalm. 81.
sta uinum illud, in omnibus gentibus. Lutherani nunc & Zuingliani putantes Christũ & ecclesiam tantũ penes se esse, sicut quondam Donatistæ, ecce aquam adhuc bibũt, & eam turbidam atq; ingratissimam, neq; dum degustârunt illud falernũ nobile quod Christus miscens omnibus propinat gentibus.

¶ In ætate quinta populus Iudaicus in captiuitatẽ ductus est Babylonicam, & ibidem annis transactis septuaginta, cum iam pœnitentiam egisset, domum reductus est per pontificem illum magnum Iesum. Hoc qui iuxta historiam audit, & metum peccati sibi inde concipit, pœnitentiam insuper agens de peccatis commissis, iam se ablu erit aquis hydriæ lapideæ: præter hæc autem cum cogitare apud se incipit, quòd Ieruſalem eccleſiam ſignificat fidelium, Babylon impuriſſimam contagionem peccati, Nabuchodonoſor diabolum, & pontifex Ieſus illum deſignat ſacerdotem æternum Chriſtum: uidet indies multos multa bona facere, melioresq; fieri ex gratia dei, & alios uiciſſim propter peccata ſua abripi à diabolo: ille ſi uinum habet doctrinæ euangelicæ. Quicquid enim pa-
1. Corin. 10 tribus contigit, in figura tantum factũ eſt. unde & Ieſus
Hag. 1. ille perfectior erat ſacerdos iſto, qui filius fuit Ioſedech,
Zach. 3. ſicut Paulus, qui uinum iſtud ſane ſatis guſtauit, alijs q; po
Heb. 5. tandum infudit, declarat ad Hebræos.

¶ Sed iam nunc poſtremo ætatem illam ſextam quoq; contemplemur, in qua natus Chriſtus, die octauo circumciſus, triceſimo uero in templum erat præſentatus, & pro eo munera iuxta legis præſcriptũ oblata. Vbi magnum ſane eſt illud, q; diſcimus qua diligẽtia legem ſeruare debeamus euangelicam, quando Chriſtus legum omnium dominus ea dignitate legem ſeruauit ueterem. qui tamẽ uenerat ferre & ſanctificare legem nouam. Verum hæc aqua tantum eſt, licet amœna & liquida, quã qui uolet uinum fieri, cogitabit apud ſe ſingula iſta hoc modo: Circuncuſionem intelliget noſtrũ baptiſmum, & in præſentatione meditabitur ipſe, quomodo Chriſtiani poſt baptiſmum templũ ingreſſi, ſancto Miſſę ſacrificio peracto, ipſi quoq; uenerabile ſuſcipiãt ſacramẽtũ corporis Chriſti. Quod ſi uero quis etiam diem circunciſionis octauum referre cõmode poterit ad diem nouiſſimum, quo omnis iſta caduca peribit mortalitas, quo omnes ſancti immortales mercedem bonorum operum & meritum ſuum recipiẽt in æterna felicitate, is (mihi crede) demũ guſtatur eſt uinũ precioſiſſimũ & nectari ſimilimũ. Et hoc illud ẽ q; domin⁹ uinum in ijs nuptijs nõ ex nihilo facere uoluit,

sed præcepit potius impleri hydrias aqua. sex enim illas mundi ætates saluberrima donauit sapientię aqua, quas tamen deinceps cũ in mundum ipse uenisset, uirtute quadam sublimioris & spiritualis cuiusdã intellectus illustrauit. Ex ĩs omnibus hucusq; cõmemoratis, cõcludo quenq; pro uirili recogitare debere, qdnã sibi uinum illud uelit euangelicum. neq; eñ hoc uinum, temulẽtiæ est & beluinæ ebrietatis, de quo Isaias dixit, Væ qui potẽtes estis ad bibendum uinum, & uiri fortes ad miscendã ebrietatẽ. Mala vina. Isaię. 5.

Neq; uero uinum hoc, uinum istud iniquitatis est, de quo Sapiens, Comedunt, inq̃t, panem impietatis, & uinum iniquitatis bibunt. Profecto etenim uina mala sunt pleraq; & amara, quando & damnationi facilem parant aditũ, sicut in cantico suo Moyses cecinit: Vua eorũ, una fellis, & botrus amarissimus. fel draconũ uinum eorum, & uenenum aspidum insanabile. Verum hoc illud nostrũ uinum euãgelicum in scripturis exhilarat corda hominum piorum sublimi & spirituali sensu, iuxtaq; cũ eleuatione mentis in superna illa mysteria dei. Vinũ hoc & nectar nobilissimum deũ simul & homines lætificat, hoc modo à ministris uerbi prædicatoribus hausturn. Tribuat itaq; dñs de⁹ hoc nobis quoq; clementer, ut hoc uino in præsentiarum satiati, bibamus etiam illic cũ Christo nouũ istud uinum de genimine uitis in regno patris sui, Amen. Prouer. 4. Deut. 32. Lucę. 22.

HOMILIA SEPTIMA ET *ultima, de euangelio Dominicæ secundæ post Epiphaniæ.*

NImium immorati sumus, nescio qua capti mysteriorum dei suauitate, spirituali hinc intellectu declarare simul & ostendere uolentes, quomodo prædicatores consimili utantur expositione mystica in singulis euangelijs, sicuti & facilima est illa theologia significatiua, & à sanctis patribus prudenter doctẽque pertractata. Quæ sane spiritus sancti hubertas est, qui nobis scripturas sacras affatim adeo & abundanter tradidit, ut nõ tm̃ omnes creaturæ clamẽt & eloquantur, enarrẽtq; gloriã sui creatoris, ueruẽtiã q̃libet creatura ueluti qdã sit liber dei, in q̃ legas q̃cũq; uoles de pfectiõe diuina.

Qua de re aliâs plura. Nunc tantum ad finem contextus huius euangelici progrediamur, ubi Euangelista sic ait: Hoc fecit initium signorum Iesus in Chana Galilææ. ubi nos breuiter uideamus duo, alterum, quomodo signorũ Christi cæterorum signum hoc fuerit initium: alterum, qua de causa & in quem finem miraculum hoc factum sit. Principio profitemur nos hic nihil de uirtute CHRISTI dicturos miracula operandi. Quum enim ille uerus fuerit deus, potens utique fuit etiam miracula faciendi semper. tantum hic de facto loquimur, ubi quidam eius fuerunt opiniõis, ut dicant Christum antea quoque plura fecisse miracula ab infantia sua, sicut & libellus quidam de infantia Christi, puerilia miracula plurima continet, & ipsum similiter euangelium Nazaræorum. Hi omnes ut suæ patrocinentur opinioni, hoc illud euangelistæ uerbum sic accipiunt, quoniam hoc initium fuerit signorum Christi, non omnium, sed eorum quæ exhibuerit in Chana Galilææ. Verum hæc sententia non placet Chrysostomo. ait enim non contendere se, sed neq; multum referre, fuerit ne hoc initium signorum Christi. Tantum, inquit, illud affirmo, post baptisma Christum miracula facere cœpisse, antè nullum. Hoc siue aliud primum fuerit post baptisma, non admodum quæsitu necessarium ducimus. Et homilia XX. inqt: Quod si quis diceret, non hoc fuit primum signum, quia additum sit in Chana Galilææ, ac si diceret, Non omnium primum, sed eorum quæ illic fecerat. Ad hoc respondebimus, quod superius inquit Iohannes, Ego nesciebam eum, sed ut manifestetur Israel, propterea ego ueni in aqua baptizans. Nam si antea fecisset miracula, non indiguisset Israel Iohanne, qui ipsum manifestaret, imò miracula ipsa id fecissent. nam qui in tam breui miraculis claruit, Iudæis & Syris cognitus, longe magis claruisset à prima infantia, si ea fecisset. fuisset enim maiori admiratiõi, utpote puer, quàm uir. *Vir* nanque quum iam factus est, per miracula sua non Iudæis tantum, sed & gentibus innotuit omnibus unico triennio. At quid opus fuerat præcursore, qui ideo mitteret ante Christum, ut ei uiam pararet, ubi si Christus etiam puer miracula fecisset, nihil opus habuisset Iohãne, qui eum

Nazarei.

Chrysost.

Johan. 1.

Luc. 1.

manifestaret? Primum itaq; hoc Christi fuit miraculum, & si dicis antea q̃q; facta esse miracula, puta in stella magorum, in apparitione columbæ &c. Et quia hic mentionem facit discipulorum, suspicio esse uidetur, illos attrahere eũ sic uoluisse miraculis suis. Quid quòd Lucas testatur, ipsum adhuc duodẽnem, grauiter adeo & mature tũ respõdisse legis doctoribus, tũ uicissim eos interrogasse? Mat. 2. Johan. 2. Lucę. 2.

Ad hæc obiecta breuiter respondeo, & primum de stella atq; columba statim dico, quòd q̃uis ea quoq; ab ipso tanq̃ deo sint facta (opera enim trinitatis, inquit Damascenus, sunt indiuisa. & quod operatur pater, idem filius quoq; facit & spiritus sanctus, siquidem personæ illæ tres ut unam habent essentiam diuinam, uoluntatem unam, unamq; uirtutem, ita & operationem unam, usq; adeo ut fieri non possit, personam aliquã facere quicquam, quod non operentur & aliæ) tametsi igitur Christus quoq; miracula hæc fecerit ut uerus dei filius, nõ tamen ea fecit secũdum suam humanitatem: sed neq; signum hinc ullum licebat colligere de ipso, cum non apparebat eum hæc facere. et quod de discipulis infertur, dico illos nec credidisse in Christum, neq; sequutos eum fuisse, propter miracula, sed primum statim ex illo Iohãnis testimonio, cum uidens dominum, diceret: Ecce agnus dei. Tunc enim audierunt eum duo discipuli loquentem, & sequuti sunt Iesum, quamuis deinceps doctrina Christi confirmati sunt fortius. Estq; hæc non exigua laus discipulorum, quòd sequuti sunt ipsum, priusquam uel miracula eum facere uiderant, uel ab eo quicquam de præmio æternæ retributionis audierant, ut inquit Gregorius. Damas. 5. Johan. 1. Gregori.

Sed quod tertio loco obiectum est, illum in templo sedisse in medio doctorum, argumentum quidem fuit & signum suæ sapientiæ euidens, sed non perinde uirtutis suę, quam in miraculis denicq; declarauit, sicut & cum Nathanaele loquens, iam à Philippo uocato, & antehac quoq; sub ficu agnito, sciẽtiam suam demonstrauit, non potentiam. Ex ijs omnibus sequitur, libellum istum de pueritia Christi, non minus merito reiectum esse, quàm euangeliũ istud Nazaræorum, q̃ utrinq; miracula descripta sint plurima, quæ fecerit Christ⁹ ab infantia sua. uerum id ex causis iam com-

memoratis fieri non potuit, inqt Chrysostomus homil. 16. Et si quæris, cur nam eo usq; miracula facere distulerit Christus (is enim quia anno demũ baptizatus est trigesimo, uidererur sic miraculum hoc feciſſe anno tandẽ trigesimo primo post ieiunium quadraginta dierũ) causas huius rei en duas tibi ex uno Chrysostomo, qui inqt: Nõ immerito à teneris annis Iesus à miraculis abstinuit. Chrysost. arbitrati enim essent se præstigia uidere. Nam si annoꝝ accessu & ætate matura multi id suspicati sunt, quid de puero credidissent? præterea maturius eũ propter inuidiam crucifixissent, & generatio eius nõ fuisset credita. Possunt præter has duas aliæ quoq; rationes adduci. hoc ipo enim q; hic dicit, Christum illud feciſſe signoꝝ initium, duplici de causa, altera ut manifestaretur gloria eius, altera, q; crediderint in eũ discipuli sui, quid aliud sane intelligendum hinc nobis offertur, nisi Christum non mature, miraculorum suorum operationem inchoare debuisse? siquidem diuinitatem eius manifestare decebat hoc modo, ut tamen humanitas interim illius non negaretur, quam nimirum humanã istam ue[illegible]suscepram naturam tantisper probare uoluit & tot annis confirmare, ne aliquam relinqueret hæreticis occasionem eandẽ calũniandi. Quod si puer statim aut infans adhuc miracula facere cœpisset, tandẽ clamassent Manichęi, Marcionitę, Apelles & alij cõplures hæretici, ipsum non uere corpus habuisse & carnem, corpusq; adeo illud suũ phantasticum tantum fuisse. Tam cõstanter itaq; & tot annis diuinitatem simul & humanitatem suam argumẽtis certissimis Christus uoluit cõprobare. Sic & in fide uoluit doctrinã suam Christus miraculis firmare, ubi oportebat sane prius doctrinã p̃mitti, q̃ cõfirmaret. Neq; uero decoꝝ fuisset, Christũ adhuc siue infantulũ siue etiã pueꝝ, ante legitimã ętatẽ docere cœpisse & prædicare, q̃d nemo utiq; sumere sibi debet & usurpare, ut ante doceat q̃ didicerit ipse. *Sed* & ætas illa annoꝝ triginta, huic officio fuit cõmodissima. siquidẽ & typus Christi Ioseph, ea ætate administrationẽ subiit & regimẽ Aegypti, & Iezechiel cũ annos totidẽ pegisset, pphetandi munus suscepit, & Dauid q̃q; annoꝝ triginta existẽs, regere cœpit. Q̃ in primitiua q̃q;

Gene. 41. Iezechi. 1 2. Reg. 5.

ecclesia ꝓ lege habitū est, ut iuxta cōcilij Neocæsariensis canonē, ante triginta annoꝝ ætatē presbyter nullus ordinaret, q̄uis esset probabilis uitæ, sed obseruaret usq; ad præfinitū tēpus, qñ dñs q̄q; tricesimo anno baptizat⁹ est, & tūc prædicauit. Præcepit idē postea Bonifacius q̄q; Pōtifex Maximus. Quod nūc etiā in gymnasijs quibusdā cō suetudine non omnino mala obseruari constat, ut theologiæ doctor nullus promoueatur, nisi q annū attigerit trigesimū. Id uero cū presbyteris iam mutatum est, siquidem illi annum etiam agentes 25. cōsecrantur, cum iam ipsa etiam hominis uita decrescat, & quo magis ad iudicij nouissimi diem mundus declinat, eo breuior fit hominū uita. Quamuis rationes istas non tanquam necessarias in medium adduxerimus, quando sunt rationes decentiæ tantum & congruitatis. & proprie loquendo, uera causa cur ille miracula facere distulerit, est deiformis sua uoluntas. 78. dist. c. 1. & cano. presbyt.

2. ¶ Rationem insuper reddit Euangelista miraculi huius, quoniam manifestârit gloriam suā. intellige, quātum in ipso erat, regem se exhibuit gloriæ, qui potestatem haberet ipsa etiam elementa transmutandi. Quamuis enim dominus noster gloriam simul & maiestatē suam abūde etiam exhibuit in sua doctrina, in prophetia, efficacissima tamen uia est eam huiusmodi declarādi operibus, quæ solus potest facere deus: & sic in illo alijs q̄q; miraculis impletum est, quod antè aquilino suo uisu uiderat Iohannes, dicens: Vidimus gloriam eius, gloriam q̄si unigeniti à patre, plenum gratia & ueritate. Alteta uero causa est, quamobrem miraculum hoc fecerit Christ⁹, ut firmaret simul & confortaret fidem suorum apostolorum, non tamen quòd illi iam sui essent apostoli, in quod munus deinceps tandem sunt uocati, sicut & aliquādo de apostolatu prædicabimus, & iam supra ex Augustino est declaratum. Nec est quod putes eos nūc primum in Christū credidisse. sine dubio enim Andreas credidit, cū eum sequeretur. credidit & Petrus, credidit in illum Nathanael quoque, cum diceret: Tu es filius dei, tu es rex Israel. Verum fides ista augebatur in illis quotidie, & crescebat magis ac magis, sicut ex hoc quoq; miraculo. Et cre- Iohan. 1. Iohan. 1.

scere quidem atq; augeri in homine fidē, aperte nos apostoli suo docent exemplo, clamātes ad dominum: Domine, adauge nobis fidem. Fides enim fit & cōficitur ex tribus .1. A deo quidē immediate, quomodo infanti in baptismo infunditur. 2. Ex autoritate dicentis, & sic cum scriptura sacra quippiā refert, fides eidē adhibetur ex scriptoris autoritate, quā ille apud ecclesiā emeruit. 3. Hauritur etiam fides ex miraculis, ut cum Christus apostolos ablegaret in mundum uniuersum prædicare euangeliū, quo ille eorū sermo nouus plane & oībus retro inauditus seculis facili⁹ susciperet, addidit doctrinæ nouæ quoq; miracula operādi uirtutē, dicēs: Signa eos qui crediderint, hæc sequent &c. Ex ijs omnibus iam patet, cur, quibusq; modis fiant miracula. neq; enim oēs clamātes ad deū, miraculis iuuātur. plericq; clamant ad dominum, faue, audi, adiuua: nec tamen aliud audiunt, q̄ quod ille uerbum respōdit matri, Nondū uenit hora mea, nōdum tempus est operādi miracula. Cætera de miraculis require in sermonibus Ascēsionis dñi. Rogemus dominum &c.

Lucę.17.

Mar.16.

DOMINICA .III.

post Epiphaniam, Euangelium Matthæi VIII.

Mar.1. Lucę.5.



Infra.12. 15.

IN illo tempore, Cum descendisset IESVS de mōte, secutæ sunt eum turbæ multæ, & ecce leprosus ueniens adorabat eum, dicens: Domine, si uis, potes me mundare. Et extēdens Iesus manum, tetigit eum, dicens: Volo, mūdare. & confestim mundata est

lepra eius. Et aít illi Iesus: Vide nemini díxeris, sed uade, ostẽde te sacerdoti, & offer munus q̃d præcepit Moyses in testimoniũ illis. Mar. 7. 9. Cum aũt introisset Capharnaum, accessit ad eum centurio, rogans eum & dicens: Domine, puer meus Lucę. 7. Johan. 4. iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Et aít illi Iesus: Ego ueniam & curabo eũ. Et respondens centurio, ait: Domine, nõ sum dignus ut intres sub tectum meũ, sed tãtum dic uerbo, & sanabitur puer meus. Nã & ego homo sum sub potestate cõstitutus, habẽs sub me milites, & dico huic, uade, et uadit: & alio, ueni, & uenit: & seruo meo, fac hoc, & facit. Audiẽs aũt Iesus, miratus est, & sequentibus se dixit: Amen dico Lucę. 7. uobis, non inueni tantã fidem in Israel. Dico aũt Lucę. 13. uobis, q̃ multi ab oriente & occidente uenient, & recumbent cum Abraam & Isaac & Iacob in regno cęlorum, filij autem regni eíjcientur in tenebras exteriores. ibi erit fletus & stridor dẽ Lucę. 13. tium. Et dixit Iesus cẽturioni: Vade, & sicut cre Lucę. 7. didisti fiat tibi. & sanatus est puer ex illa hora.

HOMILIA .I.

PRincipium euangelij sic habet: Cum descẽdisset Iesus de monte. Intellectus huius euãgelij & miracu- Matth. 8. lorum Christi rationes, ex præcedenti textu emanant, ubi ascendens Christus in mõtem, aperto ore euangelium nouum, nouam illam legem & testamentũ apostolis suis prælegit, prædicauit q̃ aureo plane sermone, Matth. 5. quem tribus capitibus, quinto, sexto & septimo, complexus est Matthæus. eum quoq; sermonem domini in monte dicimus, in quo interpretãdo singulare ingenij sui acu

men, spūsq; sancti sibi cōcessum donum prodidit beatus
Augustin. Augustinus. Finito itaq; sermone illo, sequitur euangeli
um hodiernum: Cum descendisset Iesus de monte. Et re-
Hieronym. cte nimis ex sententia Hieronymi post prędicationem at
q; doctrinam signi offertur occasio, ut per uirtutum mi-
racula pręteritus apud audientes sermo firmetur, sicut &
Mar. vlt. Marcus de prædicatione apostolorum ait: Domino co-
operante, & sermonem confirmante sequentibus signis.
Et id sane dño q̄q; fuit conuenientissimū, q̄ cū uirt⁹ eēt &
1. Corin. 1. sapiētia dei patris, iuxta uocē Pauli, in mōte docuit sapiē
tia diuina, & de mōte descēdēs maxima fecit miracula, ut
uirt⁹ dei, idq; in p̄sentia plurimæ turbæ, q̄ sic tandē doctri
nam suam facto mirabili cōfirmaret. Cum enim hoc mo
do diuina maiestas miracula operatur ad comprobatio-
nem doctrinæ, oportet etiam utiq; & ueram esse & infal
libilem, quando deus non potest falsus esse testis, & cum
illam supernaturali confirmet operatione, iusta quoque
& uera erit. neminem enim fallit deus. Super hæc quoq;
Chrysost. Chrysostomus: Tu, inquit, domini perpende sapientiam,
quemadmodum dispensationes suas pro utilitate uariat
audientium, ut nunc quidem à signis ad uerba transeat,
nunc autē à doctrina migret ad signa. Nam & priusq̄ in
montem præcepta daturus ascenderet, multos utiq; cura
uit, ut ijs quæ dicenda erant, uiam pararet. & rursus hoc
prolixo doctrinæ suæ sermone finito, ad facienda nihi-
lominus signa regreditur, ut ex ijs profecto dicta confir-
met. nanq; in ipso sermonis dominici fine Euāgelista sic
Matth. 8 ait: Admirabantur turbæ super doctrina eius. erat enim
docens eos, sicut potestatem habens. hæc ipsa euangeli-
stæ uerba Christus iam nunc implet, cum doctrinā suam
operibus exercens, potestatem quoq; manifestat diuinā,
& hoc illud erat q̄d deinceps ad Christum dixerūt: De Ie-
Luc. 24. su Nazareno, qui fuit uir propheta, potens in opere &
sermone coram deo & omni populo.

2. ¶ Cum descendisset Iesus de monte, secutæ sunt eū
turbæ multæ. Vulgus hoc erat & plebs hominum bono-
Matth. 16 19. 22. rum, non isti fastuosi & tumētes pharisæi, non magna-
tes ex scribis & sacerdotibus qui plerunq; aduersati sunt
domino, eumq; uarijs tentabant quæstionibus & obiecti

onibus: tantum id unice adcurantes, ut dominum in uerbis suis caperent, doctrinā̄q; illius calumniarentur & cauillarentur. Nō autem sic pium istud uulgus hominum, qui ubicunq; poterat silenter & clàm diuinam eius attendebat doctrinam. Augustinus super euangelium Iohannis quinq; ratiōes adducit, unde moti sint homines ad sequēdum Christū. Quidam enim secuti sunt eū, ut sanarētur, sicut leprosi in euangelio: alij ex temeraria quadam præsumptione, ut sic miracula quoq; eius uiderēt: alij ut ab eodem instituerētur & docerentur: nonnulli ut lucrū qualecunq; sibi pararent temporale, cuiusmodi erant, quibus dixit dñs: Quæritis me, nō quia uidistis signa, sed quia manducastis ex panibus & saturati estis. Quidam etiā ut eum apprehenderent & accusarent. Et primi quidē illud ex necessitate fecerunt, secūdi ex temeritate, tertij ex charitate, quarti studio quodam priuati commodi, postremi uero ex obstinata malitia. Super ijs singulis scripturarū adferre exempla facilimum foret, quod ego nunc breuitatis causa supersedeo. Tu tamen sectatores istos Christi tam uarios nostris tibus confer Christianis, qui tamen prædicationes ipsi quoq; audiunt, & templa ingrediunt: fit illud quidem, sed proh dolor, nō in honorem dei, nō ex Christiana pietate, disciplina & charitate. Sed de ijs, uolente deo, aliàs plura.

Cur homines Christum secuti

Iohan. 6 Matth. 15 & 22.

3. ¶ Sequitur iam deinceps: Et ecce leprosus ueniens adorabat eum, dicens: Domine, si uis, potes me mundare. Laudat leprosum hunc beatus Chrysostomus, dicens: Magna est prudētia accedētis & fides. Non ēm quasi inconsideratus sermonem docentis incidit, nec illud auditorum theatrum importunus intercidit: sed expectauit tempus aptissimū: & descendēti iā ei, opportunissime supplicauit. Quia enim tēpus est omni rei sub cælo, tēpus doctrinæ, tēpus curationis, in monte docuit, animas curauit, corda sanauit. qbus expletis (nā sicut de cęlestibus mōribus diuinitatis suæ ad saluandam fragilitatē nostrā, sic descendit de mōte infirmos curare) aduenit leprosus, adorans eum, credens in illū, profitens eum esse deū. ita enim præceptū est in lege: Dñm deū adorabis, & illi soli seruies. Neq; uero simpliciter & nude adorauit dñm, sed etiā, ut quidem

Matth. 8

Chrysost.

Origenes

Deut. 6.

Marcus cõmemorat, procidit ante illũ flexis genibus, sic-
Psalm. 99. ut edoctus erat à psalmista dicente: Venite, adoremus &
Origenes procidamus coram domino. Venit itaq; (ut iuquit Origenes) leprosus, & adorabat eum. antequã peteret, adorare
cœpit, cultũ ostendens, sicut & magi tres procidentes ad-
Matth. 2. orauerunt Christũ adhuc paruulum, & tunc demum obtulerũt munera sua. Quid multa? leprosus iste Christum
& deum agnouit & dominũ suum, qui plenissimam rerũ
omniũ haberet potestatem. Et hanc quidem illius perfectam fidem perspicere licet, non tantũ ex operibus, cũ legitur procubuisse, Christũq; adorasse, uerũ etiam nõ pau-
Chrysost. lo apertius ex eius sermone, quod sane egregie expendit
Chrysostomus, cuius hæc sunt uerba: Nõ dixit ille, Si deum oraueris, potes me mundare. neq; ait, Domine munda me. sed ipsi cuncta commisit, eumque conferendæ sanitatis dominum esse confessus est, atque in ipso constitutã
Origenes omniũ potestatem, cum diceret: Domine, si uis, potes me
mũdare. Volũtas tua opus est, & opera tuæ uolũtati obediunt. unde fit ut neq; de uirtute, neq; de potentia tua q̃quam addubitem. tantũ uolũtatem [illegible]to, imploro & appello tuam. Si uis igitur domine, potes utiq; me sanare,
idq; in rem & commodũ uitæ meæ, in honorem & gloriam nominis tui, & ijs qui spectatores erũt, ad miraculi
& incrementũ doctrinæ tuę. Ecce enim uerũ est quod ait
Hieron. Hieronymus, eum qui uolũtatem rogat, de uirtute non
dubitare. sed & fides huiusmodi proprie in ipsam dirigit
deitatem, quæ sola est omnipotens. Itaq; & Mardochæus
Hest. 13. dicebat: Domine domine rex omnipotẽs, in ditione tua
cuncta sunt posita, & non est qui possit tuæ resistere uolũtati, si decreueris saluare Israel. Similiter & Dauid: Oh
Psalm. 134 quæ uoluit dominꝰ, fecit in cælo & in terra. Neq; uero appẽdix ista, Si uis, aliqua est uolũtatis huiꝰ diuinæ in Christo extenuatio, q̃si cogitârit ille apud se, uolũtatem Christi non esse ad omnia bona pararam: uerũ quia nec semper, nec omnibus ista corporis sanitas ad animæ prodest
salutem, ignorabat ille an sibi profutura esset ista lepræ
suæ mundatio.

Mar. 8. 5. ¶ Extendens Iesus manum, tetigit eum, dicens: Volo, mũdare. (imperatiuus hic est passiuus). Duo aũt expri-

mit Euangelista, q̄ Christus & extensa manu tetigerit leprosum, & uerbis quoq; ad hoc sit usus, quibus factum est ut ille sanaretur. Cum uero Christ⁹ uel unico uerbo, imò nutu solo illum sanare potuisset, sicut iam de omnipotẽti illius dictum est uoluntate, non temere factum est utique quòd insuper eum tangere quoq; uoluit. Et eius quidem rei rationem geminã reddit Chrysostom⁹: alteram, Chrysost.
ut hinc quoq; ostenderet, non se subditum legis esse, sed dominum. in lege enim leprosus pro immundo reputabatur, præceptum q̄q; insuper erat, ne quicq̃ tãgeretur immundum. unde quisquis in ueteri testamẽto tetigerat leprosum, eum mundari rursus oportebat ex lege. Altera itaq; istius ex hoc causa pendet, q̄ declarare uoluerit omnia esse mundis munda. Quis ex multis adhuc ista q̄q; adsignari potest ratio, q̄ per hoc filius suam illam quam susceperat humanitatem, cohonestare dignatus est. licet enim miracula illa uirtute operabatur diuina, tamen in forma faciebat humana, uelut per instrumentũ illud suum. Et sic corporaliter extendit manum, ad designandã manum illam sublimem dei. siquidem is scripturę mos ẽ, ut uirtutem & potentiam dei manum appellet, sicut & Manus Dei. Exodi. 8. Lucę. 11.
malefici Pharaonis dicebant: Digitus dei est hic. & Christus in euangelio ait: Si in digito dei eiicio dæmonia, profecto uenit in uos regnum dei. Verum tu non de solo digito, sed etiam manu dei scripturæ testimonia requiris. En hæc quoq; tibi ad manum, ubi in Esdra legimus: Manus dei nostri est super omnes qui quærunt eum. Et in libro Regum, Aggrauata est manus domini super Azotios, & demolitus est eos. Sed & Dauid quoq;: In manu tua inquit, domine sunt omnes fines terræ. Dum igitur leprosum manu sua tangere dignatur dominus, ostendere uult diuinitatem miracula ista operari, quę humanæ naturæ erat unita. Alia quoq; causa dari potest, cuius & ipe meminit Origenes, quamobrem tangere leprosum uoluerit, ut nimium humilitatem demonstraret, nosq; doceret nullum spernere, nullum horrete, nullum cõtemptibilem ducere propter corporis læsionem aut maculationem, sicut Iob dicit: Visitans speciem tuam (hoc est, hominem, qui est eiusdem speciei tecum) non peccabis. 1. Esd. 8. 1. Reg. 5 Psalm. 96. Origenes Iob. 5

Laudatur in hoc Elizabeth, q̄ maximam charitatem habuit & exercuit cum pauperibus, eorumq̄ non tantū lauit, sed & exoſculata eſt cicatrices & loca. Refert q̄q̄ cantor Parrhiſienſis fuiſſe ſacerdotem, qui uſq̄ adeo abhorruerit & auerſatus ſit leproſos, ut eis etiam ſacramentū à latere tantum per foramē porrexerit, ipſumq̄ deinceps eo latere factū leproſum totū, q̄d añ à leproſis auerterat.

4. Reg. 5. ¶ Et hinc iam ſequitur, q̄uis Eliſeus leproſum iſtū ſanauit Naaman, nō tamen uidit eum neq̄ tetigit, ſed tm̄ uerbo illo curauit, cum diceret iuberetq̄, ut ſepties ſe lauaret in Iordane. Chriſtus uero quia hic leproſum tetigit, non tamē idcirco arguendus eſt Eliſeo imperfectior. Nôrat enim Eliſeus, q̄d ipſum ſolo non poſſet ſanare cōtactu, ideoq̄ eum miſit ad Iordanem, qui tunc typum gerebat ſacramenti baptiſmatis, ubi & ſeptenaria lotio ſeptem ſignificabat dona ſpiritus. Voluit igitur exēplo illo declarare deus, quantū uirtutis habiturus eſſet baptiſmus in ſpirituali iſta animę lepra expurgāda. Verū Chriſtus iam hic ut uerus ſacramentorū op̄ifex dominus, & à quo ſacramenta uirtutē ſuam ſortiuntur omnia, illiusq̄ amariſſimę ferunt acceptam paſſioni & morti, declarare dignatus eſt ſe potentiā ſuam non alligaſſe ſacramentis, nolēs ideo leproſum iſtum quoq̄ ablegare, ſed ſola omnipotentia ſua ſanauit eū. Deinde hinc quoq̄ ſequitur, cur nam contra inhibitionem legis Chriſtus leproſum tetigerit, nimirum quoniā non literam legis, quæ leproſum tangi uetuit, reſpexit ille, ſed uoluntatē legiſlatoris, qui iſtud cauit, ne ſani quoq̄ inficerentur ex leproſi cōtactu. contagioſa enim eſt lepra, & ab altero in alterum facilime tranſit. Cum itaq̄ Chriſto nihil uitij ſeu contagij iſte contrahebat attactus, ſed hoc modo magis immunditiē

Iohan. 5. lepræ curabat, uſq̄adeo legem in hoc non ſoluit, ut etiā impleuerit, ſicut & apud Iohannem dixit: Opera quæ facio, teſtimonium perhibēt de me. Habes huius quoq̄ rei in uetere teſtamento exemplum, in quo q̄uis lege cautū

3. Reg. 17. erat, ne quis mortuum tangeret, eo uſq̄ ut quiſquis illud feciſſet, haberetur immundus, eo tamen non obſeruato, Elias mortuum uiduæ filium nō leniter tantum tetigit,

4. Reg 4. ſed etiam expandens ſe, menſus eſt ſuper puerum, ſimili-

ter & Eliseus, sine omni legis uiolatione.

¶ Postremo iam quid Christus dixerit, attentius audite: Volo, mundare. Quod sane signum euidens est, nō fuisse hic inuidos istos & liuore tabidos phariſæos, qui si interfuissent, nunq̃ sibi temperassent quin dixissent: Vt qd hæc facis? cur leprosum contra legem tangis? Quia igit ex tanto populo, inquit Chrysostomus, null⁹ accusat, neque erant ibi corrupta iudicia, neq; spectatores liuore uitiati, ideo ad confirmandā leprosi simul & turbarum fidem, Volo, inquit. Vbi rursus ait Chrysostomus: Certe tot signa & talia operatus est, nunq̃ tamē hoc uerbo usus refertur: ueruntamen non male cōueniebat petitioni ipsi⁹ leprosi, qui qa dixerat, Dñe, si uis: recte respōdit ei dñs, Volo. simpliciter etiā uoluntatē medici appellanti leprosо, & de potestate nihil dubitanti, cū diceret, Potes me mundare, respondit rursus Christ⁹: Mundare. Neq; em̃ ut hic probat Hieronym⁹, iungendū est, iuxta quorundā latinorum sic legentiū opinionē, sed separatim legendū, ut primū dicat, uolo: deinde imperet, mūdare. q̃ū diceret Christus: Potentiā meā cōfiteris & uirtutē, & tm̃ imploras uolūtatē. magnifice credis, magnifice & mūdaberis. non dubitasti tu credere, nō morabor te sanare. quia igit nō distulisti confiteri, nō differā ego te mūdare. confiteris potentiā, precaris uoluntatē. En itaq; uolo, mundare. O responsum propiciū, ò uerbum piū & clemens, ò ꝓpensam dei uoluntatē, quæ nobis oīm & bonoꝝ & q̃cunq; in bonum cedunt, causa es & ratio certa. Consideremus aūt & nos fratres charissimi, ut nullus peccati leprā in sua habeat anima, ut nullus contaminationes delictorum in suo retineat corde. Quod si aūt qs peccatoꝝ adhuc grauiter est onustus sarcina, ꝓcumbens in terrā cū leprosо, adoret dñm, dicēs: Dñe, si uis, potes me mūdare. tu regē mundasti Manassem, qui in multis multū deliquerat: tu Dauid adulterij & homicidij reū expurgasti: tu Petrū à negatione, Magdalenā peccatricē à peccatis oīmbus, latronē q̃q; in cruce sero pœnitētē, suscepisti, & à scelerib⁹ emūdasti: tu alijs innumeris ex mūdi naufragio ereptis, gratiā & misericordiā tuā clemēter impendisti. Si uis igit dñe, potes & me mūdare. Tūc em̃ clemēt isti ille dñs Iesus Christ⁹ tibi q̃q;

Chrysost.

Hieronym.

Origenes.

2. Para. 33.
2. Reg. 11.
Luce. 7.
Luce. 23.

manum pietatis suæ porriget, dicetq; tibi: Volo, mundare. Credidisti, unde etiam sanus efficieris. & quia speraſti, mundatus es, hic quidem per gratiam & charitatem, illic uero in futura felicitate munditiē uitæ consecuturus æternæ. Amen.

HOMILIA SECVNDA
dominicæ tertiæ post Epiphaniam domini.

LEprosum quendam præsens nobis proponit euangelium, qui fide forti & constanti ad dominū uenit, ex eo sanitatem petens morbo detētus naturaliter incurabili. venit inquam ille ad dominū magna præditus deuotione pariq; labore, dum illum ut deū suū adorat, ut creatorē ueneratur, flexisq; genib⁹, & super faciem suam (quemadmodum Lucas refert) iacens, clamat:
Lucę.5. Domine, si uis, potes me mundare. Suo nos ille sane docuit exemplo, quomodo nos quoq; in omnibus orationibus nostris nosmet debeamus conformare uoluntati diuinæ: nec petere quicquam nisi iuxta uoluntatem illius, quodq; faciat ad laudem dei & commodum nostrū. Videmus enim hic Christum cōsensisse in preces huius leprosi, & sic potenter imperasse sanitatē: cui sane imperio & statim paruit creatura, & illum etiam naturæ agnouit creatorem, quod nobis euangelista indicat, dicens: Confestim mundata est lepra eius. quod & argumentum certum est, uera fuisse uerba domini, cui aliās paritura natura non fuerat, neq; cessura, si quam nō habuisset deitatē, sibi uendicasset. Celerius autem cessit hic natura dei, quā
Chrysost. potuerit euangelista exprimere. Nam confestim quoque ipsum, multo est tardius, illi⁹ operis celeritate, quo leprosi facta est curatio. Nunquid enim deo (ut ait angelus ad
Gene.18. Abraam) quicq; est difficile? aut nonne sapientis illud uerissimum est dictum? Neq; herba, neq; malagma sanauit
Lucę.1 eos, sed tuus domine sermo, qui sanat omnia: Tu es domi-
Sapi.16. ne qui uitæ & mortis habes imperium, & deducis usque
1.Reg.2. ad portas mortis & reducis. Idq; euidens fuit suæ diuinitatis argumentum, q apparet eum uirtutis & potentiæ fuisse tam infinitæ, cum omnes creaturæ in tēpore operentur & successiue, non instantanee, sicut hic simul hæc

facta sunt omnia, quòd loquente domino cessit lepra, & sanatus est ille.

2. ¶ Tria iam porro Christus leproso iniungit mundato, ne cui quod secum factum est dicat, ut se sacerdoti ostendat, & offerat munus suum. Quoad primum, inqt sanctus Hieronymus re uera necessarium non fuisse, ut ille sermone manifestaret, quod corpore præferebat. Quasi & ipse dominus diceret: Non est quòd tu miraculũ undiq; celebrans exclames: illud enim te tacente per se clamabit & loquetur mirifice. Verum cur silentium ei præceperit Christus, causam refert Origenes huiusmodi, dicẽs: Quare ô dulcissime dñe nũc dicis nemini dixeris? Propt meam ait humilitatẽ, propter meã dulcedinẽ, ut & uos doceamini, quando aliquid boni facitis, nõ gloriari, non extolli, nõ inaniter placere uelle in conspectu hominũ, sicut cõsuetudo est quibusdã, siue cũ aliqd boni fecerint, siue cũ ieiunauerint, siuein pauperẽ eleemosynis & largitatib⁹, siue in altaris honore, siue ĩ sanctoꝝ honorificẽtia. Etẽ ipsi ante hoies uolũt glorificari & sibi placere, añ dñm mercedẽ perdentes. Verum hic obstrepes forsitan, cur Christus hic celare miraculum iusserit leprosum, cũ tamen contrà angelus dixerit ad Tobiam: Opera dei reuelare & confiteri honorificum est. Quomodo Christus ipse cęco dixit apud Iohannẽ: Da gloriã deo. *Si* quis autẽ miraculum aliquod dei celat & occultat, nõ dat illi gloriam. Simili quoq; exemplo Christ⁹ præcepit discipulis Iohannis: Ite, renunciate Iohanni quæcunq; uidistis & audistis: cæci uident, claudi ambulant, leprosi mũdantur &c. Sed & Isaias dicebat: Cantate dño quoniam magnifice fecit, adnunciate hoc in uniuersa terra. Quamobrem igit Christus hic leproso miraculi tanti iniungit silentiũ, q̃d ille eum etiam non seruaturum sciebat? ipse nanq; inxta testimonium Marci, egressus cœpit prædicare, & diffamare sermonem. Responderi ad hoc potest, primum non absolute omnino Christum hic illi præcepisse miraculi huius silentium, sed eo usq; tantum, dum reliqua duo perageret. Profecto enim si ille iam statim miraculum istud prædicare cœpisset, sacerdotes qua erant in Christum prę diti inuidia, eum ad iudicium mundationis non admissu

Hieronym.

Origen.

Tobię. 12.

Johan. 9.

Lucę. 11.

Isaię. 12.

Marc. 1.

ri erant. Altera uero causa Chrysostomi est, cui etiã istã
Chrysost. prædicta non placet, cum ait, leprosum illũ usq; adeo inte
gerrime fuisse iam à Christo mundatum, ut nõ potuerit
mundatio ista à sacerdotibus quantumuis maleuolis in
dubio poni. Non enim sic eum ille mundauerat, ut mun
datio ipsa esset ambigua: sed & perfecte omnino munda-
uit, & nulli etiã hoc eum iussit fateri, docens quàm esset
alienus ab aura gloriæ pompaq; iactantiæ. Et certe nouc
rat, quia non esset ille taciturus, sed passim tam grãde be-
neficium prædicaturus: & tamen quantum in ipso est, fu
git ostentare q̃d fecerat. Neq; semetipsum prædicari iuſ-
sit, sed dari gloriam deo, ut & per ipsum gloriæ atq; ia-
ctantiæ renunciandũ doceret: & per illum quẽ à legione
Iohan. 9. mũdauerat, gratias nos deo referre commoneret, eiusq;
beneficia confiteri. Simul etiã nobis hic commẽdauit hu
militatẽ, cum uetuit semet laudare & extollere. Pulchre
hoc multis in locis exaggerat & declarat beatus Augusti
nus, dicẽs: De bonis & præclaris dei donis nemo gloriari
temere debet. prona enim hæc est hominibus ad peccan-
dum uia. & si leprosus ille mundatus proprium suum in
hac re quæsiuisset honorẽ, q̃si is ipse fuerit præ tot lepro-
sis dignus, qui à domino sanaretur, deum ista tam teme-
raria & insolẽti superbia multum offendisset, cum soleat
ferè uanam huiusmodi de seipso gloriationẽ futilis quæ-
dam comitari arrogantia, sicut testatur Paulus: Si gloria-
2. Cor. 12. ri oportet, non expedit quidẽ. Huius etiam uanæ glorio
læ incommodũ non paruum sensit rex Iezechias, qui cũ
4. Reg. 20. nunciis regis Merodach argẽtum suum & aurum totum,
omniaq; quæ in thesauris suis habebat ostẽdisset, & se, &
hæredes suos bonis illis omnibus priuauit. non enim bo
na tantum abrepta sunt, sed & hæredes in captiuitatẽ du
cti, sicut eis prædixerat Isaias propheta. Loquẽs igit̃ do-
Matth. 13. minus in euangelio de thesauro, inquit, hunc quisquis in
Iob. 4. uenit, abscondit eum. & Iob quoq; dicit: Ad me dictum ẽ
uerbum absconditũ, & quasi furtiue susceptum auris mea
uenas susurrij eius. Breuiter itaq; põt homo dona dei ce-
lebrare in honorem ipsius, & ædificationẽ proximi sui,
cauere tamen debet, ne quicquam uel superbiæ leuioris,
uel uanæ gloriæ sibi inde quærat. Tertia adhuc causa à

quibusdam adsignatur huiusmodi, quēadmodum nonnū quam præceptum sine præcepti forma scribitur, sicuti cū apud Marcum legitur, q̄ non sinebat dæmonia loqui, sen sus est præcepisse eum illis ne loquerētur. Ita nonnunquā in modum præcepti, quod tamē præceptum nullum est, proponitur, sicut hic uetuit Christus ne leprosis cuiquā ediceret miraculum, non eo utiq̄ animo, ut ille plane ne mini diceret, sed ut sic nos doceret Christus omnē uanā gloriam tum uitare undiq̄, tū oblatā quoq̄ recusare. War.

2. ¶ Satis iam hactenus primo isto præcepto explica to, secundum nunc quoq̄ uideamus, cū dixit Christus: Va de & ostēde te sacerdoti. legis ista Mosaicæ particula erat, sicut in Leuitico legimus, ubi obedientia docetur & cult⁹ diuini obseruatio. Huiusmodi obseruationes Mosaicæ usq̄ ad passionē & mortē Christi durauerunt, estq̄ in eo cō cors omniū ferme doctor⁹ sentētia, q̄ hic leprosum istū dominus ablegauit ad legē, iussitq̄ facere ad præscriptū illius: quoniam leprosus ille iam mundatus, adhuc sub iu go legis erat, cui Christ⁹ non subiiciebatur. Origenes di cit: Vade & ostēde te sacerdoti, ut ille uidens cognoscat, quia non per legis cōsuetudinē mundatus es, sed per gra tiæ operationē: non enim terrenorum sacerdotum imagi nem, sed per cælestē summi sacerdotis splendorē. Chry sostomus quoq̄ rationes aliquot adfert, quas tamē hube rius adhuc & cumulatius refert beatus Hieronymus, di cens quatuor de causis Christum illum à lepra mundatū misisse ad sacerdotē, primum, ob humilitatē, ut sacerdo tibus honorē deferre uideatur. eos enim ille honorifice semper tractauit, iussitq̄ hoīes secundum doctrinam eo rum, non uitā ambulare, q̄uis isti uicissim Christum sum ma prosequebant inuidia. Sed & morti iam passioniq̄ suę proximus, ductus ad sacerdotes, nullū eis uerbū respōdit durius, utut Annas & Caiphas nullius essent momēti ac precij, uiri iniusti oīno & pditi malitia. Deinceps q̄q̄ lege Mosaica iam plane emortua, cum post ipsam Christi pas sionē simul & ascensionē Paulus in cōcilium ductus, & iā loquēs corā pontifice Anania, cæsus in faciē dixisset, Per cutiet te deus paries dealbate, & corrept⁹ sup hoc esset à circūstantibus, respōdit: Nesciebā fratres, q̄a princeps est

Leuit. 14.

Origenes

Chrysost. Hieron.

Matt. 23

Actus. 23

Exodi. 22.

sacerdotum. Scriptum est enim, Principi populi tui non maledices. Ita iam hic quoq; Christus eis ora obstruxit, ne haberent quo cauillarentur ipsum debitum sacerdotibus non tribuisse honorem. Opus igitur illud ipse quidē impleuit, ut ait Chrysostomus, probationē uero illis reliquit, quibus etiam de signis suis iudicandi tribuit potestatem. Secunda causa, cur mundatum illum Christus ad sacerdotem ablegârit, est, ut mundatum uidē tes leprosum credetent saluatori & seruarentur. Tertia, ut non credētes etiam inexcusabiles tamen forent, sicq; ob suam infidelitatem merito damnarentur, sicut & apud Iohannem dixit: Si non uenissem, & locut⁹ fuissem eis, peccatum nō haberēt, nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberēt, nunc autem uiderunt & oderunt & me & patrem meum. Quarta & ultima ratio illius hæc est, ne non satis miraculum istud firmaretur, nē ue ipsum quisquam phantasiam, elusionem aut magicum quiddam esse arbitraretur. Voluit itaq; testimonio etiam sacerdotū, illum mundatū & sanū agn[illegible]sci iudicariq;. Unde & Marcus habet: Vade & ostēde te principi sacerdotū.

Chrysost.

Johan. 15.

Marc. 1.

3. ¶ Tertio iā loco præcepit Quoq; leproso mundato Christus, ut offerret munus suum, quod præcepit Moyses in testimonium illis. Et munus quidem illud satis patet ex Leuitico, ubi in sacrificio leprosi exprimuntur passeres duo uiui, lignum cedrinum, uermiculus & hyssopus. Dicit hic Origenes: Ne uidearis sacerdoti manu uacua ad eum uenire, non uenias in conspectu sancti templi infructuosus, sed offerēs munus tuū. Nam quod ad illum tunc dictum est, nos omnes admonet. ad illum loquens, nobis omnibus dicit, ut & nos dona & munera nostra non teneamus apud nos, sed reddamus deo, maxime cum liberamur de aliqua tribulatione. Et nos igitur dilectissimi a domino nostro aliquando erepti ex necessitate & periculis, meminerimus huius præcepti, ne & nos ingrati simus, redemptoris nostri ne obliuiscamur, quin potius alacres & læti gratias illi agamus, munera pro facultatibus nostris offeram⁹. id adeo ipse à nobis exegit, hoc mādato isti quoq; præcepit & iniunxit. Vade, ingens, offer

Matth. 8. Leuit. 14.

Origenes

munus tuũ quod præcepit Moyses. Cuius tu si forte præcepti rationem quæris, respondeo illam iam esse auditã, quoniam Christus nec legem soluere, neq; sacerdotes debito uoluit priuare honore. Quamuis aliam adhuc causam Beda reddit, dicens: Si quem moueat, quomodo dominus cum uideatur Moysi sacrificium adprobasse, id ecclesia non recipiat, meminerit quòd nondũ Christus corpus suum obtulerat per passionem in holocaustum. Non oportebat autem significantia sacrificia auferri, priusq; illud quod significabant, confirmatum esset testimonio apostolorum prædicantium & fide credentium. Quod autem addidit Christus, in testimonium illis, uarium habet intellectum, Alij enim ad Moysen referunt, qui istud præceperit in testimonium, ita ut munus illud mundatis ueluti testetur sanitatem iam restitutam, in quod testimonium iam hic quoq; munus suum offerret. Augustinus uero & Chrysostomus alium hic sensum requirunt, non quòd Moyses præceperit munus illud offerre, sed quia CHRISTVS præcepit illis in testimonium offerre munus, quod illi olim offerri iusserat Moyses. & tunc intellectus hic est, quòd CHRISTVS præcepit offerre in testimonium illis, hoc est, in accusationem & condemnationem. Cum enim sacerdotes plurimũ calumniarentur dominum, sicut in euangelio sæpe factum legit, quasi ille legi Mosaicæ aduersaretur, uoluit iam munus illud eis esse in testimonium, ut inde saltem cognoscerent & iniustos esse se, & merito ideo à deo corripi. Qui sane non infrequens scripturæ sanctæ mos est, cum sic in libris quoq; Numerorum habeamus, Refer uirgã Aaron in tabernaculum testimonij, ut seruetur ibi in signum rebellium filiorum Israel. Quomodo alibi etiam Moyses dixit: Tollite librum istum, & ponite eum in latere arcæ fœderis domini dei uestri, ut sit ibi contra te in testimonium. Ego enim scio contentionem tuam, & ceruicem tuam durissimam. En hic tibi librum legis positum in testimonium, ut quisquis illum transgrederetur, testem iam haberet eum contra se, quomodo ipse ex præscripto & dictamine legis puniri deberet. Origenes quoque ad eundem penè modum concludens, dicit: Offers

Beda.

Augustin. Chrysost.

Johan. 7.

Testimonium.

Numer. 17

Deute. 31.

Origenes

munus tuum, ut omnes qui uident te portare & offerre, credant iis mirabilibus & magnificent deum, qui misertus est tui, & infidelibus per hoc increpatio & testimonium duritiæ cordis ipsorum fiet. Sic & illū triginta octo annis iacentem in infirmitate erigens à languore, iussit portare grabbatum, & ire in domum suam, ut huncipm lectum portando per mediam ciuitatem, laudaret & inuocaret eum qui ipsum sanârat. Hoc modo & istum à natiuitate cæcū misit in piscinam Siloæ, ut sic hoies uidētes cæcum per medias plateas abire ad lotionem piscinæ, & uidentem reuerti, ipsi quoque admirantes crederent in eum, qui talia operabatur miracula. Sed nunc demum aliquid spiritualis quoque sensus super hac lepra adferamus. Vbi cum alij aliter sentiant, Beda quidem lepram

Beda. Lepra hę retica.

istam, falsam intelligit, erroneam & hæreticam doctrinam. Hanc ego contagiosam lepram in alium locum cōmodiorem relinquo, ubi latius liceat scabiem istam (sed quid scabiem dico, contagionem quauis adhuc lepra pestilentiorem?) Lutheri, Zuinglij & aliorum hæreticorum perfricare & deterere. Leprosus hic genus designat humanum. omne enim peccatū lepra quædam est & immundities animæ. sunt autem homines peccato pleni,

Lucę. 5. Roman. 3 Job. 15.

sicut hunc leprosum plenum unūique lepra Lucas commemorat. Peccauerunt insuper homines omnes, & plurimum quidem indigent gloria dei, adeo ut infans unius diei quoque mundus & à peccato immunis non sit. At quomodo nos gloria dei indigemus? ita nimirum, ut extenderet manum suam, ut naturam susciperet humanam filius dei. is enim brachium est patris, sicut habet scri-

Lucę. 1. Isaię. 53.

ptura, Fecit potentiam in brachio suo. & alibi, Brachium domini cui reuelatum est? Factum id est, cum filius ille dei naturam tangeret humanam, ut sic illa mundata à miraculis & uanitate ueteris liberaretur erroris. Nanque cum procumbens peccator sese coram deo humiliat omnipotente, morbum illi suum aperit, fatetur defectum, & opem implorat medicinæ. Tunc deus protensis manibus auxilium illi mittit gratiæ suæ: statimq; ipse absolutionem & indulgentiam peccatorum suorum consequitur. Verum nondum hæc satis, adhuc est

quod te sacerdoti exhibeas, confitearis illi peccata tua, quisquis peccatorum es lepra pollutus, non iuxta sceleratam neochristianorum pertinaciam, uirtutem passionis CHRISTI in sacro pœnitentiæ contemnens. Cum enim patribus iuxta Paulum omnia contigerint in figura, hanc quoque exhibitionē sacerdotalem re uera impleri oportet in nouo testamento. impleri autem nullibi potuit nisi in confessione, sicut aliâs ad longum docebimus. Nunc interim sufficiat ostendisse eum, qui in templo iam est mundatus, se quoque præsentare debere sacerdoti, & sic reconciliari ecclesiæ, offerreq; munus domino deo suo. Non autem sacrificia uel ipsum offerendi morem commenti sunt & inuenerunt sacerdotes, quod quidam de religione & pietate male sentientes, impie calumniantur. Deus ille uiuus qui cælum creauit & terram, in rem & utilitatem hominum sacrificia & oblationes huiusmodi instituit, præcepitq; ut sic illum colerent, maiestatem eius uenerarentur & adorarent, maioráque ex ipsius bonitate suscipere beneficia operibus bonis promererentur. Néque est quòd eum qui uel oblationes recipit, uel etiam male absumit, consideres. Ecce enim non sacrificus, sed CHRISTVS ipse dicit: Offer munus tuum sacerdotibus qui in templo sunt à deo ordinati & instituti, illis offer. Oblationes istas si ipsi male impenderint, uæ illis rationem istius in extremo iudicio reddituris. Verum nos iam enixe deum obsecremus, ut super nos quoque manum immensæ suæ misericordiæ extendat, unde nos quoque emundemur, & meritum passionis ac mortis domini nostri Iesu Christi in sacramento pœnitentiæ, cum nos exhibemus sacerdoti, liberet & expurget nos à lepra peccati, à pœna & culpa: ut sic domino deo nostro offerre possimus pectus animumq; nostrum, sacrificium uerum & uiuum: & tandem peracta hac miserrima uita, uitam adipiscamur æternam. Id adeo uobis mihiq; concedat omnipotens & misericors deus, in secula benedictus, Amen.

1. Cor. 10.

Leuitic. 2 totum.

HOMILIA III. DOMINICAE tertiæ, post feriás Epipha.

POst illum prolixum & egregium Christi in monte habitum sermonem, descendens iam rursus de mõte Christus, sanauit leprosum, præcipiens ei ut exhibens se sacerdoti, munus suum offerret ex lege, quæ sane euidens fuit doctrinæ suæ comprobatio: qua tamen non contentus ille, secundum huberrimũ omnipotentiæ suæ thesaurum, aliud ex alio operatus est miraculum, & insuper iam paralyticum curauit centurionis seruum. Ingredienti enim Capharnaum Christo occurrit centurio, cui plurima constat illum fecisse miracula. Quod uel iste sermo testatur: Quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua. Statim igitur ad Christum iãiam urbem ingressum, uenit ille centurio, quæ sane historia non paulo clarius patębit ex Luca. is enim refert centurionem quia iam ante audisset de Iesu, misisse ad eum seniores Iudęorum, rogasseq; ut ueniret sanaturus seruum eius, neq; in propria persona uenisse ad dominum. Nam cum ethnicus erat, à Romanis ueluti ueris dominis ac regentibus, ibidem (ut fit in regnorum occupationibus) constitutus loci illius præfectus, indignum se iudicabat, qui ipse ad dominum ueniret Iudæum. siquidẽ illũ Iudaismo multum tribuisse etiam Lucas testatur, cum ait: Seniores Iudæorum cum uenissent ad Iesum, rogabãt eũ solicite, dicentes ei, quia dignus est ut hoc illi præstes. diligit em̃ gentẽ nostrã, & synagogã ipse ædificauit nobis.

Luc. 4.

Luc. 7.

Luc. 7.

¶ Quod si dixeris hæc duo non conuenire, quod Matthæus dicit centurionem hunc ad Christum uenisse, Lucas uero seniores ad ipsum misisse: id sane egregie diluit beatus Augustinus, dicens Lucam negocium hoc rorum, ita ut gestum erat, proprie descripsisse, ideoq; eorum etiam qui missi fuerint, mentionem fecisse: Matthæum uero rem sub compendio & breuitate complexum esse. Quoniam ita quoq; tenuit consuetudo, ut etiam uulgo peruentores appellentur, qui potentium quorũlibet tanquam inaccessibiles animos per conuenientium persona-

Aug. lib. 2 ca. 20. de cõ. Euan.

rum interpositionem ambitionis arte pertingunt. Si ergo ipsa peruentio usitate dicitur per alios fieri, quanto magis accessus per alios fieri potest? Atq; Chrysostomus de eodem hic in Matthæo & ibi in Luca dici arbitratur: Duo, inquiens, hic nobis Lucas ostendit, quanta sit Iudaica adulatio, & q̃ calamitate oppressi homines, mõ hoc, modo illud consilium anteponunt. quare ueriſſime mihi uidetur, cum uoluisset ad Iesum proficisci centurio, detẽtum à Iudæis fuisse, qui ei assentarentur atq; dicerẽt: nos ibimus, & adducemus eum. quod ita esse perspicies, si plenam assentationibus orationem eorum diligentius considerabis. Non est absurdum, missos esse primo aliquos q̃ dicerent illud: deinde quoq; ipsum accessisse, ac per se iterum eadem dixisse, scilicet, Non sum dignus. Porro digressis ab illo centurione Iudæis, ipse demum fidem suã ostẽdit, neq; uoluit dominum uenire in domum suam, qn potius ad dominum abijt, quod hic Matthæus refert, communi omnium euangelistarum more, ut quod unus omisit, suppleat alter: quæ sane rota illa est in rota, quam uidit Iezechiel in figura euangelistas significante. Ad hæc, ut maxime ita sit, tantumq; ad Christum seniores miserit centurio, neq; ipse uenerit ad eum, tamẽ altiorem alii quanto sensum indicauit Matthæus, dicens: Accessit ad eũ centurio. quoniam Dauid quoque ait, Accedite ad eum & illuminamini. Cum enim centurio fidem tantam habuerit, sicut ob id commendatur à Christo, prudentissimus ille euangelista potius dixit ipsum uenisse ad Christum quàm missos seniores, qui tantum fidei non habuerunt. Quo modo & tangente muliere fimbriam Christi, quamuis multa Christum turba premeret, ille tamẽ interrogauit, quisnam se tetigisset. Quid ita? ideo nimirũ, quòd cæterorum contactus fide carebat, ideoq; Christo curæ non erat. illa uero quia magna fiducia Christi fimbriam tetigerat, factum est ut de ea quæreret dominus. Ita hic quoq;, quanto perfectius credidit centurio, tanto rectius dicitur eum ad Christum accessisse.

Chrysost. Iezech. 1. Psalm. 33. Augustin. Luc. 8.

2. ¶ Neq; uero mutus ad dominum uenit tantum, rogauit insuper eum, dicens: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Multi, inquit Orige- Origenes

nes, in illo tempore pro diuersis rogabant infirmitatibus, alius, p filio, ali⁹ p aliq alio, nullus pro seruo nisi iste solus, cogitans utic apud se, Ecce mihi iste seruus est, & ego seruus sum creatoris: iste me habet super terram dominum, & hunc magnum in cælis habeo dominum. Si ergo nō misereor, quō ille mihi miserebitur? Si ergo huic non subuenio, quomodo ille mihi subueniet? Sic debent omnes qui famulos habēt & famulas, cogitare, sic misereri, sic condolere eis, sic supplicare, sic curam habere de seruis suis, sicut & ille beatus cēturio. Ideo grauiter peccant omnes immites domini, qui cum ipsis ex familia aliquis ægrotat, eum uelut in exilium ablegāt misere, ignarum etiam quò pergat. nō sic bonus iste cēturio fecit, sed dixit, iacet in domo. Istiusmodi durissimi domini Abimelech magis sequuntur, qui seruum suum uixdum morbo correptum deseruit: quàm Dauidem, qui ea non fuit impietate præditus, sed eum refocillauit. Sed & Paulus dominis præcipit clementiam & benignitatem, dicens: Vos domini eadem facite illis, remittentes minas, scientes quia & illorum & uester dominus est in cælis, & personarum acceptio non est apud deum. Debet enim herus seruum seu quemliber ex familia sua fidelem pie & humaniter tractare, non duriter in omnibus & rigide accipere, sicut Sapiēs quoq docuit: Si est tibi seruus fidelis, sit tibi quasi anima tua, quasi fratrem fic eum tracta, quod sane ille fecit centurio, qui seruo suo fuit humillimus, ipsumq fratris loco habuit: nullam existimans, ut inquit Chrysostomus, differentiam inter seruum & dominum: quia etsi dignitas diuersa est in hoc seculo inter illos, una tamen est illis natura. fidelis ei quoque extitit, pro quo supplicabat tam fideliter non sine illius laude quoque, cum dicat Lucas fuisse eum illi precioſum. Condolebat illi, quem torqueri grauiter adeo conquerebatur, cuiusque tam proprie exprimebat dolores, *inquiēs*: Puer meus iacet ægrotus, decumbit totus: neque uenire huc ad te potest, quia paralyticus, iámque adeo morituros. Quamuis autem uarie eueniant in membris paralyses, grauissima tamen est quæ ex cerebro descendens, membra omnia penetrans, secúmque in ea dolores im-

1. Reg. 30.

Ephe. 6.

Eccl. 33.

Chrysost.

Luc. 7.

menſos inferens, tremere ipſa quoque facit, adeo ut nec moueri queant, nec ſentire quicquam, ut quidem medici tradunt. Vnde ille addidit quoq; male torquetur. O nos miſerrimos & infelices, ſi quando ægrotare cœperimus, eóque infeliciores, quòd miſeriam noſtram ipſi dum recte ualemus, non cogitamus.

3. ¶ Duæ iã hic emergunt quæſtiones ex uerbis centurionis. Prior, cur tandem ille puerum ſuum neq; ſecum adduxerit, neque adportari curârit ad dominum, quod alij plerique fecerunt, neq; tecto parcentes, quin illo ſublato, ægrum demitterent ante dominum. Poſterior, unde factum ſit, ut nihil ex Chriſto petierit ille centurio, ſicut le proſus ante fecerat. Ad illam quidem facile dici poteſt, cum ita puer decubuerit æger, ut morti iam eſſet uicinus, ſatis per hoc excuſatus fuit centurio, cur non adduxerit puerum, cuius ingẽtes dolores Chriſto tantopere oſtẽdit. Chryſoſtomus quoq; id ardentiſſimæ illius fidei tribuit, maioremq; hanc indicat quàm iſtorum qui per tectum immiſerunt ægrotum. quia enim non dubitabat uel ſolo uerbo domini iacentem excitari poſſe, idcirco minime deportandum putauit. In eadem ſententia eſt & Origenes, uelut præſenti centurioni ſic dicens: Quare huc nõ attulifti eum, ſicut illi illum paralyticum in lecto portauerunt? Ideo ait, quia non opus eſt oſtendere illi omnia uidenti. Non opus eſt in conſpectu eius adferre, cuius potentia non terminatur, nec includitur, neque excluditur. Ad alteram hanc dubitationem non paulo facilior eſt reſponſio. partim enim id ex humilitate factum eſt, ita ut puderet illum quicquam à domino petere: partim etiam ex ingenti fiducia in miſericordiam CHRISTI. ſatis eũ eſſe putabat, ſi domino miſeriam declararet & egeſtatem pueri, cui ille tunc facile miſereret: partim quoque ex modeſtia & uerecundia, liberrimum ſic relinquendo uoluntati diuinæ, conducerét ne ſalubritas illa puero ſuo an obeſſet. Abſolute igitur & ſimpliciter dixit, Puer meus domi iacet paralyticus, & male torquetur. Iterum itaque Origenes ad centurionem ſic loquitur: Quid uis? quid cupis? quid deſideras? Non multa loquor, ait, quia ad omnia cognoſcẽtem

Marc. 2.

Chryſoſt.

Origenes

Origenes

loquor. Nō sum uerbosior, scio enim quia ad omnia præscientem respondeo. Et sic ex immensa fidei suæ magnitudine non dixit, sicut iste regulus, Domine, descende & sana eum. nôrat enim hic & credebat, quòd etiam ille existens in omni loco præsens esset, quodq; & sapiēs ad intelligendum, potens ad operandum, & ad exaudiendum esset misericors. Hinc factum est, ut tantum miseriam pueri sui domino referret & ægritudinem grauem, remedia interim sanitatis libera reliquit omnipotentiæ illius misericordiæ.

Johan. 4.

4. ¶ Nunc tandem petitioni centurionis respōdet dominus, dicens: Ego ueniam & curabo eum. O promissionem benignissimam, ò responsum pium & propitium, quo ille non sanare tantum puerum, sed ad eūdem in domum uenire pollicetur. Videbat enim ille qui omnia uidet, quemq; nihil omnino latet, ipsum cor cēturionis, sicut supra commemorauimus, & illi super hoc respondit, ita ut pia sua merebatur petitio, clementissime, respondit q; hoc in propria persona Christus centurioni. Vbi cogitare qs posset, quod & Origenes fecit, hocq; modo ad Christum uel tacitus saltem dicere, Quomodo domine promittis aduentum tuum in huic? nec petit, nec quærit, sciens q; non acceptabile sit ei, ut uenias in domum eius, propter quod omnino hoc profers. Respōdet Chrysostomus id ita factū, ut quanta sit centurionis fides perdiscamus. nisi enim ita feciſſet, sed ilico puerum sanasset, syncera illius feruens q; fides ignota nobis fuisset, quam utiq; sic manifestandam præsciebat Christus, si ipse plus centurioni promitteret, quàm petiisset. Sicut & fidem mulieris Chananææ comprobauit, dum non statim preces illius exaudiuit, quas si exaudisset subito, nihil nobis de perseueranti ista & constantissima mulieris fide constaret. Est igit ille sapientissimus omniū medicus, quem non latebat, sua hac tam prompta ad ueniendum medicandūq; exhibitione, fidem centurionis manifestandam, sicut illa sua in sanando mora, mulieris q; q; fiduciam itidem omnibus esse publicandam. Origenes hic inducit pulchre & suo more luculenter, quoniam sicut deus tentauit Abraam, nō quòd illius fidem ignoraret, sed ut hoc ipso illius

Origenes

Chrysost.

Matt. 15.

Origenes

Gene. 22.

exemplo omnes homines discerent constantem & perse uerantem habere in deum fidutiam in omnibus tentationibus: sicut etiam deinceps tentauit Iob, & probauit illius constantiam, non iam ante ignarus eiusdem, sed ut nos ex illo doceremur spem firmam & fidem habere inconcussam in deum: ad eundem iam hic quoq; modũ Christus nos scire uoluit, quantus fidei thesaurus in istius centurionis corde latitaret. Iob. 1.

¶ Aliud quoq; hic nos docere Christus uoluit, dum ultro adeo ad puerum centurionis huius se uenturum promittit, qui alibi ad reguli filium rogatus etiã uenire recusauit. Vt discerent hinc cum omnes Christiani, tum uero præcipue, quorum curæ commissi sunt ægroti, siue religiosi sint isti, siue mundani, non grauatim nec moleste ægros & pauperes inuisere, propter deum. Sumant hinc sibi & medici documentum, sequanturq; principem illũ medicorum, & cum ipso properẽt ad pauperes. Verũ quò iam fides, pietas, dilectio, cæteraq; Christianorum iura deuenere? Ad diuites curritur ab omnibus, nec iussis nec uenire rogatis. nec est eius rei modus. ingerunt se omẽs & intrudunt ad fastidiũ usq;, pauper interim solus iacet, destitutus omni ope medicorũ, quos non ita uideas mihi ad pauperem festinare uel etiam rogatos. Aut certe si quando eorum aliquis, uilissimus etiam & cæteris contemptus omnibus aduenit, opus utiq; foret, uel mercedem ante exoluere, uel certe cum eo de illa paciscí, inquit Hugo. 5. Sed qd iam, fratres charissimi, tam propitio Christi responso subiunxisse putatis centurionem? illud nimirum uerbum Christianis notabile omnibus, omniq; momento ab ipsis dicendum aut certe cogitandũ, ut & qui sint ipsi, & quàm pium clementissimumq; habeãt deum, semper cogitent: Domine, nõ sum dignus ut intres sub tectum meũ, sed tantũ dic uerbo, & sanabit puer meus. Audiamus, inquit Chrysostomus, audiamus quicunq; uolumus Christũ suscipere, audiam⁹ centurionẽ & imitemur, audiamus simili studio & Iesum recipiamus, dicentes: Non sum dignus. Quasi diceret, magnam hoc modo suam fidem proferens, Domine, terruisti me hoc promisso, cõturbasti me hoc dicto, interfeciſti fortitudinem ani- Johan. 4. Medici. Chrysost. Origenes

mæ meæ in hoc uerbo. Non sum dignus aspectu, nõ sum dignus approbatione, nõ sum dignus accessu uel introitu tuo. domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum. Moyses ille magnus & tuus confabulator, ille mirabilis enarrator operum tuorũ, ille fidelis in tota domo tua, nimium se humiliauit. Quanto magis ego alienigena, gentilis, miles, gladio accinctus, sanguinem fundens, ad prælium exiens? Sed tantum ueni uerbo, uerbum tuũ opus consummatũ est. Indignus ego sum tuo ad me ingressu, quamuis illo puer meus multum esset indigus. corpore igitur absente, ostende tamẽ quòd presente spũ uno etiam potes perficere uerbo. Obseruandum hic quoq; est, rectius multo sensisse cẽturionem, quã quos ille ad Christum miserat Iudæos, qui dixerant, Dignus est ut hoc ei præstes. ipse uero de se dixit, Domine, non sum dignus, considerans utiq; in hoc plurimum infinitam illam Christi dignitatem, longeq; dignissimam maiestatem, cuius isti obliti fuerant Iudæi, ut iam rectissime hãc apud Christum laudem præripuerit Iudæis. Neq; immerito puero suo impetrauit ipse sanitatem, sibi uero uitam acquisiuit æternam hac fiducia tanta, cum crediderit creaturas omnes in cælo & in terra Angelis & potestati Christi subiectas esse, in unico suo uerbo, siue ad uitã, siue ad
Iob. 5. mortem, sicut & Iob dixit: Ipse uulnerat & medetur, percutit & manus eius sanabunt.

Origenes ¶ Origenes hic pulchrum quiddam & notatu dignissimum docet, more nimirum non suis primum seculis nato, sed ab apostolorum temporibus in hodiernum usque diem deducto, hodieq; bonis & pijs omnibus sancte obseruato. Abusus enim istos nouos & impias planeq; blasphemas neochristianorum ceremonias, insanissima stupidorum hominum commenta, abhorrere simul & uitare debent omnes Christiani. Verum quò digredimur? Sic inquit Origines: Intrat & nunc dominus sub tectũ credentium duplici figura uel more. Nunc enim quando sancti & religiosi & deo acceptabiles ecclesiarum antistites, sub tectũ tuũ intrant, tunc ibidem dominus per eos ingreditur, & tu sic æstimes tanquam dominum suscipias. Et aliud, quando sanctum sumis cibũ, quãdo illud incorruptũ

accipis edulium, quãdo uitæ pane & poculo frueris, quãdo manducas & bibis sanguinem domini, tunc dominus sub tectum tuum ingredit. Et tu ergo humilians temetipsum, imitare hunc centurionem, & dicito: Dñe, nõ sum dignus ut intres sub tectũ meũ. Hic adhuc mos celeberrimus apud omnes est catholicos & Christianos per Germaniam & Italiam, imò uniuersum Christianismum. sed & sacerdotes in sancto illo missæ sacrificio uenerabile suscepturi sacramentum, in quibusdam locis etiam ter idẽ hoc dictitant, pulsantes toties pectora sua.

¶ Ad extremum, centurio uerba sua confirmat argumento (quod proprie non est simile, sed tantum argumẽtum à minori ad maius) à se ipso ducto, dicẽs: Et ego hõ sum sub potestate cõstitutus, habẽs sub me milites, & dico huic, uade, & uadit &c. Volens per hoc dicere: Cum & ego alijs subiectus hominibus, meis imperem seruis, quì mihi in substantia cum sint æquales, obediunt tamen: quanto magis tibi ministri tui angeli sancti, omnesq; creaturæ parebunt, qua superiorem te nullum habes, dominus es dominantium. De hoc centurione Hieronymus hic dicit: Christum, quia tam cito aduentum illi pollicitus est, uidisse centurionis fidem, humilitatem & prudẽtiam: fidem quidem, eo quòd credidit ex gentibus paralyticum posse sanari à saluatore: humilitatem uero, quòd se iudicauit indignũ cuius tectum dominus intraret: & prudentiam quoq;, q intra corporis tegmen diuinitatem latentem uideret. Et omnia hæc ex rationabili causa, quia si ipse per seruos suos quiduis facere posset, quanto magis Christus non sola tantum corporali sua præsentia operaretur, uerumetiam per administratorios illos suos spiritus angelos? Deus igitur nobis quoq; sicut huic centurioni largiatur misericorditer, & tribuat fidem, humilitatem & prudentiam, quarum uirtutum comitatu ex hac uita in illam commigremus æternam, Amen. Hieron.

HOMILIA QVARTA SVPER *euangelio dominicæ tertiæ post Epiphaniã domini.*

AVdita iam magnifica illa centurionis tum fide, tum humilitate & prudentia, uehementer admiratus est Christus, & sequentibus se dixit: Amen dico uobis, non inueni tantam fidem in Israel. Ecce & admirationem hic Christi uides, & commendationem audis centurionis: atq; de illa quidem satis clarus textus est, admiratū esse Christum, quod fore Isaias etiá
Isaię.60. prædixerat: Mirabitur & dilatabitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentiū uenerit tibi, Quō autem in Christum cadat admiratio, captum forte uulgi excedit. Christus enim, quia præsciuit omnia antequam fierent, quomodo admirari potuit super eo quod ante sic nouerat futurum? Nôris igitur, q̄ Christus in se, secundum naturam diuinam habeat & scientiam diuinam, eaḿq; ab æterno sibi cum patre & spiritu sancto communem. siqdem una trium personarū scientia est, sicut de sapientia dei inquit Sapiēs, Scit illa omnia
Sapien.9 & intelligit. Secundum hanc igitur scientiam non admiratur Christus. Verum alia adhuc in illo est animę ipsius à suæ creationis initio infusa, qua etiam non miratur. Postremo est in eo scientia seu notitia quædam experiētiæ, qua quæ antea nouerat, experturus etiam est denuo, quāuis alio modo, & sic admiratus est, non tamen cum quodam animi horrore, sicut nos admirabūdi exhorrescimus uerum omnis illa in Christo admiratio, exhibitio tantum fuit, qua ille hominibus se exhibuit, & quid fecerit manifestauit, quod solent admirantes.

¶ Quod uero secundo loco proposuimus de laude centurionis, uidetur non paulo esse difficilius: quoniam si iuxta nudam intelligere uoluerimus literam, fieri nō poterit, quin impiam istam incidamus blasphemiam: in cuius adhuc sordidissimo luto uolui ac reuolui uidem porcum, nescio dicam immundiorem, an lupum capaciorem Lutherum, usq; adeo insanientem & delirantem, ut contendat centurioni huic maiorem fuisse fidem, prædicante adhuc Christo, quàm uel in Maria uel apostolis fuerit. Neq; uero iste hac sola contentus est insania, insuper q̄q furit canis rabidus contra dignissimam & sanctissimā uirginem Mariam, dicens: q̄ quamuis Christus matri suæ

multum tribuerit fidei, cum & conciperet & pareret illum, postea tamen non item, aut certe tantum fidei illi rarissime dederit, quin potius eam ipsam, quæ modica in illa fuerit nõnunq̃ fides, labascere interdum permiserit. Ad has impias & maledictas uirginis matris blasphemias, uelut deceptrices Sirenes, quilibet Christianus præternauigans utranq; cum Vlysse obstruat autem. fugiat hinc procul, & cum angelo Mariam benedicẽte inclamitet: Aue gratia plena, dominus tecum. Et cum Elizabeth benedictam ipsam prædicet in omnibus, eo ꝙ fructus uẽtris illius quoq; sit benedictus. Sed & nos quoq; omnes errores istarum blasphemiarum aliquãdo refutabimus, opitulante deo, totius postillæ Lutheranæ.

¶ Quantum uero in præsentiarum opus est dicere, respondeo nunc, uerba hæc Christi esse utiq; uerissima, uerũ hoc tamẽ addidero, non esse in illis crudum istũ intellectum considerandum, more Iudæoꝝ, sed uiuum illum spiritum. litera enim ista iuxta Paulum, occidit, spiritus autem est q̃ uiuificat. Ex multis igitur modis, quibus sancti patres uerba hæc bene & uere exposuerunt, aliq̃t nũc libet recensere. Et primum quidem beatus Hieronymus ait: Christum, quãdo dixit se fidem tantam non inuenisse in Israel, locutum de præsentibus, non de omnibus retro patriarchis & propheris. Vbi uide quod notanter ait Hieronymus, eum hoc non dixisse de omnibus patriarchis & prophetis, quasi illorũ nemo fidem tantam habuisset. multo igitur minus centurio dicendus est habuisse fidem tantam, quanta in apostolis fuit, Iohanne Baptista aut Maria. 2. Cor. 3. Hieron.

2. ¶ Dat ille tamen adhuc intellectum, quo centurionis fides commẽdatur ultra fidem omnium retro patriarcharum & prophetarum, ita nimirum, si per fidem cẽturionis gentium fidem intelligas, quæ sane maior est multo, quàm eorum qui ex Iudaismo ad fidem Christi cõuersi sunt. Omnium enim qui baptizati sunt Iudæorum, quàm exiguus fuerit numerus, si conferas cum illis qui de gentilitate conuersi sunt in omnibus regionibus, India, Græcia, Aegypto, Asia, Aphrica, quæ tñ nunc, proh dolor, cum adiacentibus quoq; Christianorum prouin- Iudei pauci, ex gentibus plurimi ad Christum conuersi.

cijs & urbibus per Turcas sunt à Christi fide & religione
Hieron. auersæ. Cum terram promissionis ad spatium uix trium dierum secundum longitudinem referat Hieronymus, idē'q; inquit, latitudinē terræ eius pudet dicere, ne Ethnicis occasionem blasphemandi dedisse uideamur. Et hūc equidem uerum putārim uerborum Christi sensum esse
Augustin. &intellectum. quando enim iuxta Augustini regulā in libro de doctrina Christiana traditā, scripturas iuxta uerborū tam antecedentium q̄ sequentiū significationē nos decet explicare: & Christus hic quoq; statim subiungit de gentium conuersione, non ex arcto & angusto tantū Iudææ angulo, sed ab ortu & occasu solis, hoc est, ex uniuerso mūdo. Sequitur hinc necessario, locutum esse hic Christum de fide, quo ad multitudinem credentium, extensiue, non intensiue. Et quia uelut primitiæ credentium ex gentibus fuit hic centurio, cæteros quoq; credituros oēs
Chrysost. Origenes solus ipse significauit, quod egregie declarāt Chrysostomus & Origenes. Nec obstat quòd prius ad Christū tres Magi uenerunt. nam illi nec de prædicatione, neq; miraculis Christi cognouerunt q̄quam. Omnis autem undiq; plena est scriptura de uocatione gentiū, & eorū q̄ conuertentur, ingenti multitudine. & uicissim, quamuis p̄ se exiguus esset Iudæorū populus in parua prouinciola conclusus, q; pauciſſimi tamen ex ijs quoq; ad dñm conuertēdi, & ad uiam essent peruenturi salutis.

3. ¶ Quia igitur uocationem gentium hic Christus cōmemorat secundum multitudinem, & locus hic (quē miſere adeo blasphemus iſte Lutherus dilaniat) in hoc uno pendet, q; quidem ad nostram hanc susceptam pertinet enarrationem, ut omnes nos, quotquot ex gentibus ad Christi agnitionē uenimus, optimo maximo deo eo maiores gratias agamus, & illam benigniſſimam uocationē dei firmiter & cōstantiſſime teneamus, nullatenus ab eadem deficientes per quascunq; prauas & hęreticas doctrinas. Cum enim nasceretur Christ⁹, & deinde Iudæis prædicaret in Ierusalem, maiores nostri omnes in ijs alijsq; regionibus gentiles fuerunt & idololatræ. Vos igit̄ ut uocationem uestram agnoscatis, & pro ea deo gratias agatis, audite mihi de eadē uaticinantes prophetas. Primus igitur

in hoc procedat euãgelicus propheta Isaias, & dicat: Erit in nouissimis diebus præparatus mons domus domini in uertice montium, & eleuabitur super colles, et fluent ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi, scilicet per fidem. Et infra: Conuertimini ad me, & salui eritis omnes fines terræ, quia mihi curuabit̃ oñe genu, & iurabit oĩs lingua. Et itez alibi: Dedi, inquit pater ad Christum, te in lucem gentiũ, ut sis salus mea usq; ad extremum terræ. Infra quoq; Annunciabunt (apostoli nimiz) gloriã meam gentibus. Et supra adhuc: Mittam ex eis qui saluati fuerint, ad gentes, in mare, in Aphricam & Lydiam tenentes sagittam, in Italiam & Grẽciam, ad insulas longe. Sed iam nũc tu q̃q; sancte Ieremia ꝓdi, & da testimoniũ gentibus ad Christũ conuersis: Benedicent dñm omnes gentes, & laudabunt eũ. Accedat ijs diuinus ille Psaltes, & optet uotum istud perpetuum: Confiteant̃ tibi populi deus, confiteant̃ tibi populi omnes, lætent̃ & exultent gentes, qm̃ iudicas populos in æquitate. A solis ortu usq; ad occasum laudabile nomẽ dñi. Vez huiusmodi locis totũ undiq; abundat̃ alteriũ. siqdem & gentes hæreditatem suam dedit Christo pater æternꝰ, & possessionẽ suam terminos terræ. Iam uez tu q̃q; Zacharia uaticinare nobis & dic: Applicabunt̃ gentes multæ ad dñm in die illa, & erunt mihi in populũ. Quid ꝙ Oseas etiã ꝓpheta sup hac re appellatus, in persona dñi subito nobis respondebit & dicet: Seminabo mihi in terrã, & miserabor eius q̃ fuit absq; misericordia. Et dicã non populo meo, populus meus es tu. Sed nos dum uocationi gentiũ nimis intẽti sumus, penè Iudæoz repulsam negligimus. de utraq; igit̃ propheraz ultimũ Malachiam audiamus, sic dicentẽ: Non est mihi uoluntas in uobis (Iudæis) dicit dominꝰ exercituum, & munus non suscipiam de manu uestra. ab ortu em̃ solis usq; ad occasum magnũ est nomẽ meum in gentibus, & in omni loco sacrificat̃, offert̃ nomini meo oblatio mũda, q̃a magnũ nomen meũ in gentibus. Ecce q̃ aperte hic propheta expressit Iudæorum repulsam, deinde sacrificioz quoq; ipsoz contemptũ apud deũ, mox fidei amplitudinem ex gentibus latissimã, postremo sacrificium nouum & mundum, quod offertur in omni lo

Isaiæ. 2.

Isaiæ. 45.

Isaiæ. 49.

Isaiæ. vlti.

Isaiæ. 66.

Jere. 4.

Psalm. 66.

Psalm. 112.

Psalm. 2.

Zach. 2.

Oseæ. 2.

Malach. 1.

co, illud nimirum sacratissimum corpus Christi, quod in sacrificio Missæ offertur deo patri. Vbi corruunt oēs Iudæi uelut attoniti cum suis sacrificijs uniuersis. Iacēt hic quoq; confusi, quotquot sunt hæretici & blasphemi, qui sacrosancto Missę reluctātur officio. Sequitur hinc, Christum, quando de cēturione dixit, tantam se fidem in Israel non inuenisse, locutum esse de toto Christianismo ex gētibus, quē iste cēturio designabat. Nec est quod mirum hoc reputes in uno homine tantam figurari multitudinē, cum consideras deum dixisse Rebeccæ grauidæ & adhuc in utero suo portanti gemellos, Esau & Iacob: Duæ gētes sunt in utero tuo, & duo populi ex uētre tuo diuidētur. Qui tamē populi seu gētes, infantuli duo tantum erant, sed ij populos duos significabant. Cum igitur ex locis iam citatis constet immēsa illa catholicæ ecclesię magnitudo, Iudæorum synagogam multis modis excellēs, adeo ut id Christus hic quoq; nō celaret, quorsum attinet hæreticos nostrates ecclesiam conari in tantas restringere angustias, ut suis tantum contineatur conciliabulis? Si enim penes Boëmos tantum est ecclesia, erit illa sane non paulo etiam angustior quàm synagoga, præsertim cum Boëmorum etiā plerique cū catholica Christianorum cōsentiant ecclesia. Rursus, si malignantium istorum tantum est Lutheranorum ecclesia, iterum eā multum superabit synagoga. Sed et si apud Zuinglianos tantum consistit ecclesia, deum immortalē, quanto erit quàm synagoga inferior & angustior? Quid igitur restat, quàm si tam uera essent impia istorum dogmata, quàm sunt omninò falsissima, falsum hic esse Christum, quod tamē procul absit uel dicere uel cogitare quēquam? Quin potius tantam admiremur ecclesiæ magnitudinē, tantam Christianismi fidē suspiciamus, quanta in Israel inuēta non est, nec in synagoga ista. Et affirmatissime credamus omnes hæreticos errare, cum angustis & angularibus ecclesijs. Ex superabundante (quod aiunt) adhuc plures hic libet adducere sanctorum patrum expositiones, ut omnino causari nemo quicquam possit, unde in abominationes Lutheranas incidat, & sanctissimæ uir-

Genes. 25.

Origenes

ginis calumniam. Et Origenes quidem per Israel nō an-

tiquos intelligit patriarchas & prophetas, neq; eos qui iam Christiani facti erant Iudæi, & sese ad ecclesiam contulerant: sed eos tantum, qui dei filium non inuocabant, non agnoscebant, nõ adorabant, illum nimirum Israelẽ, de quo Isaias propheta inquit: Israel me nõ cognouit, & populus meus non intellexit. Isti etiam Israelitę Christũ peccatorem, Samaritanũ, & qui dæmonium haberet calumniati sunt. in hoc nempe Israele tantam Christus fidem non inuenit. Neq; hæc sententia multum discedit ab explicatione Hieronymiana. Isaię. 1. Johan. 8.

Veruntamen si illud ad omnes Iudæos, etiã credentes referre contendas, tamẽ hinc quoq; non impia ista sequetur Lutheri blasphemia. nam & tunc quoq; sensum hunc retinebit. siquidem illud testimonium Christi, etiam iuxta Chrysostomum sic intelligendum est, q; unumquodq; bonum hominis secundum qualitatem personæ illius laudatur. Rusticum eñ dicere aliquid sapienter, magnũ est, q̃d de philosopho non est mirum. sic & de centurione dictum est, in nullo tantam fidem inueni in Israel. Nanq; & Iudæi cum legem habuerint & prophetas atq; sacrificia, & id genus alia multa, quibus ad credendum inducerentur, quid mirum si crediderint facile? uerum iste alienigena ignarus legis, prophetarũ, omniumq; promissionum dei, credebat tamẽ, & sic fides illius maior extitit, nõ in se proprie & sua essentia, sed ex cõparationibus & collocationibus iam dictis. Probat hoc ille exemplis, Andreas credidit in Christum cum iam audisset Iohannẽ dicentem, Ecce agnus dei. Credidit & Petrus, sed audito prius Andrea, qui dicebat, Inuenimus Messiã. Philippus ut crederet facilius, scripturas hinc inde euoluit, quia sic de eo scriptum est, Quem Moyses uenturum scripsit in lege & prophetis, hunc inuenimus. Credidit Nathanael quoque, uerum ante & audito Philippo, & uisis miraculis. Vides nunc quàm impar & ex omni parte inæquale fuerit istud, gentilem credere in Christum, & Iudæum. Origenes quoq; exempla adhuc adfert propinquiora, dicẽs: Vt maxime centurio hic fidem non habuerit maiorem in essentia, uel eo tamen maior dicitur, q; ipse facile adeo & tam celeriter credidit. Iairus enim princeps Israel, pro filia sua Chrysost. Regula. Johan. 1. Origenes

petens nō dixit, Dic uerbo, ſed Veni, ait, uelociter anteq̄ moriatur filia mea. Nicodemus doctor Iſrael, de fidei ſacramento audiēs, ait: Quō poteſt hoc fieri? Maria & Martha dñm tamē nimiū diligētes, dicunt: Dñe, ſi fuiſſes hic, nō eſſet mortuus frater meus, tanq̄ dubitātes q̄ ubiq̄ uelox nō poſſet adeſſe illius potentia. Et ſic merito centurionē hūc & primitias gentiū appellamus, & præ trib⁹ magis cōmendamus: qm̄ cū ille nec legē legiſſet, nec ꝓphetiam aliquam audiſſet, ad credendū tamē facilimus fuit: iſti uero quid miꝝ ſi ad dñm tam longo uenerunt itinere, quos & prophetia docuit Balaā, & ſtella noua duxit?

Johan. 11.

Num. 24.

4. ¶ Iam igitur hic Chriſtus quoq̄ declarat, quō & gentiles ſuſcepturi eſſent fidē uerā, & Iudæi repulſam paſſuri, dicens: Dico uobis, q̄ multi ab oriente & occidēte uenient, & recumbent cū Abraā, Iſaac & Iacob in regno cælorum. Tres illos exprimit, qm̄ in ijs perfecte omnis facta eſt ꝓmiſſio, & in Abraā quidē huiuſmodi: In ſemine tuo benedicent omnes gētes. In Iſaac añt ſeparatio Iacob ab Eſau impleta eſt, & in Iacob plena facta benedictio eſt eorum omnium, quæ ad promiſſionē pertinebant. Filij aūt regni, Iudæi nimirū, qui in Chriſtū credere renuebant, eiecti ſunt in tenebras exteriores, ſicut prędixerat Dauid: Secundū multitudinē impietatū eoꝝ expelle eos, qm̄ irritauerunt te dñe. Et Ieremias ſimiliter: Vos eſtis onus, proīciā q̄ppe uos, dicit dñs, & propheta & ſacerdos & populus. Nam quicquid Iudæoꝝ integrū erat, & boni odoris, illud ad Chriſtū conuerſum eſt: cū interim feces & quę in imo remāſere ſordes, cōuerſæ non ſint, iuxta Iſaiā, ſed perierint, ideoq̄ & eīciunt in tenebras exteriores ꝑpetuo dānatę. ſed de ijs ſupra in Iudęoꝝ repulſa ſatis dictū ē.

Gene. 17.
Malach. 1

Pſalm. 5.
Jere. 23.

Iſaię. 49.

¶ Ad finē euangelīj, dicit dominus centurioni: Vade, & ſicut credidiſti, fiat tibi, hoc eſt, ſicut credidiſti poſſe me abſentē etiā corpore ſanare puerū tuū, ita fiat hoc. Hinc diſce cuiq̄ hoī ita euenturū, ut ipſe fide per dilectionem operante, benigna & deiformi crediderit, quæ ſane menſura eſt, qua omnia infutura uita menſurabunt. ſiquidē ſecundum Origenē, nihil in conſpectu dei mirabile eſt, nihil magnum, nihil precioſum, niſi tantū fides. Credidit em̄ centurio poſſe Chriſtū omnia, credidit dominū cum

Gala. 5.

Origenes

esse rerum omnium, unde & meruit, ut quod petierat impleretur. Credamus igitur & nos dilectissimi in Christũ Iesum, credamus eum omnia posse, esse q̃q; in omni loco præsentem, credamus & daturum illum nobis peccatorũ remissionem, dummodo præcepta sua seruauerim⁹, & sic quilibet nostrum cum hoc centurione mereat audire: Vade, & sicut credidisti fiat tibi. Id adeo nobis, qui uelle & operari tribuit, concedere dignet Iesus Christus, qui cum deo patre in unitate spiritus sancti uiuit & regnat in secula seculorum, Amen.

HOMILIA V. ET VLTIMA DOminicæ tertiæ ab Epiphania domini.

MILITES NEC DAMNATOS omnes, nec Cainis esse filios, & quales eosdẽ esse oporteat. Neminẽ cõcutiatis, neq; calũniam faciatis, & cõtenti estote stipẽdijs uestris. Lucæ. 3.

CVm nuper ut soleo, euoluerem neochristianorum libellos quosdam, incidi in nescio qualẽ, rancidum certe & ineptum cuiusdam Iohannis Hausschein, qui se nominat Oecolampadium, libellũ profugi isti⁹ ex diui Altonis monasterio, insigni Bauariæ cœnobio, ordinis sancti Brigittæ (quid expectatis fratres charissimi? an ut dicã sancti & religiosi monachi?) apostatæ, is inter cætera in sermonibus suis super epistolam Iohannis euangelistæ diabolicam asserit esse doctrinã, qua docet iustum esse inter Christianos quoq; bella geri, quoniã nostrates qui in bella proficiscuntur milites, ueri Cainitæ sint, ut quibus merito dici possit illud quoq;, Manus uestræ plenæ sanguine sunt, maledicti Cain filij estis. Et q̃uis nouũ istud dogma cõfutare non perinde esset necessarium, siquidem hæresis est Fausti, iam olim condemnata tẽporibus

Oecolampadius.

Faustus.

Augustin

Augustini, & quæcunq; semel reiecta est hæresis, à nemine debet Christiano uel iam sopita resuscitari, uel per quncunq; resuscitata recipi. sed & si quis temere, sicut nũc Oecolampadius fecit, idipsum reuouare præsumpserit, magistratuum fuerit istud, non tantum non admittere, sed quemcunq; etiã ea cõfidentia præditum corripere, sicut & ciuilia & canonica iura districte imperant, 24. q. 1. Achtius &c. maiores, & l. nemo. C. de su. tri. & fid. cath. Fugitiuus igitur iste monachus, & temere & impie milites omnes diabolo uult tribuere & filios Cain facere. Attamẽ cum eiusmodi plerisq; sint milites, ut in plurima peccata leuiter incidant, ut habeant adhuc qui pij sunt & integri (cuiusmodi plerosq; adhuc ex nobilibus & uulgo relictos esse crediderim) milites, unde conscientiam animumq; suum erga deum probe institutum habeãt, & quod malum est declinantes, bonum faciant. Est enim utiq; miles, sicut alius ex ijs, qui manu operantur, & militi merx sua militia est: atq; ut negocia, artificia reliqua ac mercimonia bene male'q; uti contingit, ita ambiguus quoq; mars, & dubia militiæ alea est. In ista quoq; errore is naui diu fuit Lutherus, iniquum sentiens bella gerere aduersus Christianos, simul & Turcas. Verum Lutra ista suo quodam

Luthe. artic. 34.

more polypum agens & simulans, cum iam tumultuosis & uenenatis suis libellis aliquot miserum rusticorum uulgus concitasset ad arma, uersa demum tuba, pro recepta cecinit classicum, & incepit adulari ac assentiri principibus, & indulgentias in hoc elargitus omnibus nobilibus, ut trucidarent, mactarent, laniarent. Vsq; adeo & inconstantes sunt, & à seipsis dissentiunt, modo calidum efflantes, modo ex eodem ore frigidum, omnes isti nouelli seductores nouorum dogmatum & sectarum autores. Quade re aliâs plura. Agens igitur & suo more grauiter disputans contra Faustum beatus Augustinus, huius uiturẽ euangelij testimonio, pro bonis militibus hunc quoq; in-

Lib. 22. cap 74.

ducens centurionem, qui & sub se seruos habuit, ipse quoque sub alterius, scilicet imperatoris, cõstitutus imperio. Et eius fidem laudauit hic Christus, non iussit ut porro à militari sibi temperaret officio. Adfert in suæ causæ defensionem Augustinus quoq; responsum illud Iohãnis,

qui baptizandis à se militibus, & qd facerēt interrogātib⁹ dixit: Neminē concutiatis, neq; calumniam faciatis, quæ sane uerba fuerunt, unde præsens hic noster currere cœpit sermo, in quo anteq; ꝓgrediamur, impetraturi ex d⁽o gratiam, ipsam salutemus gratiæ & misericordiæ parentem uirginem Mariam, dicentes: Aue gratia plena.

¶ Principio hic profitemur nos, non omnē illam materiam quæ de militia & bello suscipitur, quæq; ad conscientias pertinet in ea re saluandas, nūc pertractaturos. siquidem illud uix iusto opere & uolumine integro absolui posset. sed ea tātum, quæ in hoc negocio summa & maxime generalia sunt capita, & id quoq; breuiter enarraturos Et primum quidem, quando in hoc multum est, circa bellum libere susceptū, an ille à cuius partibus stet miles, iustā habet belli causam, tria hic statuo quæ ad bellum iustum & æquum pertinent: Quorum primum ipsa est autoritas, ut nimirum magistratus & ipsi militum in hoc cōsentiant principes. ita Augustinus contra Faustū, Ordo, inquit, ille naturalis mortalium paci adcommodatus, hoc poscit, ut suscipiendi belli autoritas atq; consillū penes principes sit, exequendi autem iussa bellica ministerium milites debeant paci salutiq; communi. Et id quidē adeo, ut idem dicat, uirum istum, si forte sub rege, homine etiam sacrilego militet, recte posse illo iubente bellare, in hoc ut ciuicæ pacis ordinem seruet, cui tamen quod iubetur uel non esse contra dei præceptum, certū est, uel utrum sit, certum non est. Lib. 22. ca 75. 23. q. 1. quid culpatur.

¶ Hinc iam doctores concludunt, & uelut uno ore colligunt, ꝙ quilibet subditus in ministerio domini sui constitutus, sine peccato licite possit ex heri sui præcepto militare, nisi & aperte & euidenter omnino sciat, iniquam esse eius, cuius partibus fauet, causam, quod tamē leuiter suspicari non debet, sed perpetuo domini seu principis sui legitimam credere debet causam. Sequitur quàm grauisemet sarcina oneret, qui bellum suscipit iniustum. qd quid enim hic in eo malorum geritur, in ipsius cumulatim congeritur animam: ibi etiam grauissime peccat ille, cum interim, qui ex obedientia subditus quisq; bon⁹ simul in illam militiam progreditur, nihil peccet. Hunc Rom. 13. Roma. 13.

enim sua excusat obedientia, quam magistratui suo ex iu re diuino & humano debet.

¶ Præterea & illud ex eodem consequitur, eos qui undecunq; ex omnibus regionibus adcurrunt, illotisq; manibus & pedibus irrumpunt ad bella, sine omni data sibi à magistratibus suis facultate, hoc pacto minime excusari; sicut tamen subditi regis Franciæ, ex mandato & imperio regio bella gerentes contra imperatorem Romanorum, nõ peccant. Sed qui ultro approperant ad Gallorum regem, eius partes contra Imperatorem nostrũ defendentes, contra huius q̃q; edicta, & peccant grauiter & peccati huius ex deo iustissimo ultore pœnam expectent. In legibus quoq; cautum est, ne quis bellum suscipiat, nisi uenia imperatoris ita eñ habeť l. unica C. uti arm. usus inscio principe interd. sit: Nulli prorsus nobis inscijs atq; incõsultis quorumlibet armoꝝ mouendorum copia tribuat. Quæ tamen in bello intelligenda sunt offensiuo, nõ defensiuo. nam qui se defendere cogit, iam ex ipsa habet natura sibi cõcessam facultatẽ. unde hæc omnibus insita lex est, quoniam uim ui repellere licet. & sicut pro suis membris & corpore, ita pro bonis etiã se q̃q; defendere pót.

L. 1. C. Vt arm. usus li. 11.

2. ¶ Ad istud bellum, deinceps causa quoq; rationabilis requiriť, quam beatus Augustinus sic describit: Iusta bella solent definiri, quę ulciscuntur iniurias, si gens uel ciuitas plectenda est, quæ uel uindicare neglexerit, quod à suis improbe factum est, uel reddere, quod per iniuriã ablatum est. Si eñ qui in magistratu sunt cõstituti, malã non punirent, quæ futura esset in rebus humanis toto q̃q adeo mundo securitas? aut quàm diu quilibet bonus q̃d suum est tueretur, nisi à malis defenderetur? Artibus eñ bellicis, & libertas conseruatur, & iura dignitatesq; prouinciarum ac urbium, simul & maiestas imperatoria & principum amplitudo retinetur,

Augustin. ad Domũ 23. q. 1.

3. ¶ Intentio quoq; honesta, bona & laudabilis bellũ iustum facit, ne bellũ suscipiatur uel ex inuidia, uel odio, uel ulciscendi libidine, uel auaritia & insatiabili prædæ cupiditate, sed amore iustitiæ, & ut malo punito, q̃d bonum ẽ ꝓmoueat. Verũ hæc q̃q sancti Augustini sentẽtia est in libro de sermone dñi in mõte, ubi ait: Apud ueros

Augustin.

cultores etiã illa bella pacata sunt, quæ non cupiditate aut crudelitate gerunt, sed pacis studio, ut boni sublevent & mali coerceant. Sunt igitur hæc tria, quæ ad bellũ legitime & iuste suscipiendũ ptinẽt. ijs in bello ꝓclamato nõ inuentis, nemo acceleret militũ, nemo illi se ingerat aut in eo pugnet.

II. ¶ Est tamẽ hæc trium istorꝫ differẽtia, q̃d ubicunqꝫ uel princeps aliquis uel ciuitas bellũ suscipit cõtra illas duas priores cõditiones, quicquid in eo uel rapit, uel q̃cunqꝫ sibi modo uendicat & usurpat, id omne tenetur coram deo restituere, q̃bus abripuit. abripuit em̃ illud qcqd est contra ius, fas omnesqꝫ leges, ui tantũ & uiolentia, citra ullam rationabilẽ causam. & sic lege naturæ, humana itidem & diuina, tenetur omne huiusmodi incommodũ resarcire. Vides nunc quantũ curæ & laboris incũbat cerui-cibus principũ, qui bella suscipiunt iniqua. profecto etem̃ quicquid damni pauperibus & miseris ex plebe hoĩbus per hæc obtingit, in ipsos redũdat & in animas eorꝫ. extra de dã. dato.

Audi quid dicat deus. Anima quæ peccauerit, & contempto dño negauerit proximo suo depositũ, quod fidei eiꝰ creditum fuerat, uel ui aliquid extorserit, aut calumniam fecerit, siue rem perditã inuenerit, & inficias insuper pierauerit, & q̃dlibet aliud ex pluribus fecerit, in q̃bus solent peccare homines, cõuicta delicti, reddet omnia quæ per fraudem uoluit obtinere integra. Leuitic. 6.

¶ Quod si quis uero iusta belli causa habita, in tertio tamen deficiat, neqꝫ intentionẽ uerã habeat, male quidẽ in hoc facit & peccat, nõ adeo tamẽ ut teneatur ad restituti onem. Sicut & meretrix impudẽs, peccat quidẽ, omnibus se corpusqꝫ suũ prostituens, & de hoc, si saluari uult, pœnitentiam oportet agat cõtrita. uerꝫ pecuniã ex sordido quæstu congestã, nõ est q̃d amatoribus restituat. Ad eundem em̃ plane modũ hic quoqꝫ qui animo nõ bono suscipit bellũ, peccat, neqꝫ tamẽ restituere cogit. Miles etiã in bellum currit præceps auaritiæ studio, peccat, meret ibi stipẽdio cõductus, lucrũ iure militari facit, & nõ tenet reddere, sicut patebit in sequẽtibus, sed de auaritia pœnitere. III. Absoluimus iã & quæ ad legitimũ iustũqꝫ pertinent bellũ, & q̃lis in ijs q̃qꝫ discernẽdis obseruãda sit ratio,

reliquum est, ut quæ porro dicturi sumus, huic fundamẽ
Cõclusio. to superstruamus. Esto itaq; prima conclusio talis. Neq;
ordinationi neq; disciplinæ refragatur Christianæ, bel-
la gerere. Simul enim stant hæc duo, & Christianum esse
bonum & militem. cõclusionem hanc tribus locis ponit
Augustin. beatus Augustinus sup sermonem domini in monte, di-
cens: Militare non est delictum, sed propter prædam mi-
litare pctm̃ est. Deinde in libro contra Faustum, bonos
li.22.c.74 etiam militare ex hoc probat, quoniam alioquin Iohan-
nes cum ad eum baptizandi milites uenirent, dicentes,
& nos quid faciemus? respondisset eis, Arma abijcite, mi-
litiam istam deserite, neminem percutite, uulnerate uel
prosternite. sed quia sciebat eos cum hæc militando face
rent, non esse homicidas, sed ministros legis, & non ulto
res iniuriarum suarum, sed salutis publicæ defensores,
ideóque usqueadeo militare eis non prohibuit, ut etiam
militandi formam præscriberet & legem. Tertio idem
hoc testatur in epistola ad Bonifacium Comitem, in-
Ep.194 quiens: Noli existimare neminem deo placere posse, qui
armis bellicis ministrat. in ijs erat sanctus Dauid, cui do-
Psalm.88. minus tam magnum perhibuit testimonium. in ijs etiam
plurimi illius temporis iusti, in ijs erat sanctus ille centu
rio, qui domino dixit, Non sum dignus &c̃. Et in alia epi-
stola: Vtile, inquit, tibi tuisq; dabo consilium. Arripe ma
nibus arma, oratio aures pulset autoris, quia quando pu
gnatur, deus apertis oculis spectat, & partem quam inspi-
cit iustam, ibi dat palmam. Quarto, Christus quoq; iubet
stipendium reddi Cęsari, quod Iohãnes dicit sufficere mi
Contra Faustum. liti. Reddite, inquit, Cæsari quæ Cæsaris sunt, & deo quæ
Matt.22. dei sunt. ad hoc enim tributa præstantur, ut propter bel
la necessarium militi stipendium præbeatur.

¶ V. Conclusionem hanc euincunt plurimi sancti, qui
in bello uersati sunt assiduo, & tamen amici dei fuerunt,
ut in ueteri testamento, Abraam, Moyses, Iosue, Samson,
Iepte, Gedeon, quos & ipse Paulus in catalogo reponit
Heb.11. sanctorum, Dauid quoque & fortissimi illi Macchabæi.
In nouo autem testamento Mauricius cum socijs suis, Ge
reon, Victor, Florentius, qui cum facti sunt Christiani, in
pristina militia permanserunt, acceptis etiã ab impio im-

peratore stipendijs. sanctus Achatius, Osualdus, qui & in bello fortiter occubuit, Carolus magnus, potentissimus fidei Christianæ in plurimis bellis aduersus infideles pugnator, & iustissimus etiã contra Chistianos militando imperator. Non est autem quod suspiceris uiros tantos, uitæ sanctimonia tam celebres, tamq; & pios & deo charissimos amicos, sese ad militandũ inromisisse, si uel contra deum, uel Christianam fuisset disciplinam, quod nunc neochristiani (ut in omnibus) inepte tumultuatur.

¶ Conclusio secunda. Militare nõ tantum non prohibitum est Christianis, sed & in loco & multis modis bonum, salutare & uitæ æternæ illis meritorium est. Id ita probo, Si uel ciuitas uel princeps aliquis delinquat, unde pax publica offendi, iustitia opprimi & ex simplicibus multi queant offendi, Imperator uero ex potestate sibi data desuper animũ inducat ex præscripto iustitiæ & magistratus sui officio, urbem illam siue principem pœna cõdigna affligere, sint eiusdem quoq; animi omnes quos ille in consilijs suis, in aula & comitatu habet, ut punito malo, bonũ promoueatur reipublicæ & iustitia regnet. Hoc iam adfectu susceptum bellum prçterq; q̃ æquum est & iustum, plurimum etiã existit meritorium. In hoc em̃ principio qui in potestate est sublimiori constitutus, suo satisfacit officio, & commissæ uoluntati diuinæ, cum non sine causa utiq; gladium portet. dei enim minister est in uindictam & pœnam malorum. igitur si malum feceris, time, quia potestati resistens, dei ordinationi resistit. Qd̃ si itaq; princeps, ex commissione dei quod suum requirit officium facit, opus utiq; facit & meritorium & diuinæ uoluntati conforme, quando sæpenumero inueteratam malitiam nisi bello publico uel sopire uel punire nõ potest. Quid q̃ & malorum supplicium ingens est opus iustitiæ? q̃d quisquis recte exequitur, dicere potest, Retribu et mihi dñs secundum iustitiam meã. Taceo quòd mortis genus & honestissimum & forti uiro dignissimum est, neq; minus deo beneplacitum, constanter pro iustitia & ueritate in bello ubi decertâris, etiam mori, ut inquit Sapiens, Pro iustitia agonizare pro aĩa tua, & usq; ad mortem certa pro iustitia, & deus expugnabit pro te inimi-

Roma. 13.

Psal. 17.

Eccl. 4.

cos tuos. Sed & hæc uoluntas est dei, ut mali supplicio affi
cerentur, ut tota undiq; plenissima est scriptura. iam eñ
per prophetam dicit dominus, Impios tradidi gladio. &
Iere. 25. alibi, Pro scelere suo dati sunt in gladium & in rapinam.
Iudith. 8. Ita meritorium fuit hoc optimis principibus, qui aduer
sus infideles decertârunt fortissime, ut Gotfridus de Bul
ion, qui ducatus est iam ecclesiæ Leodiensis, qui terram
sanctã bello acquisiuit & in eadem coronatus est. Reges
quoq; alij plurimi, Cæsar Conradus, Imperator Frideri
cus primus, Barbarossa dictus, qui & submersus est. ambo
ex ducibus Sueuiæ, reges quoq; Galliæ, Ludouicus & Phi
lippus, & Richardus rex Angliæ, sed & papa Innocentij
Andreæ regi Hungariæ, parenti scilicet Elizabeth, sub
pœna tum excõmunicationis, tũ regni sui amissionis præ
cepit, ut Hierosolymam abiret, sicut gener suus Ludouici
c. licet de- Hassiæ fecerat, eò profectus ibiq; mortuus, sicut alij pleri
uo. 2 vo. que principes. Et hæc omnia uerbo dei firmant in Deute
red. ronomio: Si audieris in una urbium tuarũ, quam domi
Deute. 13. deus tuus dabit tibi ad habitãdum, dicentes aliqs, Egres
sunt filij Belial de medio tui, & auc[illegible]erũt habitatores ur
bis tuæ atq; dixerunt, Eamus & seruiamus dijs alienis qs i
gnoratis, quære solicite. & diligenter rei ueritate perspe
cta, si inueneris certum esse quod dicitur, & abominatio
nem hanc opere perpetratã, statim percuties habitatores
urbis illius in ore gladij, & delebis eam, omniaq; quæ in
illa sunt usq; ad pecora, quicquam etiã suppellectilis fue
rit, congregabis in medio platearum eius, & cum ipsa ci
uitate succẽdes, ita ut uniuersa cõsumas domino deo tuo,
& sit tumulus sempiternus, non ædificabit amplius &c.
Quod si nũc in imperio Christiano ciuitas aliqua hoc mo
do decidat à Christiana disciplina & ordinatiõe, demer
gaturq; in blasphemias fidei nostræ, Imperator uero siue
Psal. 44. princeps zelo dei cõmotus, & gladio sup femur suũ accin
ctus, urbem huiusmodi debellet, hac etiam quam hic in le
ge præscripsit dominus lege, nonne & coronam sibi me
ruerit in cælo, & maius etiam fecerit deo beneplacitum,
quàm Phinees occidendo præfectũ exercitus de tribu Si
Num. 25 meon, eo quòd congressus esset cum muliere infideli: hoc
enim placuit deo, quamuis occisus Zambri esset sacerdos,

ubi deus illi & semini suo ,promisit fœdus sacerdotij in sempiternum. Similiter quoq; cum uiri Beniamin uxore Leuitæ ita abusi essent inuita, ut ipsa corruens moreretur, Iud.19.20
ad istud tam grande scelus puniendũ. egressi sunt omnes filij Israel, & pariter congregati quasi uir unus de Dan usq; Bersabee, quadringenta millia peditum. & cum tribus Beniamin recusaret uiros Gabaa tradere supplicijs afficiendos, insuperq; contra totum Israel assisteret eis, pugnârunt contra Beniamin & occiderunt uiginti quinq; millia uirorum, manifestata etiam ipsis uictoria quam habituri essent diuinitus. Eat nunc quisquis uolet, & dubitet illos bene pugnasse atq; meritorie, sine omni peccato, tãtum ut impunitum scelus tantum non maneret, quod uiri Gabaa cum uxore Leuitæ perpetrauerant.

¶ Conclusio tertia. Ex graui causa bella tum gerere tũ adiuuare, non licitum est tantum & coram deo meritorium, sed & in quibusdã casibus bellum intermittere peccatum est, iniquum atq; pœna dignissimum. Id adeo deꝰ ipse testatur & firmat per Samuelẽ, sic dicẽs ad Saul: Recensui quæcunq; fecit Amalech Israeli, quõ restitit ei in 1.Reg.15.
uia cum ascenderet de Aegypto, nunc ergo uade & percute Amalech, & demolire uniuersa eius: nõ parcas ei, & non concupiscas ex rebus ipsius aliquid. Sed interfice à uiro usq; ad mulierem, & paruulum atq; lactentem, bouem & ouem, camelum & asinum. Sic bello adoriri cœpit ex præcepto dei Saul Amalechitas & superauit, regémque Agag cepit uiuum, plebem uero & reliquum populum occidit gladio. Verum quia contra præceptum Saul regi pepercerat & pecoribus quæ erant meliora, omnibúsque preciosis, non perdendo ea, iratus est dominus Sauli, misitque ad eum Samuelem, qui diceret: Quæ est hæc uox gregum? respondit autem protinus Saul: De Amalech adduxerunt ea, pepercit enim populus melioribus ouibus & armentis, ut immolarentur domino deo tuo. Aitq; Samuel ad Saul, Misit te dominus & dixit, Vade & interfice peccatores Amalech, & pugnabis contra eos usq; ad internecionẽ eorũ, & tu uersus es ad prædã. pro eo ergo q abiecisti sermonẽ domini, abiecit te dominus, ne sis rex.

Ecce quàm grauiter peccauit Saul contra dominũ, nõ ꝑ
ſeueritate pugnando contra Amalechitas, qua præceperat dominus. Nec diſſimile eſt ꝙd legimus in conflictu Benadab, regis Syriæ, cui dum totus in bello perĩſſet exercitus, & ipſe quoq; in manus ueniſſet regis Achab, dixit ille: Si adhuc uiuit Benadab, frater meus eſt. Pepigit igit̃ ille fœdus, & dimiſit eum. Tunc uir quidã de filĩs prophetarum uenit ad eum, dicens: Hæc dicit dominus, quia dimiſiſti uirũ dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius. Statim poſt hæc & ipſe à Syrĩs occiſus eſt. Quid igitur? nonne in ſimili caſu uerum eſt illud quod dixit Ieremias propheta? Maledictus qui prohibet gladium ſuũ à ſanguine. Quiſquis em̃ in magiſtratu poſitus eſt, ſiue rex, ſiue princeps, neq; ſuos tuetur & defendit in neceſſitate oppreſſos, cum̃q; poteſt non eripit, ſed perire ſinit, contra illud ꝓceptum dei, Eripite pauperẽ & egenum de manu peccatoris liberate, is & peccare ſe grauiter ſciat, & mire deum offendere. Siquidem & Venceſlaus rex Boẽmiæ, perditionis ſui regni magna & ingens eſt cauſa, quoniam ſi pugnaſſet & accinxiſſet femur ſuũ gladio, & quod tantum regem decebat, ſeditioſos gladio interemiſſet, nobile illud & eximium regnum non ita deperĩſſet, ſubditis corpore & anima periclitatis. Ad eundem quoq; modũ peccarẽt ſubditi, ſi à magiſtratibus ſuis ad bella uocati, in patriæ defenſionem & malorum ſupplicium, pertinaciter recuſarent. Conſtans itaq; & firma eſt quam ſtatuimus concluſio, interdũ bella ſine pctõ intermitti non poſſe. Sunt uiciſſim, inquit Auguſtinus, uitia iſta, quibus illud genus hominum plenum eſt, iure culpanda. Nocendi cupiditas nocendi crudelitas, implacabilis animus, libido dominãdi, amor prædæ, & ſi qua ſimilia ſunt, quæ in bellis iure culpantur. Verum iſta in immẽſum creſcerent, extra inſtitutum noſtrum diſſertatio. Sufficiant igitur hæc, quæ etiam cuiq; pro cõſcientia ſua ſaluanda ſatis facere poſſunt. Quod ſi tamen in alĩs caſibus hæc cuiq; non omnino deſeruiant, is alieno utat cõſilio. Nunc oremus deũ pro &c.

3. Reg. 20.

Jere. 48.

Pſalm. 81.

Rex Venceſlaus.

Auguſtin.

EVANGELIVM

DOMINICAE QVARTAE POST Epiphaniæ Domini.

Matthæi 8.



IN illo tẽpore: Aſcendente Ieſu in nauiculam, ſecuti ſunt eũ diſcipuli eius. Et ecce motus magn⁹ factus eſt in mari, ita ut nauicula operiretur fluctibus. ip̃e uero dormiebat. Et accesſerunt ad eum diſcipuli eius, & ſuſcitauerunt eum, dicẽtes: Domine, ſalua nos, perimus. Et dicit eis Ieſus: Quid timidi eſtis modicæ fidei? Tunc ſurgens imperauit uẽtis & mari. & facta eſt trãquillitas magna. Porro homines mirati ſunt, dicentes: Qualis eſt hic, quia uenti & mare obediunt ei?

2. Para. 20

Marci. 4. Lucę. 8.

HOMILIA PRIMA.

EVangelium hoc ex eodem Matthæi capite, quo illud diei ab hinc octauæ deſumptũ eſt, quo & uos fratres chariſſimi miracula audiuiſtis duo æque magna & admiranda: alterum, ipſam leproſi mundationẽ: alterum, paralytici ipſius centuriõis pueri ſolo uerbo curationem. Deinceps refert Matthæus, quomodo ſocrum Petri ſanârit à febribus, multoſq; dæmoniacos à ſpiritibus liberârit immũdis, omneq; morborũ genus ab ægro

Matth. 8.

tantium profligârit corporibus. Statimq; cum discipulis istum iussisset, finere ut mortui mortuos sepelirent suos, sequitur euangelium hodiernum, quomodo Christus cõ
Origenes scenderit in nauim. Vbi dicit Origenes: Cum multa magna & miranda ostendisset in terra, transijt ad mare, ut & ibidem excellentiora adhuc opera demonstraret, quatenus terræ marisq; dominum se esse cunctis ostẽderet.
Hieron. Sanctus enim Hieronymus & hic acute inducit, quomodo septem illa miracula probe se consecuta cohæreant, leprosi mundatio, sanatio paralytici, curatio socrus Petri, dæmoniacorum liberatio, pacatio maris, duorum obsessorum restitutio, & paralytici cuiusdam in Capharnaum sanatio. Necq; uero in aliquo septem horum miraculorum uspiam solos sibi adiunxit discipulos, nisi tunc demum ingressurus mare seu stagnum. Eius rei rationem
Chryso. reddit sanctus Chrysostom⁹, cum ait: Turbas præmisisse, ac discipulos tantum secum retinuisse dominum euangelistę dicunt. id autem nec frustra necq; casu fecit, uerum ut futuri signi miraculo ipsos corroboraret. Nam palęstræ magister optimus ad utrunq; eos exercebat, ne aut terrore uincerentur, aut honoribus efferrentur, & simul in ferendis aduersis facit meliores, quoniam ut signa demonstrarentur, turbas quoq; admittebat: ubi uero ad signa timor quoq; & tremor imminebat, eos solos recipiebat, quos ad prædicationem & pericula erat missurus.

2. ¶ Et ecce, inquit euangelista, motus magnus erat in mari. Verum ista undarum & procellarum commotio
Jone. 1. ex uirtute proueniebat diuina, sicut & illa tẽporibus Ionæ, quando misit dominus uentum magnum in mare, & facta est tempestas magna in mari, & nauis periclitabatur
Origenes conteri. Ita hic quoq; ait Origenes, ingressus domin⁹ nauiculam, fecit turbari mare, commouit uentos, concitauit fluctus. Cur hæc? ideo ut discipulos mitteret in timorem, & suum auxilium postularent, suam quoq; potentiã rogantibus manifestaret. Hinc igitur uos quoq; discite, si quando uobis dominus uel aduersitates uel tribulatiões immittit, inuocare ex animo dominum, non murmurare. sæpe enim nos torpentes in bono, dominus hoc modo ad pietatem excitat & opera bona, sicut & Dauid in

quit: Ad dominum cum tribularer, clamaui. & de alijs q̃q̃, Clamauerunt ad dominum, cum tribularentur, & de necessitatibus eorum eduxit eos. Ne dubita profecto necessitate (quod habet prouerbium) magna ad cursum instruitur equus quamuis ignauus, pluresq; longe ad cælũ perduxit aduersitas, quàm fortuna secunda & adulatrix lætitia: unde quicquid tibi aduersum accidit, uelut nuncium suscipe dei. statim enim urget & uel inuitum impellit ad deum. Quod si sine exẽplo nõ credis, en hic ipsum tibi tribulatum & grauiter afflictum, clamantem ad dominum: Exaudi me domine, quoniam benigna est misericordia tua, secundum multitudinem miserationum tuarum respice me, & ne auerras faciem tuam à puero tuo, qm̃ tribulor, uelociter exaudi me. Intende animæ meæ & libera eam &c̃. Ecce quàm ex animo precatur, quamq; celerem & festinatam opem implorat, qui in tribulatione est, & aduersitatibus premitur. Psalm. 118 Psalm. 106 Psalm. 68.

¶ Et hic quoq; præparaturus iam apostolos suos Christus, & instituturus ut cognoscerent, se in omni necessitate refugium ad dominum habere debere, præcepit iã motum hunc maris fieri. Quod & Origenes agnouit, cum diceret: Tempestas illa nõ ex sese oborta est, sed potestati paruit imperãtis, eius qui educit uentos de thesauris suis, qui terminũ mari arenã cõstituit. Volebat enim hoc ipso miraculo declarare Christus, se & esse & credi ab oñibus deum uerũ, de quo iam olim Dauid dixerat: Qui cõturbas profundũ maris, sonum fluctuũ eius. Tantæ fuerunt aũt istæ, procellæ maris, ut illi iam de periculo metuerẽt & submersione nauis. Atq; merito quidẽ magna tempestas extitit maris, qa magnum opus facturus & exhibitur⁹ erat dñs, sicut ipse rei docebit exit⁹. 3. Obdormiuit dñs, resuscitatusq; est à discipulis. O res mirabilis & stupenda, inqt Origenes, Is qui nunq̃ obdormit, dormit: is qui cælum & terrã gubernat, dormit. dormiebat quidẽ corpore, sed uigilabat deitate: quõ cũ ad fontẽ ueniret, fatigatus etiã legitur. Eũ enim hic iuxta diuinitatẽ nõ dormiuisse uel hoc satis arguit, q̃ tã ualide motũ est mare. illud nãq; quõ cõcitasset dormiẽs? Oĩs aũt ista dormitio, ppter discipulos tã tũ facta ẽ dispẽsatiue, ut sic illi uegeti magis et robusti red Psalm. 134. Psalm. 64 Origenes Johan. 4.

derentur. Marcus enim super ceruical eum dormiuisse asserit. Vtut sit, simulauit ille somnum ad tempus, talemq; se gessit, quasi qui adiuuare nō uellet. Aliam adhuc rationem adsignat beatus Hieronymꝰ, eamq; ferme huiusmodi: Typus utiq; dñi Ionas extitit, uel Christo testante, un

Hieron.

Matth. 12. de nō sepultura tantū adæquari illi uoluit triduana, sed in hoc quoq;, ꝙ etiam Ionas, periclitantibus omnibus, solus dormierat in naui. ita hic quoq; ex somno resuscitat Christus, apostolos seruauit, quod Chrysostomus in hūc

Chrysost. modum refert: Quòd si uigilantem etiam dominū uidissent, aut non adeo pertimuissent, aut petere ab eo salutē ꝙ pericula eoꝝ uideret, neglexissent, aut non posse ipm fluctus sedare putassent. fuit autem hæc maris procella & turbatio ueluti significatrix istius imminentis tentatio-

2. Cor. 1. nis, de qua Paulus inquit: Non uolumus uos ignorare fratres de tribulatione nostra quæ facta est in Asia, quoniā supra modum grauati sumus supra uirtutem, ita ut tęderet nos etiam uiuere. Ad huiusmodi nimirum futura pericula istis aduersiratibus instruebantur discipuli. Verum hæc tibi esse debet summa consolatio, ut maxime appareat dominus dormitans, nihilque agens, tu tamen ipsum excita cū apostolis. profecto enim non dormit ille, quàm diu etiam ceruicali innixus iacet, somnumq; suum simulat, quod ipse in Canticis testatur, dicens: Dor-

Cantico. 5 mio, & cor meum uigilat. Neq; latuit illud sedulū illū excitatorem domini Dauidē, cum in psalmis caneret: Non

Psalm. 120 dormitabit neq; dormiet qui custodit Israel. Quisquis es igit̄ homo diuinæ opis indigus, clama, ne cesses, inuoca dominū, & exalta uocē tuam, dicēs: O domine Iesu Christe, ne dormites super me miserrimo peccatore, sed uigila super me auxilijs & alis gratiæ tuæ distentis, ne quando

Psalm. 103 pereā in profundo pelagi & mari huius mundi demergar, in mari isto magno & spatioso, ubi reptilia sunt, quorum non est numerus.

4. ¶ Suscitatio porro illa domini per apostolos nō simpliciter facta est, autore Origene. usq; adeo ēm illi erāt

Origenes exterriti & perturbati, ut iam super ipsum irruerēt Christum, eumq; penè importunius excitarent, dicētes: Dñe salua nos, perimus. Quàm sit periculum horribile in ma-

ri simul & omnibus aquis naturaliter, destitutos iam omni spe uitæ, nullam habere euadendi uiam, seu auxilij expectationem, qui experti sunt, nôrunt. Irruentibus igitur hic quoq; procellis undiq;, & increbrescẽtibus undis, tantumq; non fracta aut mersa naui, an non tremerent, horrerent, trepidarent discipuli, eo maxime, quòd iuxta Christi testimonium fidei adhuc modicę erant? Id adeo contemplans Origenes, sic inquit: O beati, ò ueraces dei discipuli (alia lectio habet uæcordes) dominum saluatorem uobiscum habetis, & periculum timetis? uita uobiscum est, & de morte soliciti estis? maris turbinem timentes, creatorem eius prȩsentẽ suscitatis, quasi non possit dormiẽte corpore, fluctus sedare aut mitigare? Quòd si dixeris hanc excitationem non esse infidelitatis signũ: nanq; si eum plane non credidissent maris quoq; uel (ut isti loquũtur) salsi potẽtem, nec eius opem imploraſſent, neq; ipsum excitassent. Respondet Chrysostomus, credidisse quidem eos, unde & discipuli fuerunt Christi, non futuri utiq;, si nihil credidissent. fides autẽ ista, iuxta uerbum domini, modica erat, unde & dominus increpabat eos, quasi dicens: Creditis uos quidem posse me adiuuare uos, uerum non creditis posse me idem illud dormientẽ iuxtà præstare ac uigilantem. Quia igitur fides in uobis modica est, ad eam augendam uosq; in ipsa exercendos, ecce in nauim adsumpsi mecum, & hanc tam ualidam cõcitaui tempestatem. Cur non tanta uobis inest fides, ut cũ Dauide dicatis, Si habitauero in extremis maris, ecce illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua? Noui equidem fidem uestram. dominum etenim me dicitis, creditis etiam me creaturis omnibus dominari, & sic me posse imperare potestati maris, eiusq; fluctus sedare. creditis, quoniam uerbis corripere possim, unde & opem ex me quæritis, cum Dauide clamantes: Eripe me & libera me de aquis multis. Verum hæc omnia eo non sufficiunt, q̃ putatis me non eadem quoq; posse dormientem: quòd arbitramini ut corpore, ita ratione & diuinitate etiam me dormire. Non sic inquam, non sic, Dormio quidem ego, sed cor meum uigilat. Quid itaque timuistis? aut quantula & ubi est fides uestra? Huiusmodi quæ-

Origenes

Psalm. 138

Psal. 143.

Nahum. 1

Cantico. 5

dam, quæ apostolis dixerit Christus, pro se suaq; pietate meditari quisq; poterit, cum certum sit, & ueluti perpetua quædam regula haberi debeat, euangelistas non semper ipsa, ppríe & exacte descripsisse uerba, ut dicta sunt: quamuis enim ea retulerint interdũ, tamen plurimis in locis idipsum non fecerunt, contenti plerunque historiam breuiter & fideliter recensere: aliâs quis futurus erat scribendi finis, quãdo & Iohãnes testatur, si omnia oportuisset scripta, ne mundum quidem sufficere potuisse capiẽdis omnibus illis qui scripti essent, libris? Id adeo luce clari9 ex hoc loco patet, ubi Matthęus refert dixisse Christũ ad apostolos: Quid timidi estis modicę fidei? Marcus uero: Quid timidi estis? necdum habetis fidem? Lucas autem in eiusdem rei descriptione, ait ipsum eos increpasse in hæc uerba: Vbi est fides uestra? Ex illis tam diuersis constat, Christum & hæc ibi in euangelio comprehensa, & ꝯs plura dixisse uerba ad apostolos.

c. cũ mar. de celeb. miss.

Iohan. vi.

Matth. 8. Mar. 4. Lucę. 8.

5. ¶ Surrexit itaq; Christus & imperauit uentis ac mari. Vbi notandum est, non sane temere singulos illos euãgelistas tres, descripsisse adeo discrimináatim increpationem istam, Christumq; uentis simul imperasse & mari: ꝙniam tempestas ista non à uentis mouebatur tãtum, sed & ex ipso fundo maris consurgebant & erigebantur undæ, quæ tempestatem horridiorem neq; paulo faciebant periculosiorem: & sic à uento desuper ex aëre, ab undis aũt ex imo maris grauiter affligebãtur. Et ecce dedit hic nobis dominus doctrinæ imaginem, ut & nos in omni cõturbatione & contumelia patientiam teneamus, stabiles simus, fidem non deseramus. Et si omnis iste mundus tanq̃ mare ebulliat, atq; in furorem consurgat, & si omnes uenti & uertigines dæmonũ undiq; sæuiant, & si omnis tẽpestas maris, id est, omnes principatus & potestates mũdi concitentur, & in tumore iracundiæ spument, ut furiant sup sanctos, & si adhuc usq; ad cælos sese extollãt, ut tempestates maris malignantes ac dolos & fremitus concitantes aduersus aliquem uestrum: nolite timere, nolite turbari, nolite contremiscere, nolite deficere. Oẽs quot quot in fidei nauicula cum domino nauigatis, oẽs ꝙtꝙt in hac nimirum sanctæ ecclesiæ nauicula cum domino

Origenes

per hunc undosum supernatatis mundum, etsi ipse dominus dormiat pio somno, nostram patientiam & tolerantiam expectans, uel impiorum pœnitentiam & conuersionem sustinens, alacriter accedite ad eum, orationibus instantes, atque cum propheta dicentes: Exurge, quare obdormis domine? exurge, adiuua nos, & redime nos propter nomen sanctum tuum. Cum igitur iam dominus potenter adeo uentis imperasset & mari, facta est tranquillitas magna. Et hoc est miraculum illud admirandum, quod fecit hic dominus, qui nobis post undosas huius miseriæ procellas, trãquillam donare dignetur requiem in cælesti patria, Amen. Psalm. 43

HOMILIA SECVNDA
dominicæ quartæ post Epiphaniam domini.

SAtiatis quinque hominum millibus in deserto ex pauculis panibus, & adhuc remanentibus reliquijs, legimus præcepisse discipulis suis CHRISTVM, ut ea quoque colligerent fragmenta, ne pereant. Idipsum nos quoque facientes, reliquias quæ ex euangelio proximo Matthæi octauo nobis supersunt, adhuc proferamus. eas ubi fregerimus, uos dentibus fidei masticate & conterite, inq; augmentum sanctæ pietatis conuertite. Ioan. 6.

¶ Refert hic euangelista, ascendisse Christum in nauiculam, prædicando occupatum, neq; contentum iis qui citra mare habitabãt & erant hoĩbus prædicare, nisi insuper ulterioribus quoq; istis euangelizaret, ad quos iam nauicula uectus progrediebatur: dumq; ueheret, sopitus est, sed studiose & ita uolens, ut sic occasio daretur miraculo, quamuis uerisimile est, eum iam defatigatum, ista corporis requie non parum indiguisse. Quicquid sit, cõstat hic dominum hæresim confutasse Manichæorum, dum ministerio uti non dedignatur nauiculæ, ut naturam hoc modo suam testaretur humanam: qui diuina sua omnipotentia poterat inambulare aquis, quod & alibi fecisse eũ legimus, quando quarta noctis uigilia uenit ad discipu- Manich. Matt. 14

los suos, ambulans supra mare. Sed & dormiens, hominē se testatur esse, qui deum postea in exhibitione miraculi se declarauit, ut & nos cōfirmaret in fide, facilī hoc modo credituros, & deum esse ipsum & hominem uerum. fatigationem quoq; suā Marcus exprimere uoluit, cum diceret: Dimittentes turbam, adsumunt eum ita ut erat in naui, ubi prędicauerat. Et auecti uelut à labore continuo, ceruical suppositum ei: quo ille tamen non abusus ad uoluptatem, sed ad honestam quietis usus est necessitatē, nos quoq; docens, posse laborum nostrorum recreationes admittere & refocillationes: quoniam & ipse ceruical tantū, neq; plus subīci passus est sibi. & nos igitur necessariīs illis non ad uanam mundi carnisq; abutamur uoluptatem, siquidem istud quoq; per propheram prohibuit dominus, dicens: Væ uobis qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis uestris. Neq; uero legimus Christum sanasse quenquam in lecto decumbentem, & quod apud Iohannem habetur de claudo, quem sanitati restituit dominus: sunt, qui dicunt eum quoq; non iacuisse in lecto, sed ceruicali, uili nimium & abiecto, cui iste capite tātum fuerit innixus & humeris. Quamuis in ea re haud ita multum est positum. uocabulum enim istud grabatū, à κραβὰ deducitur, id est, caput, & dicitur quasi κραβάτος, sed hæc ad scholas sunt relegānda. Et hæc prima propositi euangeliī pars est, qua declaratur, Christum non ut nauis indigum, nauim ingressum, sed quoniā nauis egebat Christo, peritura utiq; si sine ipso fuisset.

Mar. 4.

Amos. 6.

2. ¶ Quomodo autem ille uirtute sua diuina concitārit uentos, dictum est homilia præcedenti. constat sane ipsum id adeo fecisse, ut fidem eorum confirmaret & augeret, ipsosq; simul ad subeundas confortaret tribulationes. Non desunt tamen qui uelint obortam esse hanc tempestatem propter Iudam, qui & ipse fuerit in naui. certū enim hoc est, commercia malorum non raro causam esse periclitationis bonorum, quomodo & in ueteri testamēto præcepit deus: Recedite à tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere quæ ad ipsos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum, & pereatis. Vnde & Glossa quædam super Lucā dicit: Merito turbatur nauis, in quā

Nume. 16

proditor est cum bonis. & qui suis meritis firmi fuerant, turbantur alienis. Res est sane contagiosa & nociua, ubi uel unus fuerit malus bonis immixtus, quid futurum, si multi mali bonis conuersentur? Iosue ex præcepto dei dicebat ad populum Israel: Anathema in medio tui est Israel. non poteris stare cum hostibus tuis, donec deleatur ex te, qui hoc contaminatus est scelere. En hic exemplum tibi, ubi unius hominis flagitium in totam redundat hominum multitudinem, sicut adhuc hodie usu uenire uidemus, ut dum ex aliquot malorum uitijs iratus deus, famem, pestem, annonæ caritatem immittit, eidem cum impijs istis supplicio subiecti sint etiam boni omnes, Testatur autem & Iob, inter filios dei apparuisse etiam sathan, statimq; eum effecisse, ut Iob bonis suis primum, deinde liberis priuat⁹, mox corpore toto castigaretur. Sed & in alio scripturæ loco legimus, q̄ sathan cum uenisset inter filios dei, fecit ut esset spiritus mendax in ore omnium prophetarum. Sunt igitur mali ex omni hominum congregatione exigendi, ne ab eis cæteri quoq; perturbentur, uel propter ipsos malum sustineant: quamuis dispensatorie inter apostolos suos Christus Iudam sustinuit & passus est, quoniam Iudas necdum malitiam suã manifestârat, nec se ad fœdum proditionis scelus intromiserat. Cum autem consideras hic & uides etiam apostolos, quibus dominus adest, tentationum secularium procella perturbari, attende (ut habet Glossa super Lucam 8.) & aduerte neminem sine tentatione de hac uita posse transmigrare, si quidem quod Paulus ait, uerum est, ut est sane uerissimum, quoniam omnes qui pie uolunt in Christo uiuere, persecutionem patiuntur. Quomodo angelus quoq; Raphaël dixit ad Tobiam: Quia acceptus eras deo, necesse fuit ut tentatio probaret te.

Iosue. 7.

Iob. 1.

3. Reg. 22.

Glossa.

1. Tim. 3.

Tobiæ. 12.

3. ¶ Audiuimus nauiculam undis ac procellis hinc inde iactatã & impulsam, ipsosq; adeo discipulos metu perculsos, trepidare tantum & horrere, tandemq; de uita iã desperantes ad Christum confugere, & ipsum excitare. Discamus igitur hinc & nos in necessitate constituti, ut omni primum moto lapide ad profligandam illam, dei tamẽ nõ obliuiscamur: subinde clamemus ad ipsum, opẽ

illius inuocemus, exemplo ipsius Iosaphat nos id quoq;
2. Par. 20. sic docentis: Cum ignoremus, quid agere debeamus, hoc
solũ habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te.
Ideo enim obdormiuit Christus, ut probaret, quomodo
apostoli recursum omnem & refugium suum habituri
essent ad dominum, sicut omnes nos facere debemus iu-
xta præceptum sancti Petri: Omnem solicitudinẽ uestrã
1. Petri. 5. proiicite in deũ, qm̃ ipsi cura est de uobis. Et Dauid dicit:
Psalm. 39. Mendicus & paup sum ego, & dominus solicitus est mei.
Cum aũt ex modica fide petebant discipuli, increpabat
eos dñs. & nota, increpat ille primum discipulos, deinde
Chrysost. uentos, inqt Chrysostomus. nanq; timor iste quem habe-
bant, non erat causa quãobrem in tentationẽ inducerẽ-
tur, sed imbecillitas mentis. Et quãuis apud Lucã post uẽ-
Luce. 8. tos obiurgantur discipuli, tamen hoc inde tãtum colligi
tur, qm̃ discipulos ante et post obiurgatos uentos increpârit: Quid timidi, inquiens, estis modicæ fidei? quasi dice
ret: Si deum me uere eẽ creatorem omniũ suscepistis, qua
re non creditis, q; ea q̃ à me facta sunt, in mea habeã pote
Origenes state? quare ergo dubitatis pusillæ fidei? qui pusillum cre
dit, arguetur, & fragiles in fide. alieni autem à fide, oñi
no punientur. Qui in fide sunt imbecilles, pie corripiun
tur: à fide autem qui plane sunt remoti, excruciantur &
torquentur, sicut & olim, & nunc quoq; obstinati Iudæi
simul & Ethnici faciunt. unde factum est, ut in sua indu-
rati malitia iamdudum perierint. Et uos itaq; in Christo
dilectissimi, curate ne in immensa maloꝝ turba cõnume
remini. fidem potius uobis parate constantem & firmã,
ne tandem à deo iusto condemnemini iudicio, ne quan-
do in fide deficientes graui metu corripiamini, maxime
mortis tempore, cum fidei afflictio siue tentatio grauissi
ma est. & tũc si quem uidet diabolus in fide pusillanimẽ,
eum uero adoritur, deniq; eum omni admoto ariete con
cutere molitur, & ea fide deijcere, sicut dictũ est illi à deo
Gene. 3. in serpente: Ipsa conteret caput tuum (uel ipsum semen
conteret) & tu insidiaberis calcaneo illius. per calcaneu-
um, hoc est, quod in homine imum existit, terminum &
ultimum istud humanæ uitæ intelligere debemus mor-
tem, cui omnium maxime insidiatur diabolus. Neq; sunt

iam pauci, quorum quis sibi uidet fortissimus & fide plane inconcussa, ad credēdū uero leuissimus atq; facilimus est: ubi autem serio pugnandum & ultimo isto conflictu decertandum fuerit, ibi demum qsq; hostiles experietur & sentiet afflictiones in fide, fortissimosq; insultus. quod cōsiderans Paulus, recte fidem scutum appellauit, dicens: In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Ephe. 6

¶ Hic nanq; dum quis in hac uita fidem sibi habere uidetur, & optimam & tutissimam, similimus illi est, q truncum in aqua fluentem ducit, ipso aquæ fluxu urgente facilime: uerum ubi ad littus uentum fuerit, tum demum q prius leuiter in aquis truncum promouerat, sentit in tollendo & eleuando illius grauitatem ac pondus. Eodem plane modo quisquis hic secura nauigat aura, quisquis qdem fidem habere se putat securam, is ubi ad uitæ littora adpulerit, uitam commutaturus morte, tunc deniq; uidebit, quidnam hic crediderit, qualemq; fidem habuerit. Nemo itaq; de se nimium præsumat, nemo fidem se habere putet fortem & ad omnem cuiuscunq; periculi euentū constantem. Quin potius ad dominū clamet cum apostolis: Domine, adauge nobis fidem. Simile aptissimum. Luce. 17.

4 ¶ De pusillæ fidei modicitate reprehensis iam discipulis, Christus porro consurgens, uentis quoq; imperat & mari. Ex quo intelligimus, inqt Hieronymus, q omēs creaturæ sentiant creatorem. quas em̄ increpauit, & quibus imperauit, sentiunt imperantem. Non errore hæreticorum, qui omnia putant animantia, sed maiestate conditoris, quæ apud nos insensibilia, illi sensibilia sunt. Ex magna tempestate parem fecit dominus serenitatē, magnus erat dominus, magnáque eum decebant opera. Et sicut hic sedauit mare, ita idem ille dominus quotiescunq; in ecclesia uenti oboriuntur, tempestatesq; persecutionum, per hæreticos siue gentiles, ubi ille saltem imperauerit uentis diaboli, subito euanescūt, magnaq; statim pax & tranqllitas redit ecclesiæ. Ah quàm nunc quoque operæprecium foret & necessarium, excitare dominum. Quantus em̄ in nos irruit ex oriente uentus Turca iste sęniēs, nauiculam Christi & Petri submersurus? Exciderūt Hieronym. Origenes

iam in medios fluctus & undas maris imperatoriæ sedes duæ, & regna plus quàm triginta. Deperiit, proh dolor & pudor, augustissima Constantinopolis. Quid nobilissimum referam imperium Trapezuntium? Neq; dum finis, adhuc furit uentus pestilens, pariq; atrocitate in Croatiam, Hungariam sæuit & Carniolam, quarum tamẽ bonam iam antehac abripuit partem, sicut & Christianissimam nobis nostræq; fidei abstraxit Rhodum, Rhodum inquam insulam illam, uel ob hoc unũ perpetuis ad astra usq; ferendam laudibus, q tantisper se summis tutata est uiribus & conatibus, dum tandem iugo istius quoq; inuita collum subderet (ah uix à lachrymis mihi tempero) & imperio. neq; adhuc quicquam de aliquo fine constat, indies aliud ex alio malum. En autem alium tibi, & bonis omnibus odiosissimum ex aquilone uentum, Lutherum,

Lutherus Iere. 2. ut sic impleretur Ieremiæ uaticinium: Ab aquilone pandetur omne malum, ex quo alius adhuc lateralis uentus ortus est pernicioſus, qui seditioſum rusticorum uulgus concitauerat, quod tamen infelici exitu eorum sedatum est, & inenarrabili damno. Pestilẽtior adhuc exortus nobis est, magisq; turbidus & uæsanus ex occidente uentus

Hæretici in Zuinglio, Bucero, istorumq; similibus, qui ipsum eriã (qua sunt pertinacia & crudelitate) è nauicula Christum exturbare & præcipitare moliuntur, quiq; eundem iam sibi ex sacramento altaris eiecisse uidentur. Et ne quarta cæli plaga nihil quod minetur habeat mali, ex meridie in septimum iam annum perpetua nos terrent capitum Christianismi bella, cum immẽsis ambarum partiũ sumptibus, nec sine magna pauperum diuitumq; totius Italiæ internecione, & cum maxima sanguinis multorum innocentum profusione. O miserrimam Christianismi conditionem. Nunquam Turca fuit potentior, nunquã hæresis horrior, nunquam bella crudeliora, qbus uel plures, uel potentiores inuoluti fuissent principes & optimates uiri, Papa, Imperator, Reges Galliarũ & Angliæ, Venetiæ, Germani, Hispani, Siculi, Neopolitani, Itali, Franci orientales, & Heluetij, ut præ oculis iam sit illud

Deut. 32. quod olim Moyses dixit: Foris uastabit eos gladius, & intus pauor. Quid multa? in hæc iam tempora incidimus,

de q̃bus Azarias: In tempore, inquit, illo non erit pax egredienti & ingredienti, sed terrores undiq; in cunctis habitationibus terrarum. Pugnabit enim gens cõtra gẽtem, & ciuitas contra ciuitatem, quia dominus conturbabit eos in omni angustia. Tantum nos iuuare potest in hac tribulatione dominus, quem & excitare debemus oratione sedula, ipsumq; deprecari, ut uentis istis turbulentis imperet, eosq; cessare iubeat, sicut & hic & alibi per Sapientem facere iubemur: Circundederunt me undiq;, & non erat qui adiuuaret. Respiciens eram ad adiutorium hominum, & non erat. Memoratus sum misericordiæ tuæ domine & cooperationis tuæ, quæ à seculo sunt, quoniam eruis sustinentes te domine, & liberas eos de manibus gentium. Periculum est tamen, ita subito nõ desituros istos uentos, quoniam peccata nostra nondum desinunt. iusto igitur iudicio & uentos non sedabit deus. Omnes enim creaturæ seruiunt & parẽt imperio dei, idq; in hominis confusionẽ, ignominiam, & cõdemnationem. Iubet (inquit Origines) mari, & non contemnit: dicit uentis & tempestatibus, & mox compescuntur: iubet omni creaturæ, & non supergreditur iussionem eius. Et hominum genus, & unum quod secũdum similitudinem dei honorificatum est, cui uerbum & prudentia data est, hi soli homines resistunt, hi tantum inobedientes sunt, hi soli contemnunt: ideo hi soli in iudicio damnabuntur, & à iustitia punientur, ueluti deteriores mutis animalibus, uel his quæ sine spũ & anima sunt in hoc mundo. Deus tamen ille misericors & miserator dominus, misericordiam nobis & gratiam suam donare dignet, Amen.

2. Para. 15

Eccl. 15.

Origenes

HOMILIA TERTIA
dominicæ quartæ ab Epiphania domini.

TAntum nobis reliquiarum ex primo sermone remansit, ut iustum adhuc ex illis confici possit conuiuium. Age igitur ulterius iam euangelium istud tractemus: Christus ascendit in nauiculã, orta est statim tempestas, trepidantes dominum excitârunt discipuli, q̃s ille increpauit, uentisq; imperauit & mari, unde facta se-

renitate magna, admirati sunt homines, & dixerũt: Quis est hic, quia uenti et mare obediunt ei? Vbi si quæris qui nam isti fuerint homines, en tibi respondet Hieronymus: Non discipuli, inquiens, sed nautæ & cæteri, qui in naui erant, mirabantur. & si cõtentiose quis uoluerit eos qui mirabantur, fuisse discipulos, respõdebimus recte homines appellatos, qui necdum nouerant potentiam saluatoris. Origenes tamen diuersum sentiẽs, dicit: Non putes hic per homines apostolos esse significatos. nusquam enim inuenimus præter honorem cognominari domini discipulos, sed semper aut apostoli, aut discipuli nominantur. Intelligit itaq; istud ille uel de ijs qui simul naui gabant, uel quorum erat nauicula. Auditum est autẽ iam antehac ex Chrysostomo, solos cum domino discipulos nauigasse. Quamuis in hoc parum situm est, siquidem facile dici poterit, plures dominum esse secutas nauiculas, sed & stagnum, quod ex Iudaici sermonis idiomate mare cognominatur, non adeo latum est & amplum, ut nõ in ipso uidere potuerit littore, tempestatem & periculũ periclitantium in naui. Ad hæc consyderârunt illi quoq; subitam adeo serenitatem ex uentis & mari tam repente præter naturam exortam. aliâs enim compositis iam uentis fremitus non statim sedatur, & æstus aquarum, ut iam non temere admirati sint illi: neq; parua ista erat admirationis causa, q̃ uidebant mare ex imo profundi concitatum, ipsosq; adeo sedatos uentos, unde & dicebãt: Quis est hic? non q̃ sic interrogarent, sed quoniam confirmabant, ueluti dicẽtes: Maior hic est q̃ Moyses, potentior Elia: quorum ille ui mare diuisit, uirga illud feriens: hic uero pallio Iordanem percussit & separauit, ut sic arida cum Eliseo uia pertransiret, tandemq; igneo curru raperetur in cælum. Horum tamen omnium magnum extitit discrimẽ. Moyses eñ illud fecit ut minister & seruus, Christus ut potentissimus. non eñ uirgã, ut ille tetendit, non manus in cælum sustulit, nõ precibus indiguit, uerũ ut dñs ancillæ imperans, & cõditor suæ creaturæ, sic fluctus maris depressit, sedauitq; quasi freno, uerbo solũ atq; præcepto. omnis confestim soluta est tẽpestas, nec uestigium fuit ullum turbationis relictum. Hinc factũ est, ut

Hieronym.

Origenes

Chrysost.

Exodi. 14.

4. Reg. 2.

Chrysost.

merito demirati sint hoies, Dormit nanq; in naui ut homo, & uētis mariq; imperat ut deus. sedensq; in naui, creaturas omnes solo suo imperio deflectit ad uolūtatem suam. Admiremur itaq; & nos, quādo & benignitates & beneuolentias ostendit circa nos dominus, quando nos de periculis saluare dignatur, quando de tumultibus & tribulationibus multis nos liberat, quando ab inimicis insequentibus nos eruit. Miremur & mirantes gratias agam⁹ & gratiæ obediamus, obaudiētes timeamus, timētes diligam⁹, ut æternæ charitatis ab eodē hæredes efficiamur. Origenes

¶ Sed nunc iam piscium quoq; reliquias attentemus, sensum etiam spūalem degustare, primumq; statim historiam hanc de Christo exponamus allegorice (cū facile sit ire per symbola, ut superius diximus) dicamusq; nauim significare sanctam crucem. nauis nanq;, si substātiam spectes illius, lignum est. usus eius est ad transfretandum. in hoc em̄ paratū, paruaq; est, non oneraria galea, aut caraca, aut triremis. Quæ omnia probe competunt cruci, q̄ hæc ꝙq; in substantia sua parua sit, humilitatem præ se ferens magnam, in qua redempti sumus. unde & Sapiens dixit: Vt non essent uacua sapientiæ tuæ opera, propter hoc etiam & exiguo ligno credunt hoies animas suas, & transeūtes mare, per ratem liberati sunt. Exiguum sane istud lignum crux est, in qua dominus noster Iesus Christus operatus est salutem uniuersi orbis, per quam deinceps fideles omnes ad portum appellunt salutis æternæ. In hanc nauiculam ascendit Christus ipsa parasceues die. & apte nauiculam interpretamur crucem, cum hæc, nauis quoq; figurā habuerit. superius em̄ & inferius angusti or fuit. superius qdem, q̄ ibi optimus maximus ille generis humani redemptor, nō habuerit ubi caput reclinaret suum: inferius uero, quoniam ibidem clauo cōfixus uterq; pes fuerit. In medio autem lata fuit, ubi perfidi Iudæi sanctissimum Christi corpus usque adeo distenderunt, ut omnes illi in corpore uires membraq; omnia contremuerint, impleta sic in ipso Dauidis prophetia, dicentis: Foderunt manus meas & pedes meos, & dinumerauerunt omnia ossa mea. (uide in passione.) Ascendēte itaq; Iesu in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius: secuti Nauis. Crux. Sapi. 14. Matth. 8. Psalm. 21.

inquam Christum sunt etiam apostoli per supplicia passionum, sicut & ad filios Zebedæi dixit dominus: Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? & respondent, Possumus. Et apud Lucam: *Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* unde apostoli omnes martyrio coronati sunt, uno excepto Iohanne, qui in feruentis olei dolium missus, deinceps in exilium relegatus est.

Matth. 20
Luce. 9.

¶ Ingresso autem in hanc nauiculam Christo, factus est motus in mari mundi huius magnus. magna enim in elementis omnibus facta mutatio est, quando sol & luna obscurarentur, uelum templi scinderetur, terra uniuersa caligine obfuscaretur, scinderentur petræ, totaq; tremeret terra, & sepulchra mortuorum aperirentur. En tibi maris huius motum maximum. Sed adhuc undas & procellas aquarum uidere desideras? ecce persecutionem aspice uehementem, quæ Christo etiam in cruce iam suffixo contigit, ubi primus statim calumniator illius latro fuit à latere pendens, cum diceret: *Si filius dei es, salua nos.* Transeuntes quoque exprobrabant illi: Vah, qui destruis templum dei &c. Sed & principes sacerdotum & scribæ improperabant ei, quoniam alios saluasset ipse salutis inops & indigus. Astabant hic, qui patrem suum cælestem inuocanti inclamabant, Eliam uocat iste. Neque deerat ijs omnibus insolens quoque militum elusio, qui pro uino acetum offerebant sitienti. Omnes istæ procellæ nauiculam CHRISTI crucem sanctam obruerunt, & infestârunt, quibus & luctus & fuga accessit discipulorum, compassio uirginis matris. unde factum est ut tota undique nauis obtegeretur sæuientium undarum tumultibus, maderetq; iam sanctissimo innoxij sanguinis defluuio. Neque sic in Christo desijt hæc tempestas, durârûnt uenti isti etiam apud gentiles, quibus stultitia erat crux CHRISTI, & Iudæos, quibus scandalum extitit. In ijs igitur undis, ecce obdormit dominus, dum in ara crucis tradito patri spiritu moritur. somnus enim illius mors est, testâte id quoque in Psalmis Dauide: Ego dormiui. &, In pace in idipsum dormiam & requiescam. Et cum iam magno illius in somno & morte teneren-

Matth. 27
Luce. 13.
Mar. 14.

1. Corin. 1

Psal. 3. 4.

tur desiderio discipuli, resuscitatus die tertia resurrexit, & eos increpauit de incredulitate, quam dum sustulit, uẽtis imperauit & mari. & tunc deuicta morte, superato diabolo, facta est serenitas magna, quando etiam uiso domino gauisi sunt discipuli. Id adeo iam nos quoque audimus, miramur & obstupescimus, quoniam sicut tunc uenti & procellæ in nauiculam Christi sæuierunt, ita de inceps cõtinuo quoq; in hæc tẽpora usq; aduersus naues apostolorum & martyrum insurrexerunt. Mar.15. Johan.10

¶ Neque absurde nauis hæc intelligi potest quælibet cuiusuis Christiani hominis anima: quæ in mare tũc adducitur, quando corpori unitur. In'q; eam descendit CHRISTVS, cum illi gratia sua assistit. statim'q; uenti persecutionum concitantur, nunc diuitijs, nunc honoribus, potentia aliâs. uicissim & carnalis concupiscentiæ fluctus commouentur, quibus non raro obruta contegitur nauis. Quicquid enim in hominem prævalet aduersitatis, periculi, uoluptatis, doloris, fortunæ, psecutionis, aliud esse ne credas quàm fluctus & undas, quibus sæuientibus, excitandus est dominus oratione sedula & pia. statim'q; adueniens ille, serenitatem facit & tranquillitatem magnam. Anima hominis nauis.

¶ Sed & ipsa catholica ecclesia nauis firmissima est & solida. in ea sedet dominus, ut gubernator illius & rector, eúmque sequuntur discipuli, prælati ecclesiæ. Exurgunt autem uenti, quia in eam subinde persecutiones mouentur & minæ gentium, hæreticorum, Iudæorum: & nunc nouo quodam sæuitiæ genere principum quorundam insolentia, aduersus ecclesiam & ecclesiæ libertatem pugnantium, contra leges proprias nitentium fortiter, adeo ut dormire iam credatur ab omnibus dominus. Ecclesia quoque nauis.

¶ Quem cum prælati ecclesiæ orationibus suis excitant, ut surgens uentis imperet, persecutiones compescat, hæreses aboleat, ecclesiæ & illius ministris libertatem & omnia iura reddat, tunc demum fit ista tranquillitas magna. O igitur domine Iesu Christe, largire propitius, ut hanc pacem nos quoq; tandem restitutam uideamus in fide nostra catholica.

Nauicula pœnitẽtię

¶Ad extremum pœnitentiam quoq; nauiculam esse, & uulgare est, & à doctissimo uiro domino Kaisersper-gio latissime declaratum, & per nos quoque explicatum. Quæ quia in omnium passim sunt manibus, missa nunc facio. Et uos deo & protectioni diuinæ commendo. Oremus ad dominum &c̃.

DOMINICA V.
POST EPIPHANIAE FESTVM,
Euangelium Matthæi XI.

Luce. 10.

IN illo tempore respondens Iesus, dixit: Confiteor tibi pater, domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater, quoniã sic fuit placitũ ante te. Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Et nemo nouit filium nisi pater, neq; patrẽ qs nouit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Tollite iugum meũ super uos, & discite à me, quia mitis sum et humilis corde, & inuenietis requiẽ aĩabus uestris. Iugum enim meum suaue est, & onus meũ leue.

Infra. 28. Luce. 10. Ioh. 15. 13.

HOMILIA PRIMA.

DOminus noster Iesus Christus in hoc euangelio confitetur & gratias agit patri suo cælesti, quòd corda illuminârit humilium, ad credẽdum & cõfitendum ea, quæ tum fidei tum salutis sunt animarum, eaq; omnia absconderit à sapientibus, superbis nimirum & obstinatis. Deinde remuneratorem semet fatetur omnium qui in terris hic duriter laborant, & dicit: Cõfiteor tibi pater, domine cæli & terræ. Est aũt triplicẽ in scripturis confessionẽ repire, pcrõq; unã, de q̃ Iacobꝰ, Cõfitemi-

Iacob. 5.

ni, inqt, alterutrum peccata uestra. de hac Ioſue etiã ſic loquutus eſt ad Acham, Fili mi, da gloriam domino deo Iſrael, & confitere atq; indica mihi quid feceris, & ne abſcondas. Secũda confeſſio prędicationis eſt, de qua Paulus ita ſcribit: Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem fit confeſſio ad ſalutem. ea neceſſaria erat tempore perſequutionis in ipſis adhuc eccleſiæ primordijs, ubi quàm plurimi ſuppliciorum metu Chriſtum ore negabant, & tamen corde confitebantur. De neutra harum confeſſionum hic dominus loquitur, ſed de illa tertia, quæ laudis eſt & gratiarum actionis, cuius & Iſaias meminit, dicens: Domine, deus meus es tu, exaltabo te & cõfitebor nomini tuo, quoniam feciſti mirabilia, cogitationes antiquas fideles, Amen. Huiuſmodi hic confeſſione confitetur hic Chriſtus deo patri, quomodo confeſſio frequenter etiam uſurpatur in pſalmis. Et hæc ſane confeſſio, gratiarum actio eſt, qua quis agnoſcit ex quo beneficium acceperit, ut illum propter hoc laudet, quod ei contulit, bonum. Sic ita q; dicit hic Chriſtus, Confiteor tibi pater, domine cæli & terræ. hic ille eſt, cui confiteri & quem laudare debemus, deus pater cæleſtis, qui dat omnibus affluenter, & non improperat. Et merito quidem confiteri huic debemus, aperit enim manum ſuam, & implet omne animal benedictiõe idem ille dominus omnium, qui & diues eſt in omnes qui inuocãt eum. Audiant hic omnes qui Chriſtiani ſunt, quotquot fidem profitentur catholicã, & diſcãt, quoniam deus creauit eos, Chriſtus ſanguine ſuo redemit, & ſpũs ſanctus ſuper ipſos in baptiſmo & alijs ſacramentis effuſus eſt. Atq; dum credunt omnia bona ſe recepiſſe à deo, tandem q; uitam & felicitatem ſuſceturos æternam, ex animo gratias agant illi, ſicut fideliter monuit Paulus: Semper gaudete, ſine intermiſſione orate, in omnibus gratias agite. hæc eſt enim uolũtas dei in Chriſto Ieſu in omnibus uobis. Audin' uolũtatem hanc eſſe dei, ut in omnibus illi gratiæ agantur? Ecce idem te docet beatus Auguſtinus, inqens: Quid melius & animo geramus, & ore ꝓmamus, & calamo exprimamus, q̃ deo gratias? Hoc nec dici breuius, nec audiri lętius, nec intelligi grãdius, nec agi fructuoſiꝰ põt. Vos ex corde intimo di

Ioſue. 7.

Roma. 10.

Iſaię. 25.

Pſal. 4. 9. 106. & 108.

Iacob. 1.

Pſal. 144.

1. Theſ. 5.

Ad Aure. epiſt. 77. Deo gratias.

cite, Deo gratias, iterumq; ore ingeminate idipsum, Deo gratias. Verbum hoc uulgo etiam notissimũ est, & in ore omniũ frequens, sed nõ in suo illo succi pleno intellectu.

1. Cori. 10. Sic & Paulus cibum cum gratiarum actione præcepit percipiendum, dicens: Siue manducatis, siue bibitis, uel aliud quid facitis, omnia in gloriam dei facite. Hæc est aũt gloria dei, ut illi gratiæ agantur in omnibus. (Recita, si

Augustin. uis, totum caput trigesimum primum ex septimo de ciuitate dei Augustini.)

2. ¶ Quando itaq; ex iis constat, uerbum hoc, confiteor, non ad pœnitentiam hic referri & contritionem, superuacuum fuerit de illa multum referre, quod ueteres fecisse uidemus doctores, quorum temporibus & uul-

Origenes gus linguam latinam, & eruditiores callebant Græcam. Vnum est quod submoneam, ex Origene dicente: In hoc ipso quod sonuit confiteor, pectora tutudistis. Tundere autem pectus, quid est aliud quàm arguere quod latet in pectore, & euidenti pulsu occultum castigare peccatum? Hoc utinam animo reponeretis. tempore Origenis iam olim ante annos mille trecentos in usu fuisse apud catholicos, ut non occulta tantum & manifesta confessione, uerum etiam in sermonibus publicis quandocunq; confessionis audiretur uocabulum, tundebant pectora sua, sicut & de illo publicano euangelico Lucas commemorat. Sed & de gratiarum actione satis dictum est, quam-

Leuit. 18. uis hic quoq; plerisq; uestrum satis culpabiles comperian-

Quid agẽ dum in tẽplo. tur, cum dicitis, Quid est quod agam in templo? O uocẽ impiam & Christiano homine indignam, quasi tempus esse possit, quo nihil agere in templo queas, si deo uolẽs

Psalm. 17. & lubens seruires. Ecce te Dauid docet quid respondeas interroganti, quid agas in templo. Laudans, inquit ille, inuocabo dominum, & ab inimicis meis saluus ero. Aut quid obsecro agas in templo? Tam ne feliciter tibi succedunt omnia & ex uoto tuo, ut ne pro tentationibus quidem tuis (de aduersitatibus taceo) orãdus tibi sit deus? adhuc tamen ingredere templum, neq; pro illis tantum donis tantis gratias ei age, uerumetiam adhuc ora, ut quæ forte tibi incumbunt & imminent mala, auertat; roga in

1. Regũ. 15 bono ut te conseruet, neq; à gratia sua sicut Saul regem

sinat excidere, ora eum pro parentibus & maioribus tuis, pro benefactoribus, pro generali statu totius Christianismi. En tibi quod agas in templo. Ecce & ipsum hic tibi Christum, qui nec peccauit unquã, nec aliquid mali fecit, neq; dolus inuentus est in ore ipsius, & tamen confitetur, laudat atq; glorificat deum patrem suum, qui in cælis est. Quod si ille fecit, an nos facere idem recusabimus? quod etiam de bonis Dauid iam olim prædixerat: Quoniam magnificentiam glorię sanctitatis tuæ loquentur, & mirabilia tua narrabunt. 1. Petri. 2. Psal. 144.

3. ¶ Nunc sequitur & qua in re & quibus de causis patri suo Christus tantopere hic gratias agat, dicens: Confiteor tibi pater, domine cæli & terræ. Non illum dominum suum uocat, ne occasionem Arrio daret &alijs, qua diuinitatem sibi suam subtraherent. Per cælum & terrã omnes in uniuersum intellige creaturas, uel cælestes & terrestres creaturas. Cur autẽ tibi ò pater confitetur Christus? ideo nimirum, quoniam hæc abscondisti à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Hæc inquam, mysteria, scilicet noui testamenti, & omnia quæ ad salutem faciunt animarum, hæc etiam quæ indies adhuc manifestat ex recluſis illis scientiæ suæ & sapientiæ diuitijs atq; thesauris, ea omnia sapientes celasti. Quos illos? inquit Chrysostomus. scribas puta & pharisæos, qui apud semetipsos prudentes sibi uidebantur. Paruulos autem apostolos intelligit, humiles illos. Et sic sapiẽtes hic nõ eos accipies, qui uere & cum laude atq; ex gratia diuina sapientes existunt: sed istos, qui (ut inquit Hieronymus) sibi sapientes uidentur, & in conspectu suo prudentes. Arrius. Coloss. 2. Chrysost. Hieron.

Atq; hic per omnia nos docet, flatum superbiæ, testante id ipsum quoq; Chrysostomo, omnino esse fugiendum, ac simplicitatem admirandam, quod Paulus ampliorib⁹ uerbis scribit, dicens: Si quis uidetur inter uos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat ut sit sapiens. Scriptũ est em̃: Comprehendam sapientes in astutia eorum. Et iterum: Dominus nouit cogitationes sapientum, quoniam uanæ sunt. Frustra laborat omnis mundana uersutia, in ijs quę animæ sunt & salutis, q̃ hæc se recta in deum erigit: ideoq; & paruulis manifestauit deus mysteria fidei, nõ ma- Chrysost. 1. Cozin. 3. Job. 5. Psalm. 93

gnis, hoc est, illis qui sibi magni uidẽtur. isti. n. quid aliud sunt, quàm uel Melitide aut Coræbo (quos nobilitârunt
Roma. 1. prouerbia) stultiores? Veruntamen, ut Paulus ait, etiã qui se sapientes dicebant, stulti facti sunt. Quid ita? quia, sicut ibidem prius dixerat, obscuratum est insipiens cor eorũ. En causam tibi, quare qui sapientissimi sibi uidebant, stulti facti sunt, eo q̃ lumine carent, ideo q̃ sunt in tenebris. Et sane si præsentem statum mundi huius iam consideres, uideas plerosq; iudicio mũdi sapientissimos habitos, sibiq; etiam uisos non imprudentes, uelut marcida & putria poma decidere à cõmuni ordinatione ecclesiæ catholicæ, nouos sibi ritus & ordinationes condere proprio ingenio & capite confictos. Quæres, cur illud fiat? quoniã dum sapientiores sibi uideantur tota illa ecclesia, stulti facti sunt, stupidi, cæci, caudices, & quouis pistillo retusiores. Et id oñe ex illo, quia lumine isto lucidissimo carẽt,
Johan. 1. quod illuminat totum hunc mundum. Verum hoc ipso, cur adeo isti ex multis destituunt? bene quæris, & en tibi eius rei causam. Quia ipsi sibi lucere cupiunt, suo lumini innituntur, & corã semetipsis satis sibi uidentur sapere: apud hos nihil faciunt, imò nec quicq̃ ualent Pontifices, Imperatores, Concilia, Augustinus, Hieronymus, & quotquot sunt patrum, nullã isti ex ijs lumẽ recipiunt, sed neq; desiderant, ac oblatum quoq; respuunt, & omnino nullum admittunt lumen, quod deus incendit ad illustrãdas mẽtis nostræ tenebras: uerum omnia pro ceruicoso suo capite uolunt agere & efficere, ideoq; uenit super eos snia illa iã olim à sancto Paulo pronunciata, ac merito quidẽ, qm̃ dum sibi uidentur lux mera, Cimmeriæ sunt tenebrę.
Psalm. 17. neq; aliq̃ à deo petunt illuminatiõnẽ, & ipsi adeo oculos claudunt ac obstruunt, ne uideant ab aliquo lumine q̃d deus accendit, nec cum Dauide clamant ad deũ: Tu illumina lucernã meã dñe deus meus, illumina tenebras meas. hinc fit ut non accendant à lumine diuino. Iohannes uero, q̃uis lux essentialis non fuerit, lucerna tamen extitit ardens. Quis obsecro credat, lumen illud æternũ Chrã
Johan. 1. stum Iesum (à quo tamen in ipso adhuc matris utero accẽsus est Iohannes, qui tamen nihil scripsit) non plures incendisse lucernas annis hactenus mille & quingẽtis, quã

nunc demum Lutherum, Zuinglium, & huiusmodi impu rissimã sordidorum hominum fecem? Profecto quisquis hoc credit, quod omnes nunc neochristiani faciunt, & de um & diminũ illud lumen blasphemat, atq; in summa, no uam sibi ipse fingit ecclesiam, noua quædam compingit sacramenta, missamq; nouam. Et quid denicq; non? Deum nouum etiam, quem si ex nomine cognoscere uis, diabo lus is est. Ah ne quid per deum immortalem istorum mo uearis insania, neque audias illos, sed neque sapiẽtes eos esse credito, quoniam pater abscondit illa à sapientibus, ab ijs qui cum lucem se credant, nil sunt nisi obscurissimę tenebræ. Id nonne luce meridiana clarius est & patet, ex ista neochristianorũ tam instabili inconstantia? ecce eñ in uno isto oppido Vuittenbergæ, unde hæc pestis orta, plus nonies missam uariârunt. An hæc tibi lux uidet? quã si utiq; habuissent ueram, primũ statim uidissent, quænã missæ rectissima esset forma & institutũ. sed quia in tenebris ambulant, modò hoc, mõ illud palpitant, semper putantes q̃d optimũ est se tenere: tandemq; uident id quod elegerunt, nihil esse. Quid multa? Lutherana ista instabilitas ita plane est, ut cum pueri, Andabatarum concertantium mote, clausis oculis circuncursitantes ludunt, qui q̃ quid primum obuenerit attrectant, quẽcunq; attigerint, tenent. nulla est ibi lux, nulla stella. Isti nimirum cæci, cę corum sunt duces, qui uno omnes casu in foueam labuntur præcipites. Isti sunt qui se sapientes putant, de quib⁹ Paulus loquitur: Isti sunt magistri nouelli, prurientes auribus, magistri mendaces, pseudo prophetæ, qui introducunt sectas perditionis. Has prohdolor sectas nimium & heu nimium duriter experti sumus, dum hucusq; uidem⁹ hic Lutheranos, illic Zuinglianos, istic Catabaptistas, & in singulis ijs plures adhuc dissectiões, quibus ipsi se, multis modis ab ecclesia, ordinatione & unitate catholica separant. Primo statim exordio cœpit deus ecclesiam suam instituere in paruulis, humilibus & simplicibus hoĩbus, apl'is, q̃q; & posteri & filij atq; nepotes oẽs pij sunt Christiani. Et rursus diabolus Antichristo suo synagogã extruere parat, primos illi⁹ fundamẽti lapides ecõtrario ponẽs elatos & corã mũdo prudẽtissios. Verq; boni subiñ clamãt

Simile.

Lutherani Andabatæ.

Matth. 15

Roma. 1. 2. Tim. 4. 2. Petri. 2.

Psalm. 118 ad dominũ, Lucerna pedibus meis uerbum tuum & lumẽ
1. Johan. 2 semitis meis. Ab ipso iam inde apostolorꝫ tempore transierunt tenebræ, & illuxit lux uera Christus, non istam fuliginosam & obscuram expectauit lucernam Luther. Atꝙ ideo omnes qui in unitate sunt ecclesiæ catholicæ, cum Christo dicunt: Confiteor tibi pater, domine cæli & terræ, ꝙ mysteria maiestatis tuæ, fideiꝙ nostræ arcana abscondisti à superbis istis & sapientibus mundi huius, atque nobis misellis pascuæ tuæ ouibus reuelasti. Huius immensæ gratiæ diuinitus uobis collatæ gratias deo refundentes, humili corde orate, Pater noster &c̃.

4. ¶ Sermonem suum Christus paternæ confirmat iudicio uoluntatis, dicẽs: Ita pater, quoniam sic placitum fuit ante te, & sane sic uisum est diuinæ uoluntati, ut sanctæ legis nostræ mysteria non paterent istis stulte sapien
1. Corin. 1. tibus, sicut testatur sanctus Paulus, cum ait: Quia in dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam deum, placuit deo per stultitiam prædicationis saluos facere cre-
Origenes dentes. Et infra, quia quod stultum est dei, sapientius est hominibus. Et iustum id quoꝙ est, inquit Origenes, ut q
Chrysost. noluerint esse paruuli, stulti fierent in ipsorum sapiẽtia.
Quæstiones tres. Atꝙ hic se explicandas nobis præsent, quæstiones tres. Quarum prima est, cur tandem illa occultârit deus sapientibus, qui inde ignorantiæ suæ fucum & excusationem sibi arripere potuerint. Secũda, an ideo gauisus sit Christus, quoniam hæc sapientes ignorauerunt, ut sic gratias propterea egerit patri. Tertia, quare pro hac reuelatione gratias egerit patri, cum tamen ipse quoꝙ hæc oĩa operatus sit filius. Ad primam illã respondent doctores, deum per se illis euangelium non celasse, uerum eos sibi ipsis abscondisse, dum illud aperte sibi prædicatum recipere noluerũt. (Deus abscondit, deus indurat, deus excæcat negatiue, id est, nolentibus non confert gratiam, lumen &c̃.) Quomodo & sol radios suos alicui non transmittit per occlusum cubiculum, eo ꝙ fenestras ipse non aperit, unde radij penetrarent. Sic etiam deus lumen eis non abscondit, nisi inquantum ipsi intromittere noluerunt. Rationem reddit Paulus cum ait, Ignorantes iusti-
Roma. 10. tiam dei, & suam quærentes statuere, iustitiæ dei nõ sunt

subiecti. Quando igitur hic audis, ꝙ absconderit deus illa ab eis, intellige iuxta Paulum, quia tradidit (hoc est, reliquit & dimisit) eos in reprobum sensum, & excęcauit intellectum eorum. Non sic tamen ꝙ hæc operatus sit deus, sed quoniam isti ineptos semet effecerunt, indigni facti sunt qui reciperent gratiam dei. Altera causa fuit uelamē Moysis, quod ipsos habuit semper contectos super ueteri testamento, quod cum legebant, corticem ipsius tantū intuebantur, nucleum spiritus nihil indagantes. Merito itaq; Christus qui sub litera latet Mosaica, eis mansit incognitus. Velamen istud Iudaicum iam quidam etiā Christianorum sibi usurpant, uelantes oculos suos & obtegētes pannis, hoc est, densitate literæ, ut uidere porro nequeant splendidissimam illam ecclesię magnificentiam. Adiuua domine infidelitatem eorum, ut ope & auxilio gratiæ tuæ uelamen istud rursus abijciant.

Roma. 1.

2. Corin. 3.

¶ Ad quęstionē secundā respondent itidem doctores, Christū nihil minus q̄ gauisum esse perditione illoꝝ. sed quoniam hæc est uia salutis optima, ut qui respuunt quæ dicuntur & nolunt suscipere, nullo modo cogantur. Nō ergo quia sapientes nō cognouerunt, gaudet: sed qa paruuli illuminati perceperunt, lætatur. Ad tertium quod supra quærebatur, dicit Hieronymus, ꝙ sicut pro nobis deum orat ardenti charitate secundum humanam naturam, ita ex magna dilectione nostri, gratias agit deo patri: & ut ille cœpta confirmaret in apostolis beneficia, amorem suum in patrem commemorat, dicens: Ita pater, quoniam sic placitum fuit ante te. Magnum hoc & forte uerbum est, ꝙ quibusdam mysteria aduentus sui reuelauit, alijs celauit, inquit Origenes. cuius non aliam causam refert, quàm quòd sic uisum est deo patri. Quasi diceret, Iniustū esse non potest, quod iustissimo placuit deo. Alias licet hinc inde ratiōes colligere, ut cum Dauid ait: Intellectum deus dat paruulis. & Iacobus, Superbis, inquit, resistit, humilibus autem dat gratiam. Ideoq; & Beda clauem sciētiæ uocat humilitatem, & quæ stulta sunt mundi elegit deus, ut confundat sapientes. Nos uero laudem⁹ deum, illiq; pro beneficijs suis omnibus gratias agamus, quę partim exhibuit, partim adhuc, ut spes nobis est opti

Chrysost.

Hierony.

Origenes

Psalm. 118

Iacobi. 4.

Beda.

1. Corin. 1.

ma, exhibiturus est. Oremus eundem humiliter per ipm sanctissimum Christi Iesu sanguinem, ut sic nos in reuelatione fidei conseruet, ut eos tamen, qui uelamen ab oculis necdum abiecerunt, incognitam adhuc habentes lucem euangelicam, gratia quoq; sua illuminet, ablato uelo, recte & firmiter credere faciat, nosq; simul cũ ipsis hac mortali uita transacta, deum contemplemur facie ad faciem, ita ut in diuina sua maiestate & substantia est in æterna felicitate. Id ipse cõcedat salutis oĩs autor & dator, Amẽ.

2. Corin. 13
1. Johã. 3.

HOMILIA SECVNDA
Dominicæ quintæ post Epiph.

CHristus in hoc quod modo audistis, euangelio gratias agit patri suo cælesti pro pauculis illis hominibus, quos ex piscatoribus, telonarijs & quibusdã cognatis suis coëgerat. ijs tanq; humilibus mysteria reuelauit euangelij, cum interim mundus, pharisæi cæteriq; Iudæi illa omnino ignorârint, quoniam ex deo gratiam humilitatis non habebant. Siquidem inter sapientes ut quisque est humilimus, ita doctissimus quoq; est & habetur, sicut ex cisternis aut lacunis confluentium aquarum quæ infima est, ea aquis abundat maxime. Merito itaq; pater ille luminis mysteria sua paruulis reuelat, in quib⁹ per rumorem & inanem mentis fastum nullus ueritati ponitur obex. Et sequitur, Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Ne putes, inquit Chrysostomus, hac reuelãdi potestate Christum esse priuatum, ac ideo gratias agere iã subdit, sibi quoq; innuens omnem esse traditam potestatem. nanq; per illam generationem æternam pater ei & substantiã suã & essentialẽ cõmunicauit perfectionẽ, atq; ideo dicit ad illum: Mea omnia tua sunt, & tua mea sunt, & clarificatus sum in eis. Et iterũ: Oĩa quæ pater habet, mea sunt. Et tamen hoc non adeo crasse & ruditer intelliges, patrem sic omnia dedisse filio, ut ipse iam nihil habeat. Vere enim & essentialiter potestatem quam ipse habet, & filio dedit, & ipse sibi reseruauit. Cum autem filio tradita sint omnia, & ipsa utique reuelatio illi data erit, ideoq; fideles reuelationem hanc patris habent per fili-

Chrysost.

Johan. 16
c. 17.

Hieron.

um, cum filius medium personarum in diuinis locum habet, & secundum humanitatem mediator est dei & hominum, quod & Paulus testatur, dicens: Vnus deus & unus mediator dei & hominum homo Christus Iesus, qui dedit redemptionẽ semetipsum pro omnibus. Et ideo collectas suas oẽs cõcludit ecclesia hoc modo, Per dñm nostrum Iesum Christum filium tuum &c̃. Atq; in hocetiã Christꝰ ait: Nemo uenit ad patrem nisi per me. Qui q̃uis uerus est intellectus, sunt tamen ex doctoribus qui uerbũ hoc nolint intelligere de omni illa perfectione diuina, quam filius habeat à patre, sed tantum (ut sit secundum materiam subiectam distributio) de fidelibus, de quibus ille hic loquitur, sicut Origenes & Hieronymꝰ exponũt, & ipse etiam dñs ad patrem dicit: Tui erant, & mihi eos dedisti, & sermonem meum seruauerunt. 2. Proposito iam illo, q̃ paruulis mysteria sua reuelârit deus, & q̃ sibi omnia tradita sint à patre, ipsa etiam reuelatio, porro iã probat, fieri non posse ut quis cognoscat deum nisi per filiũ. Nemo em̃, inquit, nouit filiũ nisi pater, neq; patrem quis nouit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Vbi primum statim obserua, nõ excludi hic spm̃ sanctum, qm̃ hic quoq; patrẽ & cognouit & filiũ. siquidẽ una est trium personarũ essentia, una potestas, intellectus unus & una sciẽtia. ille uero peculiariter etiã spiritus appellat̃ ueritatis, sicut interpretat̃ beatus Augustinus. Deinde qa uerbũ illud, & cui uoluerit filius reuelare, Christus postremæ parti sermonis huius, nõ priori adiungit, non est quod aliud inde colligas, nisi patrẽ simul & filiũ per filiũ reuelari, eo q̃ filius uerbũ patris est æternum: uerbũ aũt & sui & eius à quo promanat, est declaratiuũ, ut si q̃ẽ audias loquentẽ, intelligis primũ uerba, ea q̃ Germanicá ne sint an Italica dijudicas, & p̃ter hoc deinceps loquẽtis animũ & adfectũ sup te quã narrat, cognoscis. Vide Augustinũ: Sed & illud hoc loco Chrysostomus expẽdit, uoluisse hic Christũ declarare, unã sibi eẽ cũ deo patre essẽtiã, unã q̃ uoluntatem, cũ ait, & cui uoluerit filius reuelare. Quod si quomodo uerum sit quæris, quoniam nemo deum patrem nisi filius cognoscat, respondeo, quia deũ, qui infinitus est, nulla creatura potest perfecte cognoscere, nisi

1. Timo. 2

Hieron.

Johan. 17

Joh̃. 14.

De trini. libr. 7.

Johan. 1.

Libr. 1. de quæstion. Euan. c. 1.

intellectum habeat infinitum, sicut deus ipse: ut si linea aliqua sit in infinitum longa, nos eam non possemus oculis nostris penitus totamq; uidere, siquidem oculus noster finitus est. Et hoc modo nemo nisi solus deus, diuinã perfecte cognoscere essentiam potest, quia sic deus incõprehensibilis est, sensum omnem superat & excellit, cogitationes quoq; ac intellectum hominis subterfugit. Vnde & Dionysius deum nec dici nec intelligi asserit: profecto enim cum iudicia dei incomprehensibilia scrutari nemo queat, ipsam illius essentiã cognoscere quis poterit? Quis autem cognouit sensum domini? aut quis consiliarius eius fuit? Recte igitur clamat Isaias, Vere tu es deus absconditus. Et prudenter hic Hieronymus hæreticum reiicit Eunomium, qui tãtæ erat temeritatis, ut auderet dicere se & deum patrem & filium sic cognoscere, ut si illi mutuo se inuicem nossent.

Dionys. de myst. theo. Roma. 11.

Isaiæ. 45.

¶ Quamuis autem deus in essentia sua infinita nõ possit à creatura cognosci, attamen radius aliquis essentiæ diuinæ communicari potest creaturæ, sicut & qui solem intueri totum non potest, potest tamen radios illius aspicere: ita hic quoq; fieri certum est. habemus enim cognitionem illam per filium, ipso id attestante, cum ait: Deũ nemo uidit unquam. unigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Quomodo & sapiens dicebat, Fons sapientiæ uerbum dei in excelsis. Verum qui fiat, ut sic de ab intellectu nostro cognosci nequeat, aliãs differemus latius. nunc sapientem audiamus pulchre enarrantem, q̃ pacto filius dei uerbum æternum patrem suum declaret. ille enim sic ait: Sapientia æterna (filius nimirum dei æternus) candor est lucis æternæ, & speculum sine macula dei maiestatis, & imago bonitatis illius. Infrà, Per nationes in animas sanctas se transfert, amicos dei & prophetas constituit. Quæ omnia huc tendunt, quomodo uerbũ æternum patrem suum manifestet & declaret.

Johan. 1.

Eccl. 1.

Sapien. 7

3. ¶ Ad hanc itaq; reuelationem omnes iam homines conuocans Christus, ait: Venite ad me omnes qui laboratis. Ouocationem gaudio & consolatione plenissimam, quia non dicit, inquit Chrysostomus, hic aut ille, sed omnes qui curis, qui dolore, qui peccatis laboratis,

Chrysost.

uenite ad me, non ut pœnas luatis, sed ut dolores peccata'q; uestra resoluantur. Venite ad me, non quia glorificari me à uobis opus est mihi, sed quia salutem uestram maxime sitio. reficiam enim ego uos. Et hoc sane crediderim ad amplissimam illam Christi magnificentiam pertinere, p in uniuersum omnes uocauit deficientes in quibuscunq; quis sanctus Hieronymus peculiariter ad peccatores refert. siquidem uere pondus graue peccatū est. unde & Zacharias dixit, peccatum insidere talento plumbi, & Dauid iniquitates suas grauatas super se conquerit. Omnes igitur hic Christus uocauit sine dubio peccatores. Deinde ille hoc etiā de Iudæis exponit, pondere legis Mosaicę grauiter oppressis, sicut & Petrus attestatus est, cum diceret: Quid tentatis deum, imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neq; nos, neq; patres nostri portare potuimus? Hoc illud leuaturus iam erat Christus, uelūti dicens: Vos omnes qui in Iudaismo uiuitis, qui tam diu onere legis grauiter pressi estis, uenite ad me. Ecce Messias ego sum. faciliore illa lege euangelica refocillabo uos. p Moſen data lex est, atqui per me Christum gratia & releuatio facta est, dum facilia adeo seruatu institui sacramēta, loco tot sacrificiorum, purgationum & ciborum uitationum &c. Theophylactus eodem ferè modo intelligens: Omnes, inquit, uocat, non solum Iudæos & Gentiles. per laborantes, intellige Iudæos, ut facientes traditiones legis & in operatione mandatorum legis fatigatos: per oneratos autem, gentiles onere peccatorum oppressos, idololatria cæteris'q; immanissimis sceleribus contaminatos, sicut eorum uitia hinc inde ipsis Paulus commemorat. Consimiliter æterna dei patris sapientia Christus Iesus, uocat per Sapientem dicentem: Venite ad me omnes qui cōcupiscitis me, & à generationib⁹ meis adimplemini.

Hieron⁹. Zacha. 5 Psalm. 37. Actuū. 15 Johan. 1. Theophy⁹. Roma. 1. Eccl. 24.

4. ¶ Postremo nunc modum recenset, quo ad eum ueniant omnes, tollentes nimirum iugum illius super se, & discentes ex illo, quoniam mitis sit & humilis corde. Vbi facile quis contra Lutherum & neochristianos quoscunq; sustinere poterit, liberam nos habere libere'q; operantem uoluntatem, eo quòd nos tollere iubet dominus iugum suum, non iussurus utique nec tollere iugum, nec

discere istud ex ipso, nisi liberum arbitriũ nostrũ ope & auxilio gratiæ diuinæ quàmplurimum ualeret. Quæ sane euãgelij nostri pars est locupletissima, & illud licet breuia pauca q; uerba complectatur, succum tamẽ habet huberrimum & medullæ plurimũ in intellectu atq; expositione. Tantum hic lubet uerba adducere Origenis, cæteris enarrationibus posthabitis. Ait autẽ sic: Mirum quibusdam uidetur, fratres charissimi, cum audiũt dñm dicentẽ: Iugum meum suaue est, & onus meum leue. Ait enim aliquis: Quõ iugum eius est suaue & sarcina leuis, cum oẽs qui subierunt iugum ipsum intrepida ceruice, tantis agitantur & exercentur difficultatibus huius seculi, ut à quiete ad laborem uocati uideantur? sicut & Paulus dixit, Omnes qui pie uolunt in Christo uiuere, persecutionem patiuntur. Alibi quoq; parabola docet euangelica, quoniam paterfamiliâs noster Christus à quiete & ocio nos uocat ad laborẽ, dicens: Quid hic statis tota die ociosi? Quin potius ite & uos in uineam meã, portate pondus diei & æstus. Diu multum q; sustulit iugũ hoc sanctus Paulus, expertus utiq; satis, quàm suaue sit & leue, unde nos quoq; in Corinthijs suis docuit, ut nos exhiberemus in omnib⁹ sicut dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in uigilijs, in ieiunijs &c̃. Et ad huc plura libet audire, quæ in hoc iugo ferendo sustinuit Paulus? Ecce, ipse inquit, à Iudæis quinquies quadragenas una minus accepi, ter uirgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci, nocte & die in profundo maris fui: in itineribus sæpe, piculis fluminũ, periculis latronũ, periculis ex gñe, periculis ex gẽtibus, periculis in ciuitate, piculis in solitudine, piculis in mari, periculis in falsis fratribus: in labore & ærumna, in uigilijs multis, in fame & siti, in ieiunijs multis, in frigore &c̃. Hæc omnia hic à Paulo commemorata, grauia sunt sane, tristia & acerba. Cur itaque Christus iugum suum suaue esse prædicat? Responderi ad hoc potest, quamuis ista iam enumerata durissima sint, tamen eum qui patitur illa, gratia spiritus sancti cõsolatur interius: fouet etiã de die in diem, ut sic dulcedinem maximã sentiat in animo suo, spe fulc⁹

Origenes

2. Tim. 3.

Matth. 20

2. Corin. 6

2. Corin. 11

atq; adiutus salutis æternæ, cuius iam gustum sensit ideó que aduersitates omnes, utut in se molestæ fuerant, & pe nè intolerabiles, dulcescunt, fiuntq; leuissimæ. Quo exẽ plo sanctus Laurentius craticulæ impositus, & igni admotus, sibi uidebatur inter rosas iacere & lilia. Qua uero fortitudine animiq; constantia tanta tot subijsset Paulus labores, nisi gratia adiutus, ac subinde confirmatus dĩuina? Sic nos quoq; oremus dominum ut nobis quoq; gratiam suam largiatur, quatenus iugum suum nobis dulce scat, & ita hic euangelicam legem teneamus, ut tandem uita potiamur æterna. Id adeo ipse præstare digneris, ò dulcissime domine Iesu Christe, Amen. S Laurẽ.

DOMINICA SEPTVAGESIMAE EVANGELIVM

Matthæi XX.

IN illo tempore dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum cælorum homini patrifamilias, q̃ exijt primo mane cõducere operarios in uineam suã. Conuentione autẽ facta cũ operarijs ex denario diurno, misit eos in uineam suam. Et egressus circa horam tertiã, uidit alios stantes in foro ocioſos, & dixit illis: Ite & uos in uineam meam & quod iustũ fuerit, dabo uobis. illi autem abierunt. Iterũ autẽ exijt circa sextã & nonã horã, & fecit similiter. Circa undecimã uero exijt, & inuenit alios stantes, & dicit illis: Quid hic statis tota die ocioſi? Dicunt ei: Quia nemo nos cõduxit. Dixit illis: Ite & uos in uineam meã. Cum sero autem factũ esset, dicit dominus uineæ procuratori suo: Voca operari

os,et redde illis mercedē, incipiens â nouissimis usq; ad primos. Cum uenissent ergo q̄ circa undecimam horam uenerant,acceperunt singulos denarios. Venientes aūt & primi, arbitrati sunt q̄ plus essent accepturi, acceperūt autem & ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabāt aduersus patrēfamilias,dicētes:Hi nouissimi una hora fecerūt,& pares illos nobis feciſti,q̄ portauimus pondus diei & æstus. At ille respondens uni eorum, dixit:Amice,nō facio tibi iniuriam, Nonne ex denario cōueniſti mecum? tolle quod tuum est & uade. Volo autē & huic nouissimo dare sicut & tibi. Aut non licet mihi quod uolo facere? An oculus tuus nequam est,quia ego bonus sum? Sic erunt nouissimi primi,& primi nouissimi. Multi em̄ sunt uocati, pauci uero electi.

Infra. 22. & 26.

Eccl.31. Supra.19 Mar. 10. Lucę.13.

HOMILIA PRIMA.

IN hoc euangelio Christus postrema cōclusione declarat,quomodo & primi nouissimi,& nouissimi fiant primi. Quæ sane parabola q̄uis aperte ad prælatos ecclesiæ pertinet: nos tamen in ea explicanda cōmunem sequamur doctorum expositionem. Simile, inquit dominus,est regnum cælorum &c̄. Hoc quia sæpe in scripturis est reperire,uisum est semel hoc loco referre,quid ista sibi uelit locutio. Et q̄uis uarie in scripturis usurpet regnum cælorum, ut interdum pro ecclesia triumphante,quomodo apud Matthæum Christus ait, Beati pauperes spiritu,quoniam ipsorum est regnum cælorum:alibi quoq; iam Christus ipse,iam euangelium eius regnū uocat cælorum, sicut apud Matthæum, Omnis scriba doctus in regno cælorum,hoc est,in euangelio: hic tamen & in

Regnum cęlorum.

Matth.6.

Matth.11 Matth.13

consimilibus allegoriis per regnum cælorũ præsens designatur ecclesia, hic in terris congregata. aliâs ẽm in ea non boni simul essent & mali pisces, prudẽtes uirgines & fatuæ. Cumq; dicit dominus: Qui soluerit unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus uocabitur in regno cælorum, non sane erit in cælo qui male facit & peccat, aut minus recte docet, sed hic, in terris, in hac ecclesia militãte, in qua bonos inuenire licet & malos doctores, æquos & iniquos. ibi nimirum minimꝰ uocabitur, quamuis nunc (quæ & quàm peruersa est mundi iniquitas) maximi quiq; iudicantur & doctissimi, qui pessime docent ac prędicant, cuiusmodi sunt neochristiano rum prædicatores & seductores. Ratio autẽ cur ecclesia hæc, in miserrima uita, multis iactata fluctibus, regnũ tamen dicatur cælorum, reddi potest huiusmodi, qm̃ Christus in ea per fidẽ regnat. Idq; adeo esse uerum, testatur Paulus, de deo patre sic loquens: Qui nos eripuit de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectiõis suæ, in quo habemus redemptionem & remissionẽ peccatorum, hoc est q̃ ex gẽtilitatis caligine tenebricosa nos transtulit in ecclesiam catholicam, quam hic regnum suũ appellat. Sic & ad Corinthios dicit: Cũ tradiderit regnũ deo & patri. Regnum inquã, in quo nunc regnat per fidẽ, traditurus est deo patri in die nouissimo, ut qui eiꝰ regni fuerãt, eos remuneret in æterna beatitudine, sicut Augustinus pulcherrime exponit. Omnes ij loci eo tantum faciunt, ut certum sit, ecclesiam regnum appellari. Regnũ autem cælorum dicitur ratione originis, conuersationis & finis. Et ratione quidem originis, q̃ hanc habet ecclesia de cælo, testante idipsum Iohanne cum ait: Ecce ego Iohannes uidi ciuitatẽ sanctã Ierusalẽ nouam, descendentem de cælo, à deo paratam, sicut sponsam ornatam uiro suo. & audiui uocem de throno dicentẽ mihi: Ecce tabernaculum dei cum hominibus. Etiam ob conuersationẽ. quia omnes qui in ecclesia uiuere, sic ut deo placeant, uolunt, uitam oportet uiuant diuinam & angelicam, sicut & Paulus dicit: Nostra cõuersatio in cælis est. Similiter & ratione finis, siquidem hæc militans in terris ecclesia ad illam tendit triumphantẽ, quoniam & iuxta Paulũ, nul-

Matth. 25

Colo. 1

1. Cori. 15.

Augu. 83. q. 69.

Ecclesia regnum cælorum

Apo. 21.

Philip. 3. Heb. 12.

Iam habem⁹ hic manentẽ ciuitatẽ, ſed futurã inquirim⁹,

2. ¶ Vbi iam regnum cælorum, Chriſtus confert homini cuidam patrifamilias, certum eſt illum, qui uniuerſam regit & adminiſtrat eccleſiam, Chriſtum Ieſum eſſe,

Iere. 23. qui domum ſane habet ampliſſimam. cælum eñ & terrã, inquit, ego adimplebo. Vinea illius, ait ſanctus Gregorius in homilia habita ad tres fontes, uniuerſa eſt eccleſia, quæ ab Abel iuſto uſq; ad ultimum electum, qui in fine mundi naſciturus eſt, quot ſanctos protulit, quaſi tot palmites miſit. Hic ille paterfamiliâs primo ſtatim mane exijt uocare operarios in uineam ſuam, qui exitus non intelligitur ſecundum humanitatem. id eñ ultima demum ætate contigit, cum filius dei homo factus eſt. nanq; ſuo

1. Johan. 2 ſeculo Iohannes dixit: Scimus q̃ nouiſſima hora eſt. atq; ideo egreſſus ille ad uocationẽ, qui per opera fact⁹ eſt, ue-

Regula ſancti Auguſtini. nit accipiendus iuxta regulam Auguſtini: quando paſſiones deo attribuuntur, intelligendæ ſunt in operibus illi⁹ tantum, ut cum dicim⁹ gaudere deum, ſignificamus eum facere opus quod gaudium & lætitiã declarat. Rurſus eſt

Gene. 6. am, Pœnitet deum facti & creati hominis, tantundem eſt ac ſi dicas operari eum quiddam, quod pœnitentiam deſignat. Et deus iraſcitur, hoc eſt, ℞ operatione ſua ſe uelut iratum exhibet. Sic hoc quoq; loco exitus ille, intelligendus eſt in opere, nõ ſubſtantia diuina. Quis hoc etiã obſeruandũ uenit, quòd in hac parabola uniuerſa mundi huius duratio unius tantum dieculæ nomine ſignificat.

Origenes Tempus utiq; longum ab ipſo mundi exordio & magnũ, quo ad nos, inquit Origenes: modicum autem, quantum ad dei uitam. Et q̃ egreſſiones tot hic commemorantur, argumentum euidens eſt diuinæ miſericordiæ, quæ paterne adeo proſpicit noſtræ neceſſitati, & id quidem aſſiduo. Nanq; ab initio mundi uſq; ad finem non deſinit de⁹ prædicatores mittere ad eruditionem hominũ. Quæ quidem inuicta ratio eſt aduerſus neochriſtianos. qui eccleſiam ſanctam tam diuturni inſimulant erroris, donec iam Lutherus cũ fece hominum inſanorum in lucẽ prodierit. Non ſic utiq;, non ſic. paterfamiliâs eñ noſter deus æternus tam ſemper fuit humano generi propicius, miſericors, donorum q̃ adeo liberaliſſimus largitor, ut non dimiſerit homines, quin eis operarios mitteret in uineam

suam, ecclesiã illã catholicã. atq; ideo nemo pius animũ inducat, ut credere uelit deum optimum maximum & eũdem munificentissimũ, permisisse ecclesiam suã labi & errare in sanctissimo illo missæ sacrificio, circa missas & uigilias pro demortuis, circa indulgentias, confessionẽ &c̃. Aut si operarij quoq; in uineam domini missi dijudicandi forent, nonne potius credẽdum fuerit esse eos, sanctũ Augustinum, sanctum Cyprianum, sanctum Chrysostomum, sanctum Hieronymũ, sanctum Ambrosium, sanctũ Leonem papam, sanctum Gregoriũ papam, sanctũ Basilium, sanctum Hilarium, sanctum Bernardũ, q̃ Lutherũ, Carolstadium, Bucerum, Zuinglium, & id genus alios apostatas, uotifragos & seductores, sibi q̊q; in ꝓprijs dogmatibus nõ constantes? Firmiter itaq; quisqs uere fidelis haberi cupis, crede nunq̃ cõmittere deũ, ut ueris careamus prædicatoribus, sicut & hacten⁹ nunq̃ illis caruimus. Nos mõ curem⁹, ut eos audiam⁹ & doctrinã eorũdẽ suscipiam⁹.

3. ¶ Quia parabola ista egressum esse refert patrẽfamiliâs ad constituendos operarios hora prima, primum omniũ scire hic operæpreciũ est, horas illas nõ eo mõ esse supputãdas & more quẽ cõmuniter per Germaniã obseruamus, sed qm̃ ut in alijs iuxta prouerbiũ, Lex & regio, ita in horarũ q̊q; diuisione suus cuiq; regiõi mos fuit. Est enim ubi exordiũ horaꝝ sumi uideas à principio noctis, ut cum iam obscura nox est, hora signet prima, hoc mõ procedendo per uigintiq̃tuor horas usq; in diẽ sequentẽ, qui mos in Italia obseruat. Astrologi uero suas horas ordiunt à meridie. Nos iam & ferè undiq; per ecclesiã numerare horas incipimus à noctis dieiq; medio. Alij supputãt à solis ortu usq; ad occasum eiusdẽ, sicuti nũc fit Nurembergæ & Ratisponæ, quæ etiã horæ dicũt Iudæoꝝ. itaq; horã hic primã intellige ab ortu solis. Sed age uideamus quõ exiuerit dñs conducere operarios hora prima, deinde tertia, mox sexta, rursus nona, & tandẽ undecima. Verum hæc omnia quia non eodem omnes modo exponũt doctores, & q̃libet tamẽ expositio ad spiritualẽ ædificationẽ animę multũ facit, lubet eas breuiter oẽs explicare.

¶ Principio Chryso. parabolã hãc asserit, uelut typũ esse uocatiõis oĩm hoim, q unq̃ cõducti uocatiq; sunt opari in

uinea domini, hoc est, animã propriam in lege diuina ad
2. Tim. 2. bonorum fructuũ operationem exercere. Et q̃uis deus, q̃
est misericordia & in genus humanum benignitate, oẽs
homines à iuuentute etiã saluos fieri, sic̃q; ab initio in ui
neam conduxisse uoluisset, tamẽ non oẽs eodẽ tempore
hoies paruerunt. atq; ita à uoluntate uocator̃ hæc diffe-
rentia resultauit. Hac eñ parabola significare Christ⁹ uo
luit, quosdam in infantia, alios in pueritia, in iuuentute
& uirili rursus ætate alios, alios etiam in extrema demũ
senectute incipere seruire deo, & pie religiose'q; uiuere,
Galat. 1. sicut de se quoq; Paulus scripsit: Cum placuit ei qui me se
gregauit ex utero matris meæ, & uocauit per gratiã suã,
ut reuelaret filũ suũ in me. Quando igit̃ deo placuit Pau-
lus? cum iam ei nihil resisteret: tantisper aũt dum eccle-
siã persequebatur, nihil minus quã q̃d placuerit deo. pro ope
rario uineæ suæ, sed quãdo dicebat: Dñe, quid me uis face
Actuũ. 9. re? ibi statim eũ cõduxit, constituit'q; operariũ uineæ. Sic
& latronẽ demũ uocauit in cruce, quẽ si antea uocasset, ne
Luc. 23. quaquã illi paruisset, Quo fit, ut omnino docere hic uelit
Christus, quõ quidã iuuenes, quidã ætiã senes ueniant ad
colendũ deũ: ne sic, qui à iuuentute seruiunt deo, uel sup-
biant inflati, uel alios præ se cõtemnant: & ne q̃s despe-
ret etiã in ætate senili cõstitut⁹, modo se cõuertat ad deũ.
tunc eñ perfectã salutis recepturus est mercedẽ. Et hęc sa
ne sententia Chrysostomi est & Theophylacti, in quã Hi
Hieron. super Matth. eronymus q̃q; concedit, dicẽs: Mihi uident primæ horæ es
se operarij̃ Samuel & Ieremias, & Iohãnes baptista, q̃ post
Psalm. 21. sunt cũ Psalmista dicere: Ex utero matris meæ deus meus
es tu. Tertiæ horæ operarij̃ sunt, qui à pubertate seruire
deo cœperunt. Sextæ horæ, qui matura ætate susceperũt
iugum Christi. Nonæ, qui declinant ad seniũ. Porro un-
decimæ, qui ultima senectute. & tamen omnes pariter ac
cipiunt præmium, licet diuersus labor sit. Et hic apud se
quisq; cogitet, quomodo dominus Iesus à patre suo egres
sus sit in hunc mundum, descendens in uterum matris
in Bethlehem, uenerit in desertum, in Ierusalem, tan-
dem'q; in crucem, undiq; te tantũ quærens & conducturus
Apoc. 3. operariũ uineæ, à pueritia statim pulsat fores cordis ani-
mi'q; tui, pacturus tecũ, sicut & dicit in Apocaly. Ecce ego

sto ad ostium, & pulso. si quis audierit uocē meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. Quid multa? Aliud ne cogites, si quando deus cogitationem bonam tibi immittit, uel faciendi boni, uel mali uitandi, nisi ipsum iam tum uenire deum, conducturus te operarium uineæ suæ, ut in ea labores & incumbas operibus bonis, conseruans mandata illius, qui diu multumq; solicite laboraueras in carduis & spinis diaboli.

¶ Diuus Gregorius in alium sensum exponit, conducti onem hanc non ad unum hominem referens secundum diuersas illius ætates, sed ad totius mundi ætates, dicens exijsse patrem illum familiás, deum optimum maximū, hora prima, tertia & sexta &c. hoc est, ab ipso iam inde mundi exordio, ad hominum informationem prædicatores constituisse. Mane enim mundi, fuit ab Adam usq; ad Noë: hora uero tertia, à Noë usq; ad Abraam: sexta q̄q; ab Abraā usq; ad Moysen. nona autem à Moyse usque ad aduentum domini. undecima ab aduentu domini usq; ad finem mundi. In qua prædicatores sancti apostoli missi sunt, qui mercedem plenam etiam tarde uenientes acceperunt. In horis omnibus illis semper misit deus, qui mores hominum doctrina sua sana corriperent & informarent, patres, patriarchas, legislatorem Moysen, prophetas & apostolos. Hoc modo prima, tertia, sexta & nona horis, antiquus ille Iudæorum populus uocatus est: hora autem undecima, gentium populus, cui & dixit dominus: Quid hic statis tota die ociosi? profecto enim qui tam longo tempore boni nihil fecerant ad salutem animarum suarum, ociosi adhuc stabant. Verum illi respondent: Quoniam nemo nos conduxit. quasi dicerent: Nemo ad nos, nec patriarcha uenit, nec propheta, qui uerā salutis uiam nos edocuisset. ita ignorantes in idololatria perstitimus. Scribit super hoc Gregorius: Fratres, quid nos à bono opere cessantes in excusatione nostra dicturi sumus qui penè à matris utero ad fidem uenimus? q uerba uitæ ab ipsis cunabulis audiuimus, qui ab huberibus sanctæ matris ecclesiæ potum sanctæ prędicationis sumpsimus, cum lacte carnis, qui pignus æternæ uitæ accepi-

Gregor.

Gregor.

mus sacra sacramenta. Obsecro uos fratres charissimi, qñ in die nouissima iudicio nos sistet domin⁹, dicet'q; nobis, Quid ita totum diem ocioſi steristis? Quid tunc dicemus? quomodo nos excusabimus? Non poterimus utiq; dicere cum ethnicis: Quia nemo nos conduxit, omnes em̃ nos cõstituti sumus operarij in uinea domini, sub ipsum iam olim baptismum, ubi & diabolo renunciauimus & iura-
Psal. 118. uimus simul atq; statuimus adhærere Christo, ibi tum conductio nostra primũ cœpit, super eã deinceps spũm sanctum nobis contulit Christus, suoq; nos sanguine mũ dauit à labe peccati originalis. De ignorantia nos excusare omnino nõ possumus, cum tãtum habeamus scriptu rarum, tot item prædicatores, ut nullum prætexere queamus excusationis fucum, sed in ignauis ingratisq; no-
Luc. 12. bis implebit illa sentẽtia Christi: Seruus q cognouit uolũ tatem domini sui, & nõ se præparauit, & non fecit secun dum uoluntatem eius, uapulabit multis. Vtut igit intelle xerimus hunc patrisfamiliâs exitum, iuxta tempora mũ di, siue secũdum diuersas cuiuslibet hominis ętates, utrin q; sane uidebimus nos conductos esse, nos inquam cogni tionem dei recepisse, nos habere sacramenta, sanctamq; euangelij legem, nobis constare mysteria incarnationis, passionis & mortis domini nost. i Iesu Christi: ac proin de si iram effugere uolumus diuinã, laboremus oportet in uinea domini. Qui em̃, ut ait sanctus Iacobus, scit bonũ facere & nõ facit, pctm̃ est illi. Et q̃ plures maioresq; gra tiæ diuinæ donatiões accepisti à dño, unde q̃d bonum est,
Iacob. 4. magis meliusq; intelligas, ut si donum scientiæ tibi cõtu lit deus, uel prudentiam præ cæteris maiorem, & fortu nam felicitatemq; splendidiorẽ, eo magis teneris ad ope randũ bonũ. Qm̃ sic dixit Baruch, ppheta: Animæquior esto populus dei, qa quæ &c. Siqdem illud ip̃m q̃q; reue lare magna dei gratia ẽ, confitente id Dauide: Qui annũ-
Baruc. 4. ciat uerbum suum Iacob, & iudicia sua Israel, Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis.
Psal. 147 Ex multis autem præcipue in uinea dñi constituti opera rij, prædicatores sunt & animarũ curatores, peculiares q- dam serui in hoc à deo cõducti, ut operent in uinea, non priuatum quærãt tum cõmodum, tũ honorem, homines

falsis seducãt doctrinis, ipsíq; interim in uinea nihil laborantes, alios quoq; ab operando dehortant & deterrent. íj sunt qui necessarium non esse docent, festos dies pie & sancte transigere, orare, ieiuuare, cõfiteri, sacramenta suscipere &c. íj inquam isti sunt, de qbus dicit Ieremias: Pastores multi demoliti sunt uineã meã. isti nimirũ pseudoprophetæ & prædicatores puersi, de qbus hinc inde Paulus & ad Corinthios præcipue, Pseudoapostoli, inquit, operarij subdoli, transfigurantes se in apostolos Christi, cũ intrinsecus sint lupi rapaces. Væ uæ nõ istis tm̃ prædicatoribus, sed oĩbus etiã eorũ sequacibus, q in fide Christi iam inde à lacte materno educati, eandem confessi sunt, & docuerunt alios: iam uero paruo exorto uentulo tentationis, resiliunt et decidunt. Audite quid Petrus princeps apostolorum dicat: Melius erat illis non cognoscere uiam iustitiæ, quàm post agnitionem retrorsum conuerti ab eo, quod illis traditum est sancto mandato. Cauete uobis & prospicite in Christo dilectissimi, neq; istos audite seductores, qui tm̃ persuadere uobis conant, ut in foro semp steris ociosi, dehortãtes uos ab oĩ bono. Quin eos potius segmini: qui uos uoce hac euangelica Christi ablegant & mittũt in uineã suã, ut ibidẽ operemini, nõ uiuatis secundum cõcupiscentiam uestram malã: sed laboretis in ieiunio, oratiõibus, uisitandis templis, cõfessione & pœnitentia, cæterisq; operibus bonis, iuxta obseruationẽ & morẽ Christianorũ, ut ipsi ẽq; denariũ diurni tandem laboris suscipiatis à domino deo, qui est in secula benedictus, Amen.

Jere. 12

1. Corin. 11

Matth. 7

2. Petri. 2

HOMILIA .II. EIVSDEM

dominicæ Septuagesimæ.

PAtet in hoc euãgelio, patrẽ illũ familiâs, deum esse omnipotentẽ: uineã uero, ecclesiã catholicã: oparios, p̃dicatores, magistratusq; & spũales & seculares: atq; in summa, Christianos oẽs. íj laborare tenent diem in quẽ cõducti sunt, hoc ẽ, oĩ tpe uitæ suæ opibus bonis studere, dũ licet. nãq; cũ adueseraset, actũ erit. neq; eĩ nocte in hac uinea laborari solet. Atq; hinc quidem colligere licet, q omnia merita nostra nobis sint in hac præ-

senti uita comparanda, nec aliquod eorum in futurum tempus differre, dum quod alicubi impie & hæretice docuit Lutherus, nunc quoque non paulo factus deterior, purgatorium penitus negat. Verum tantũ hic in hac uita fieri posse, ut aliquid mereamur, constat ex apertissimo textu euangelij, ubi apud Iohannẽ dominus sic ait: Operamini dũ tempus est. ueniet nox, quando nemo potest operari. Ergo operari tantũ possumus in die, hoc est, uita presenti. Et hunc esse intellectũ uerum, sequentia etiam uerba manifeste satis arguunt. Quàm diu sum in mundo, lux sum mundi. ostenditur enim hoc modo quid antea per diem significatum fuerit, præsens nimirum hæc uita. Ita hoc etiam Chrysostomus exponit, cũ ait: Me oportet operari donec dies est, hoc ẽ, dũ licet hoibus in me credere, dum hæc durat uita, laborãdum est. Venit nox, hoc est, fururum tempus, quando nemo poterit operari. Nõ dixit, quando non potero operari, sed nemo potest operari, id est, quando non est amplius fides, neq; labor, neq; pœnitentia. Id adeo hic etiam liquet in euangelio, cum facto iam uespere uocantur operarij, datacq; illis mercede, finis imponitur labori. Vnde & Dauid dixit: Exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam usq; ad uesperam. Ecce interdiu tantum in hac præsenti uita operari & mereri licet, post mortem nullus meritis locus. Vos itaq; charissimi, in uineam cum sitis uocati dominicam, hic in uita operamini, dum dies est: nihil cum impio Luthero, in seu post mortem differre. tunc etenim nemo laborare poterit, iuxta testimonium domini, ipsamq; adeo exhortationem Pauli, dicentis: Dum tempus est, operemur bonum ad omnes, hunc ita fideliter uos admonentẽ sequimini, & istud prudentissimum Sapientis consilium: Quodcunq; manus tua potest constanter operare. profectò enim effectu ipso uerum comperietis esse illud Pauli: Quod quisque seminauerit, idem & metet. Tempus sementis, inquit sanctus Hieronymus, tempus est præsens & uita quam currimus. In hac licet nobis, quod uolumus seminare. Cum ista uita transierit, operandi tempus aufertur. Hoc idem ex Pauli uerbis intelligitur, cum ait: Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi,

Johan. 9.
Chrysost.
Matth. 20
Psalm. 103
Gala. 6.
Eccl. 9.
Gala. 6.
Hieron.
2. Corin. 5

ut referat unuſquiſq; propria corporis, prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malũ. Vides iam recepturum unumquenq; ſecundum quod operatus eſt in uita præſenti, non poſt mortem, ut turpiter & uane ſomniat Lutherus. Sed & Diuus Auguſtinus hoc idem cõfirmat, dicens: Nemo ſe ſperet, quod hic neglexit, cũ obierit, apud deum promereri. nam hic omne meritum comparat, quo poſſit poſt hanc uitam releuari qſpiam uel grauari. Quo fit ut admonendi hic mihi ſitis, quatenus caueatis uobis ab iſto peſtilentiſſimo dogmate, quo diabolus decepturus uos inani futuroꝝ ſpe lactat, perſuadere conans, ut opera bona nũc intermittatis, confidentes multũ apud deũ uos in futura uita merituros. Nihil minus profecto, nihil minꝰ. nequaquam differte. nocebit iſta uobis mora. nihil agetis. Patiunt qdem in purgatorio animæ, ſed nihil merent, oms̃q; eaꝝ paſſio, quædam ſolummodo ſatisfactio eſt pro peccatis, quæ q̃uis contrito corde fuerant confeſſi, plena tamẽ ſatisfactione non deleuerant. Quid itaq; multa? hic operandũ eſt in uinea dominini, non poſt hanc uitam. Auguſtin.

2. ¶Nũc porro ex ſanctis patribus inqramus, quænam iſta merces & qs ſit denarius diurnus, quem ille promiſit operarijs. & hũc inuenio uitam eſſe æternam iuxta Gregorij & alioꝝ expoſitionem, quomodo facile eſt intelligere, q factũ ſit q̃ operarij, q & prima hora diei & poſtrema uenerant, æqualem mercedem receperint, hoc eſt, eãdem beatitudinem. eſt enim eadem beatitudo obiectiua oms̃no beatoꝝ, deus ipſe benedictus, licet inæqualiter illa participet, diſ. l. 4. ſiqdem uera illa beatitudo qua angeli & ſancti omnes beati exiſtũt, ipſa eſt eſſentia diuina, quæ ſane immenſa eſt, tũ angeloꝝ tũ animaꝝ nobiliſſimaq; dignitas, q̃d beati niſi in eſſentia diuina non poſſunt, q̃propter & Dauid dixit: Satiabor, cũ apparuerit gloria tua. Denarius igit̃ pro q̃ laboramꝰ, deus ipſe ẽ, beatitudo eſſentialis, q̃ tamẽ pro ſuo qſq; merito magis minusq; gaudebit. Videte & conſiderate hic mihi in Chriſto dilectiſſimi, quæ & q̃ ſplendida nobis propoſita ſit laboꝝ noſtroꝝ merces, in hac uinea dominica: O denariũ diurnũ uere maximũ, maximiq; ualoris, ò tamen nos torpentes & ignauos, q paꝝ commouemur, nihilq; fere incitamur Gregorꝰ. Pſalm. 16.

illa mercedis magnitudine, quã & dilecto amico suo Ab-
Gene. 15. raæ olim reuelauit dominus, dicens: Ego protector tuus sum & merces tua magna nimis. O domine Iesu Christe, mercedem hanc tantam, te ipsum scilicet, nobis quoq; cõmunicare digneris.

¶ Si autem quæras cur beatitudo denarius appelletur, respõdeo id & merito hic à Christo fieri: & quidem non absq; causa exprimit numismatis genus, nõ in communi, sed specialiter denarium. Denarius enim à decem deducitur, & quoddã salutis nomẽ eẽ denariũ olim dixit Origenes. denario autem illo, decem præceptorum seruatorũ
Origenes merces designatur. Denarius impressam sibi habet Cæsa-
Matth. 22 ris imaginem, sicut apud Matthæum legis, quando denarium exhibebant Christo Iudæi, illeq; rogaret, cuius ista esset inscriptio? ipsiq; respõderent, Cæsaris. Neq; aliud quam significat, quàm perfectam dei in sanctis suis imaginem, quando Christus, uera utiq; dei patris sui imago, cõsignaturus est beatos ꝓprio suo sigillo, quo remunerantur illi in perpetuum, quod & Iohannes agnouit, di-
1. Johan. 2 cẽs: Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus. (ecce imaginem) uidebimus enim eum ita ut est. de qua similitudine & Paulus loquitur! Quos præscinit & prædestinauit cõformes fieri imaginis filij sui. Sed & hic in
Roma. 8. Gene. 1. terris similitudinem quãdam & imaginem habemus dei, ad quam conditi sumus, sed eam imperfectam, tenebris & caligine obductam in quibusdam, in aliquot etiam ex-
Psalm. 72. peccato penitus extinctam atque deletam, sicut ait Dauid, Imaginem eorum ad nihilum rediges. Expressa autem imago dei, erit in beatis & electis, qui denarium æternæ recipient beatitudinis.

3. ¶ Deinceps uero sequitur in parabola, Cõuentione facta cum operarijs ex denario diurno. Vbi notanda sunt duo: Alterum, æquum & iustum esse, ut deus operarijs suis hic in terris denarium præbeat salutis æternæ, ex præscripto benignissimæ maximeq; misericordis & ꝓpitiæ iustitiæ suæ, quando ꝓmisit atque recepit se nobis uitam daturum immortalem, si custodierimus præcepta sua. Vbi licebit cernere, quõ ille beatitudinem det nobis & ex gratia & operib⁹, ex iustitia & misericordia sua quidẽ, nõ

operibus in se, cum iuxta sententiam Pauli, nō sint cōdignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabit in nobis. Verę gratia dei ea ē, quæ opera nostra, cum per se nihil sint, facit ita accepta deo, ut ea uelit uita remunerare æterna, illaq; gratia est ex q̄ saluamur. Hinc falsitas patet Lutheranæ hæresis, q̄ impio dogmate opera nostra omnino reijcit, ubi Lutherus tanq̄ diaboli apostolus, homines ab operibus bonis auocare conatur, malisq; astringere. nā ista interim sex hominum à malis nō abstinet, ut sic iuste tandem cōdemnetur. Aut ubi minus diuini cultus, minus ceremoniarę, minus ieiuniorę oratio numq; inuenies, q̄ si aliq̄ Lutheranorę aut aliorę neochristianorum ciuitatem ingressus fueris? Omnia hæc defecerunt apud eos, sed lusus, uoracitas, temulentia, perpetua cōuiuia, blasphemiæ, mendacia, astus, doli & fraudes, usuræ, exactiōes, miserorum & pauperum oppressiones, impudicitia, adulteria, superbia, & id genus mala innumera in summo precio habentur, nihil horum minuitur. Sed &Christianus quicunq;, qui rōnem mō habet, nec cæcus omnino est & insanꝰ, quō tādem operibus bonis aduersari pōt & repugnare, uel etiā reijcientē ea audire, cū tamē si nullus nobis alius esset scripturæ locus, uel unū hoc euangeliū posset hæresim hanc refellere ualidissime? Ecce em̄ hic paterfamiliâs oparios cōducit in uineā suā, nō ociosos & torpentes, cuiusm odi sunt isti neochristiani, q̄ nihil laborāt. Mittit in uineā, nō ut ibi stent ocioſi, nihilq; agentes. eos enim reprehēdit, ad omnes neochristianos dicens: Quid hic statis tota die ocioſi? Nō ꝓssunt autem isti dicere, q̄ nemo ipsos conduxerit, quia Papa, Imperator & tot catholici principes, episcopi Germanicæ nationis omnes eos conduxerunt, ut laborarent in uinea, iuxta ordinationem & consuetudinem Christianam uiuerent, ut iam nullo pacto queant se excusare. Et esse quidem hanc doctrinam falsissimam, deoq; & spiritui sancto aduersam, quamuis ad probandum (ut diximus) sufficiens hoc esset euangelium, libet tamen plures in eā rem adferre scripturæ sanctæ locos. Quò pertinēt illi quos supra ex Sapiente & Paulo locos citauimus, qm̄ ipsi q̄q; ad opa bona sectāda nos exhortant. ad Petrū uenio, qui sic

Roma. 8.

Eccles. 9. Gala. 6. 2. Petri. 1.

ait: Fratres, satagite ut per bona opera uestra certam uocationem uestram & electionem faciatis. Audi mihi hic Petrum, qui quantum operibus bonis tribuit, tantum eisdem Lutherus adimit, dū reiicit illa, eosq; qui opera bona faciunt, phariſæos cognominat. Et ea nobis cæcitas eſt, tam cæca caligo, ut plus cupiamus credere octenni hęretico, quàm Chriſto & Petro? Paulus quoq; nos ante tribunal Chriſti accepturos commemorat, prout geſſimus, 1. Corin. 5. ſiue bona, ſiue mala. Nihil igitur recipient ibi omnes Lutherani, quia nihil operantur. Ad Hebræos etiam idem dicit: Non iniuſtus eſt deus, ut obliuiſcat operis uestri & Hebr. 6. dilectionis, quam oſtendiſtis in nomine ipſius. Gaudete quotquot eſtis catholici & Chriſtiani homines, nō uult obliuiſci dominus operum bonorum uestrorum, en eius rei ſponſorem & uadem uobis Paulum. ne itaq; deterreamini, neq; auocemini ab operib⁹ uestris bonis, utut uos rideāt oēs neochriſtiani. operꝫ inquā uestrorꝫ nō obliuiſcide⁹, cū iterim operꝫ bonorꝫ ipſorꝫ neochriſtianorꝫ nō meminerit, eo q̄ nulla faciūt. Alibi adhuc Paulus, deus, inq;, Roman. 2. unicuiq; reddit ſecūdū opa eius. Neq; auditores legis iuſti ſunt apud deum, ſed factores legis iuſtificabuntur. Non ſunt itaq; opera bona reiicienda aut contemnenda, quia iuxta illa omnis erit à deo remuneratio, operemur modo nos opera bona quàmplurima, & abundanter recipiemus à deo mercedem. ſiquidem gloria & pax omni operanti bonum. Quid quòd Iohannes dicit, Opera eorum Apoca. 14. (ſcilicet mortuorum) ſequuntur illos? quæ ſane Chriſtianorum omnium & ſumma & fortiſſima conſolatio eſt, quoniam tunc cum amici nulli, opes & diuitiæ nullæ, nulli honores, nihilq; etiam maximarum poteſtatū, morientem iam ſequuntur hominem, ſola illum comitantur opera, neq; eum deſtituunt, ſed cum ipſo uſq; ad iuſtiſſimum progrediunt iudicem, coram eo hominem, cuius ſunt, defenſura.

¶ Hoc ipſo ſolatio tanto neochriſtiani iſti priuare conantur omnes pios, dum eos ab operibus ad ſolam fidē reuocare ſtudent, contra expreſſam ſcripturam, ubi Iacobus dicit: Quid proderit fratres mei, ſi fidem quis dicat Jacob. 2. ſe habere, opera autem non habeat? nunquid poterit fi-

des saluare eum? Quasi diceret, non. fides enim sine operibus per se iam mortua est. Sed adhuc fortius probari tibi cupis, quoniã fides sine operibus uana est? en tibi Christum dicentem: Non omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnum cælorum: sed qui fecerit uoluntatem patris mei, qui in cælis est. Hæc ad longum inducere nunc uisum est, quamuis prolixius omnia & ijs plura referri poterant, ne animũ ab operibus bonis uestrum auertatis, sed in ijs uosmet exerceatis diligẽter, ut & hic gratiã à deo, & illic denariũ diurni operis recipiatis. Matth. 7.

¶ Vt autem finis sermonis nostri superioribus uerbis consentiat, dico ex ijs uerbis, quando paterfamiliâs conueniisse legitur cum operarijs, notanda duo me proposuisse: alterum, q̃ deus ex promissione illa sua benignissima, operibus hominum uitam debet æternam iuxta misericordiam suã summam: alterq; uero, quoniã opera nostra meritoria sunt non ex seipsis, aut eorum essentia genuina, neq; ex nobis, sed ex propitia & optima illa uolũtate dei, qui opera nostra & operatus est ipse, & tam misericorditer suscipere dignatur, ut etiam hausturn aquæ frigidæ irremuneratum nolit abire. & quamuis ex mera gratia & misericordia felicitas illa nobis tribuatur, tamẽ Paulus quoq; iustitiam uocat, sibi repositam inquiens esse coronam iustitiæ, quam ipsi redditurus sit dñs in illũ diẽ iustus iudex. Ecce hic & iustitiæ coronam, & q eãdem dat, iustum iudicem, & in hoc euangelio eũdem q̃d iustũ fuerit dare se p̃mittẽtem, quõ Dauid q̃q; dicit, Retribuet mihi secundũ iustitiam meam. Sunt tñ omnia hæc, non de ista rigida iustitia æqualitatis intelligenda, quam deprecatus est & ipse Dauid cum oraret: Non intres in iudiciũ cũ seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo oĩs uiuens. Accipienda itaq; ueniunt omnia ista de benigna illa misericordi iustitia, de qua magnus ille misericordię diuinæ admirator Dauid ait: Misericordia & pax oscułatæ sunt. Vos igitur in dño charissimi, cum à deo constituti sitis atq; uocati operarij uineæ suæ, cum pactus ille sit uobiscum de mercede denarij, quem daturus est uobis pro laboribus & operibus uestris bonis, agite accingimini fortiter, maturate gnauiter, neque hæsitate quic- Matth. 10. 1. Tim. 4. Matth. 20 Psalm. 17. Psal. 142. Psalm. 84.

quam, ut cum uesper aduenerit, occasuro iam sub mortis uestræ tempus sole, mercedem illam immensam uitæ recipiatis æternæ, quam uobis unà mecum largiatur dominus noster Iesus Christus, Amen.

HOMILIA TERTIA IN *Septuagesima*

EVangelium illud hodiernũ solicite obseruare nos admonet, quomodo in uineam domini oẽs nos operariꝰ cõducti simus, proposita nobis pro laboribus nostris diurni denariꝰ mercede. Vbi obijcere quispiam nobis posset: Si in uinea dominica laboro, charitate
1. Cor. 13 carens, frustra labora: quia & Paulus dicit, Si distribuero in cibos pauperũ oẽs facultates meas, & si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatẽ aũt non habuero, nihil mihi prodest. Cum igitur operarius iste charitatẽ dei habet, nihil quęrit de mercede, nec denarium desiderat, nec pactiõe indiget. ultro eñ et uolũtarie quisquis charitatem habet, facit quod suarum est uiriũ sine omni mercede. siquidem & Paulus dixit, charitatem non querere q̃ sunt. & Bernar. Seruiam⁹, inquit, deo in charitate, quę foras mittit timorem, quæ laborem alleuiat, præmium nõ quærit, qppe quæ non quærit quæ sua sunt, & qa gratuita est, meritum non respicit. Hæc inuoluta sane uident, & quà tandem nobis elabi dabit? Proposuimus aũt illa uobis eo maxime, ut dicatis non mala tantum fugere, sed & bona quæ agitis, cum magna cautelà timere, quod nimirum illud est uulgare:

1. Cor. 13 Bernar. lib. de dilig. deum.

Quicquid agunt homines, intentio iudicat omnes.

¶ Et hic qdem respondeo primum, qñ merces multiplex est, posse homines q̃d bonum est facere propter mercedem illam infinitã deum ipsum, q̃ utiq; merces uera est oñibus timentibus eũ, merces magna nimis, merces quędã increata. Ille eñ est q ad Abraã dixit: Ego, protector tuꝰ sum & merces tua magna nimis. & apud Iohãnẽ, Merces mea mecum est. Quo mõ boni omnes operariꝰ dei sunt, laborantes pro denario, qui deus ipse est uita æterna & salus atq; felicitas beatorꝫ, & siç oĩs uita nostra, uita ẽ opari

Gene. 15. Apoca. 2.

orũ, & ut Iob inquit, militia quędã. sed & sicut dies mercenarij, dies hominis sunt. atq; sicut ceruus desiderat umbrã, & mercenarius præstolatur finem operis sui &c. Iob. 7. Iob. 14.

2. ¶ Potest etiam mercenarius præcipue respicere prę mium temporale & retributionem, magis q̃ eum, cui seruit, dominum. Cuiusmodi sane mercenarij qui nõ ex charitate, sed sola mercedis spe ducti laborant, mali sunt & deo contemptibiles. siquidem præmia diurna talia, quia cõtra charitatem sunt, ipm deũ q quidẽ charitas est, offendunt. in hac charitate quisquis manet, in deo se sciat manere. ideoq; & Christus mercenarios apud Iohãnem uituperat, dicens eos uel lupo uel quacunq; tribulatione irruente mox aufugere, quoniam mercenarij tantum erant. Huiusmodi quoq; sunt omnes isti, qui aliquid boni faciũt propter temporale quiddam hic in terris, qui sanctos dei ob res caducas & carnales uenerantur, quæ æterna sunt nec uidentes, nec meditantes. Audi igitur, de pharisæis quid dixerit Christus: Receperunt mercedem suam. Qui sic? mercenarij erant. 1. Ioha. 4. Johan. 10. Matt. 6.

3. ¶ Sunt qui bonum faciunt præcipue propter deum, qui summum bonum est, & tamen sinistro oculo nõnulli attendunt ad remunerationem concurrentem. q̃uis enim aliquis deo seruit tantum proprer bonitatem suam, adeo tamen & mitis & liberalis est deus, ut ex promisso etiam nolit opus istud bonum irremuneratum. Ideoq; & diligit aliquis deum amore amicitiæ, & tamen cupit eum intueri, habere, ipsoq; perfrui amore concupiscentiæ, dicens cum Paulo: Cupio dissolui & esse cum Christo. Quod cum petierit Paulus, quilibet etiam põt sanctus à deo petere. & qui hoc modo etiã ob mercedem seruit deo, non præcipue, nec peccat, nec male in hoc facit. de huiusmodi eñ mercenario locutus fuerat filius prodigus: Quãti mercenarij abundant in domo patris mei panibus? Ecce ñ mercenarij cum sint, in domo tñ sunt patris, & ibi quidem abundant panibus, hoc est, remuneratione, delectatione & gaudijs. Hoc idem testatur sanctus Ambrosius: Multi, inquiens, sunt, qui in spe æterno rum bonorum deo seruiunt, qui abundant panibus fidei, spei & charitatis. Eodẽ modo & Dauid ait, Inclinaui cor Philip. 1. Luce. 15. Ambrost. Psal. 118.

meum ad faciendas iustificationes tuas propter rerributionem. intellige tamen minus principaliter, consecutiue &c. sic quoque in omnibus scripturæ locis intelligendum est, quicquid de mercede & remuneratione ibi habetur, ut cum Sapiens dicit, Seminanti iustitiam merces fidelis. & cum de iustis loquitur, dicit: Apud dominum est merces eorum. Item, Reddet dominus mercedem laborum sanctorum suorum. & alibi, Quoniam merces domini manet in æternum. In hoc etiam Christus apostolos suos gaudere & exultare iussit, quòd merces eorum copiosa esset in cælis. & apud Lucam, Omnis mercenarius dignus est mercede sua. Rursus quoq; Qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in uitã æternam. Similiter & Paulus dicit: Si uolens hoc ago, mercedem habeo. & Iohannes nos omnes admonet, cum ait: Videte uosmetipsos, ne perdatis quæ opati estis, sed ut mercem plenam accipiatis. Sed & Sapiens inquit: Qui timetis dominum, credite illi, & non euacuabitur merces uestra. Et iterum, Omnis misericordia faciet locum unicuique secundum meritum operum suorum. Hos ita locos libuit adducere copiosius, ut hinc qlibet uideat quàm uarijs multisq; modis certo sibi promissa sit per spiritum sanctum in literis sacris merces illa & remuneratio æterna: cognoscat insuper iniustum nõ esse, seruire deo, principaliter quidem propter suam bonitatem, deinceps uero & ob beneficia & retributionem. unde sequitur argumento fortissimo, opera nostra meritoria esse uitæ æternæ, contra neochristianos, qui illa omnino respuunt & reiiciunt, contra manifestas & apertissimas scripturas, q ideo merita quoq; nostra negant. Qui sane error superioribus illis scripturarum locis infringit ualidissime, hoc tamen adiuncto, quoniam qui seruire intenderet deo, propter hoc tantum, ut ab eo saluaretur, ut à malis omnibus liberaretur, maioris sic faciens salutem suam & uoluptatem quàm deum ipsum, is utiq; & peccaret, & pessime in hoc faceret, mercenarium semet exhibens contemptum & abiectissimum, dum abuteretur deo, quæ summa peruersitas est, uti scilicet fruendis, & frui utendis, ait Augustinus.

Proue. 11. Sap. 5. 10. Eccl. 18. Matth. 5. Luc. 10. Johan. 4. 1. Corin. 9 Johan. 2. Eccl. 2. Augustin.

¶ Porro iam post hæc sequitur in contextu euangelico: Cum serò factum esset, dixit dominus uineæ procuratori suo. Hic iam explicandum est, quis sit ille uesper & quis iste sit dominicæ uineæ procurator. Prius illud geminum habet intellectum, siquidem & suus cuiq; homini est uesper, mors ipsa, in qua omnes iudicabimur, quãdoquidem iuxta Pauli sententiam, constitutum est omnibus hominibus semel mori, post hoc autem iudicium. Matth. 20. Hebr. 9.

Si ergo fertur iudicium, sequetur illud etiam merces & præmium, quando proprium hoc est iudicij, expẽdere qd quisq; meruerit, & an fideliter laborauerit. Deinde etiam de totius mundi uespero intelligi idem hoc potest. mũdi enim cum iam imminebit cõsummatio, omnes homines ad iudicium conuocabunt hac uoce, Surgite mortui, uenite ad iudicium. Qua de re multa à nobis dicta sunt in homilia de extremo iudicio. Diuisio hęc ad duplicem istũ iam suprà datum intellectum refertur, ita ut si per horas uocationis in uineam, accipiamus uariam mundi ætatẽ, & hic uesper de mundi consummatione ueniet intelligẽdus: sin uero horæ istæ referantur ad alias aliasq; unius hominis ætates, uesper hic ꝙq; ꝑ morte cuiuslibet hominis erit accipiendus. Simile plane & de procuratore iudicium est, quem tamen nonnulli angelos ipsos interpretãtur, q animas aut ipsos etiam quorum custodiæ traditi fuerant homines, deo iudicandos offerent, iuxta illud Christi uerbum: Mittet angelos suos cũ tuba & uoce magna, q congregabunt electos à quatuor uentis, à summis cælorum usq; ad terminos eorum. Quod ipsum Marcus quoq; testatur. Verum qa non angeli mercedem dabunt hominibus, q fieri posset, ut hic per procuratorem qui denarios mercenarijs distribuit, designarent? Ideoq;, ut proposuimus, procuratorem quoq; duplici sensu, qs sit, intelligere possumus. uel eñ horariam conductionem computamus secundum hominis ætatem, uesperum sic quoq; intelligentes hominis mortẽ, & sic procurator iste sanctus Michael erit archãgelus, cui data potestas est à deo, suscipere animas hominũ sub mortis horã, & singulorũ põderare ad iustũ lãcis examẽ merita, ad declarandũ quinã denario diurno sint digni. Vt neq; male neq; immerito pin- Gregorius. Hieronymus. Matt. 24. Mar. 13. Origenes Sanctus Michael.

Ecclesia. gatur ille ob oculos uulgi cum bilance seu trutina, quando & ecclesia de eodem canit: Archangele Michael, constitui te principem super omnes animas suscipiendas. Idē quoq; animas electorum iudici Christo & æterno lumini repræsentat, sicut iterum de eo canit ecclesia: Signifer sanctus Michael repręsentet eos in lucem sanctam. Sunt deinceps q ꝓcuratorem uineæ Christū ipsum accipiant, q licet paterfamiliâs est secundū diuinitatē, ꝓcurator tñ nō male intelligit secundū humanitatē. & sicut ianua simul est & ianuæ custos, ita & paterfamiliâs & ꝓcurator. Dicit ergo paterfamiliâs ꝓcuratori, Voca oparios & redde illis mercedem. Ita & deus pater Christo suo committit, q hoīes omnes conuocaturus est in diē nouissimū, ut singuli eoꝝ recipiant iuxta merita sua. Omne em̄ iudiciū pater dedit filio. Qui iam secundū traditam sibi ꝓuinciā iudicabit in ea tū forma, tū natura, in q̄ iudicat⁹ est ipse.

Johan. 10.

Johan. 5.

3. ¶ Sed nunc tandem ad huius homiliæ conclusionē de hac dominica subiungamus paucula, quam communi Christianorum more Septuagesimam dicimus, qua & Haleluia intermittitur siue abijcitur. Vnde autem septuagesimæ appellatio huic data sit diei, memini quosdam eius esse sententiæ, ut dicant, id ideo factum, quòd septuaginta sunt dies ab hinc usque ad sabbatum illud, quod quondam in albis dicebatur, quoniam in eo baptizati, albis induebātur. Isti iā 70. dies significarent utique exilium nostrum, quo iam in hoc mundo peregrinamur à domino, sicut Iudæi septuaginta annis fuerunt in Babylonica captiuitate. Ita enim hic recolit ecclesia, quomō pulso ex paradiso Adam in hoc exilium miserrimum, ipsa in eodem adhuc luctetur & laboret tantisper, dum Christi expectet redemptionem. in quem sensum pleriq; illi omnes missæ hodiernæ cantus tendunt. Atq; ideo sicut Iudæi ueniam redeundi septuaginta demum exactis annis impetrârūt, qui eis reditus uix tandem ultimo ex omnibus illis anno contigit: ita nos quoque die sexagesimatertia, quæ uigilia est Paschæ, rursus incipimus cum gaudio exultantes canere Haleluia, adnunciata nobis iam tum CHRISTI gloriosissima resurrectione, neque dum tamen pleno & perfecto gaudio, nisi & albis uestiamur à deo in æterna

Septuagesima.

1. Corin. 5.
Jere. 25.
Sene. 3

felicitate, quod proximo post pascha sabbato designatur. Et hoc nimirum est quod tunc Haleluia in omnibus missis usque post pentecosten geminatur. neq; hinc abludit quòd in matutinis tunc liber Genesis legitur, ubi parentum nostrorum lapsus, uita & mors describuntur. Atque hæc communis sunctorum patrum sententia est, cui licebit acquiescere.

¶ Non desunt tamen qui altius rem hanc comtemplentur, uolentes dominicam illam septuagesimam dici, non ob captiuitatem Babylonicam, neq; ptopter septuaginta dies usq; post pascha numeratos, sed secundum hebdomadas, quòd hæ iam ex ordine sequentes maximis sint in officio suo mysterijs insignes, significantes adeo septē ætates mūdi, primā ab Adam, secundāà Noë, tertiam ex Abraam, quartam à Dauide, quintam à Babylonica captiuitate, sextam & ultimam ex Christo usq; ad mundi consummationem, septimam uero reqem illam in quam q̄ti die sanctæ commigrant animæ. Recte igitur hodie in p̄sona hoīs sancta inclamat mater ecclesia, hominis inquā, q̄ iam expulsus erat ex felicitate paradisi & à facie domini reiectus: Circundederunt me gemitus mortis, dolores inferni circundederunt me. Et rursus ultima huius ordinis & numeri dominica, quæ quadragesimæ media est, in qua & designatur mystice, quomodo læti ex hac tum p̄egrinatione, tum ualle miseriæ & lachrymarum ad uitā reuertamur æternam, tunc nimirum gaudijs plena, illud propheticum audit & canit ecclesia: Lætare Ierusalem, & festum facite omnes qui diligitis eam.

Augustin.

Gene. 3

Isaie. 66

¶ Ratio autem istarum septimanarū, cur tādem ab hac dominica incipiant, reddi potest huiusmodi: quia sanctus Gregorius & diligens & fidelis in officijs diuinis digerendis, ex illo, quem à spiritu sancto habebat, sensu, intellexit uenerandam CHRISTI passionem ab omnibus sanctis exigere testimonium, quotquot etiam fuissent ab origine mundi. Cum itaq; uideret ille iam ab anni initio sacra officia Incarnationi, Circuncisioni & Epiphaniæ esse deputata dominicæ, tum sacris regibus, tum ijs qui Hierosolymis erant doctis Iudæis, & omnibus denique populis tam doctrina sua quàm miraculis, & post hæc com-

Gregor.

memoratio sequi deberet passionis & mortis domini, facto regressu ad ipsum mundi exordium per omnes ætates, singulas sanctorum uoces singulis accommodauit diebus dominicis, eo quòd sanctorum omnium à condito usq; ad euudem consummatum mundum & salus & expectatio una fuerit, passio simul ac mors amarissima Christi. Et hæc iam causa subest, quamobrem dominicæ illæ septem in hunc uenerunt ordinem, ab hinc usq; ad dominicam passiõis, quæ dies à die sancto paschæ decimusquartus est. Ex ijs hodierna hæc prima est, qua primæ ætatis sancti, Adam, Abel, Seth & Enoch inducuntur.

¶ His itaq; præmissis, quis uel cæcus non uideat illam quæ ultro ex ijs sequitur causam, cur Haleluia quod gaudij & lætitiæ cãticum est, in hac dominica intermittitur. cum enim illi septuaginta dies uitam uniuersam hãc nostram, quæ per captiuitatem Babylonicam septuaginta annorum significatur, designent, recte nunc desinimus illud glorioſum Haleluia canere. Hoc iam olim in spiritu præuidit Dauid, inquiens: Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. &infra, Interrogauerunt nos qui captiuos nos duxerunt, uerba cantionum. Et qui abduxerunt nos, hymnum cantate nobis de canticis Sion. Quomodo cantabimus canticũ domini in in terra aliena? Sed nunc de illo quoq; cantico Haleluia, paucula subdamus, quia &uox in ecclesia plane usitatissima & Hebræa est, ut etiam testatur Origenes, quasdam uoculas non temere affirmans permansisse in usu ecclesiastico nihilo immutatas, puta Sabbaoth, Osanna, quæ &in aliam linguam uersę, gratiam simul cum natiuo uigore amissuræ uidebantur. Sunt autem hic uocabula seu uerba duo, Halelu laudate, & ia deum. est enim hoc unum ex septuaginta nominibus dei. tantundemq; est omnino, Haleluia, ac si dicas, laudate deum. Dices autem: Qui fit, quòd iam à laude dei cessat ecclesia, cum & laudare maxime & gratias agere deberet eo tempore, q omnes deum laudãt & benedicunt creaturæ? Hic ego respondeo, illud Haleluia, nec quãuis, nec uulgarem significare dei laudem, sed illã, quã nos deo patri per Christum unicum filium suum offerimus, siquidem uera dei citha-

Psalm. 136

Origenes

Psal. 148.

ra humanitas est Christi, de qua deus pater ait: Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara. Aut quæ alia gloria dei patris, quàm unicus filius suus Christus Iesus, uera illa utiq; tum laus, tum musica dei? Is enim citharã nostræ susceptt naturę, quam pueri & stulti confregerũt, cum ad eam saltare debebant, uerum ipse illam per resurrectionem suã deinceps reparauit. Hæc itaq; cithara, hoc illud psalterium, nostrum est Haleluia. & quicquid dominus noster Iesus Christus de cælestibus gaudijs dixit discipulis suis, id omne canticum quoddam fuit nouũ, & laus dei, Haleluia nostrum: id iam intermittitur, non sic ut ab omni laude dei cesserur, sed quando patres sancti citharæ huius non audierunt modulationem suauissimam, testãte id quoq; Christo: Multi reges & prophetæ cupierunt uidere quæ uidetis, & non uiderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt. Quando igitur in ecclesia iam recolimus antiquæ illius ecclesiæ antequam redimeretur lapsum, ad animum reuocamus miserandam hanc nostrã peregrinationem in terris: merito os nostrum aliquandiu cessat ab illo cantico. siquidem ad illos nondum uenerat à nobis uero iam ablatus est, sicut ipse ad discipulos Iohannis dixit: Venient dies, cum auferetur ab eis spõsus, & tunc ieiunabunt. Hæc nimirum subest causa, quamobrem Haleluia ab hinc usq; ad dominicam Lætare intermittitur. & quia deinceps usq; ad resurrectionis diem ecclesia passionem Christi contemplatur, cithara hæc male quidem tractata, & chordæ eius fortiter sunt extensæ in ara crucis, ubi septem illa uerba salutaria resonauit, uerũ contusa interim est & attrita flagellis, uirgis, spinis, alapis, clauis, lancea, usq; in diem Paschæ, quo redintegrata est & reparata, ideoq; eriam in uigilia Paschæ Haleluia canitur, non ratione eius diei, sed insequentis noctis, sicut & totum illud canticum, Exultet iam angelica, testatur, & præfatio noctem exprimens, declarat. Ad hunc modũ dum Haleluia deponit ecclesia, recolit infelicem parentũ nostrorum lapsum, per quem omnes nos homines in tot miserias, calamitates, ærumnas, labores, angustias & dolores peruenimus, in peccata, ignorantiam, concupiscentias, infirmitates, ipsamq; adeo ineuitabilem mortis inci

Psalm. 56.

Luce. 7.

Matth. 13. Luce. 10.

Matth. 9.

dimus necessitatem. quæ mala tanta cum unum istud secuta sint peccatum, quid futurum de tot millibus peccatorum? Id adeo tu quoq; tecum recogita, quantum recesseris à deo, quantũ à uitæ æternæ uia deuiâris, & cũ Abel clama ad deum illud quod in officio missę hodie legitur:
Psalm. 17. Circundederunt me gemitus mortis, & in tribulatione mea inuocaui dominum, & exaudiet uocem meam de tẽplo sancto suo. Id adeo tu facere dignare dñe Iesu Christe, & omnibus miserere, Amen.

HOMILIA IIII. EIVSDEM
Dominicæ in Septuagesima.

EVangelium hodiernum quamuis primo uideatur aspectu facile & apertum, si tamen secundum oẽs suas contempleris circunstantias, occurrent multa pulcherrima & difficilima. inuenies enim sic & uidebis, quo modo ęterna dei sapientia intellectum nostrum ligauit captiuum. facile est, quod in uineam suam Christ⁹ operarios conduxit, ubi omnes nos ab eo constituti sumus mercenarij: adeoq; iurati in sacramento baptismi, recepto in hoc denario, & gratia spiritus sancti nobis cõmunicata, quo modo omni tempore exit Christus conducens operarios in uineam. Neq; uero aliquis hic est in Christo defectus. nos modo curemus, ne nobis quid desit in labore. facile est uidere q̃modo conuenerit ille nobiscum, & uitam promiserit æternam, diurni laboris mercedem. Neq; etiam difficile est, quòd qui ultimi uenerunt apostoli, æqualem omnibus acceperint beatitudinem, etiam prioribus se patriarchis & prophetis. Hæc omnia in promptu sunt ac obuia, cuiuis aperta intellectui. atqui illud intellectum & cogitationem alicuius remorari & exercere posset, quòd, cum omnes æqualem susceperint beatitudinem, quotquot in uinea domini laborârunt, qui eorum uenerant primi, murmurârunt aduersus postremos. & tamen constat neq; odium, neq; inuidiam, nec murmurationem aliquã esse inter beatos: certum est quoq;, singulos eorum de salute etiam gaudere proximi. si qui-

dem iuxta dictum Sapientis, Vir prudens & disciplinatus non murmurabit, multo minus beatus. Verum isti de quibus hic in euangelio, nõ murmurârunt tantum, sed grauiter ob id à patrefamiliâs sunt obiurgati. dixit enim ille: An oculus tuus nequam est? hoc sane nonnihil difficultatis addit euangelio. & secundo adhuc loco quæritur: Cum tãta sit tum rerum tum personarum omnium hic in mundo æqualitas, qui fit quòd æqualis omnibus merces datur in æterna beatitudine? Eccles. 10

¶ Ad priorem illam quæstionem, sunt qui respondeãt, fucum facientes huic murmurationi, dubitationem, eam intelligentes. uerum id textus non patitur, eo quòd ob admirationem solam reprehensi non fuissent à domino de oculi nequitia. relinquamus igitur istud quicquid est, siue prætextus, siue diuerticuli, & sanctorum patrum à spiritu sancto illuminatorum sententiam tantum proponamus. Vbi primum statim se mihi Chrysostomus offert, q dicit Christum hic parabolam dixisse, & in parabolis nõ oportere nimia in singulis uerbis cura perangi: sed cum quid per parabolam intendat didicerimus, inde utilitate collecta, nihil ulterius anxiore conatu inuestigandum. Quæ sane in explicandis intelligendisq; allegoriis regula notatu dignissima est, parabolas etiam, à Christo traditas non per omnia & singula uerba nobis conferre, sed in finem tantum, in quem adducuntur. id iam libet exẽplis duobus commonstrare: altero uillici istius, quem dominus ex iniquitate commendat, cum prudenter fecisset. ubi sententia Origenis & Augustini est, ne quis hinc discat inique agere, sicut hic uillicus fecit, ex eo q parabolis non uti debeamus ex omni parte, sed iis tantum articulis, propter quos finaliter illas induxit CHRISTVS, hoc est, ut discceremus inde faciendos nobis esse amicos de mammona iniquitatis. Ecce quomodo parabola ista non in omnibus hæret in hoc uillico imitandis. Alterius parabolæ exemplum in scripturis frequentissimum est de fœneratoribus, quorum ille duos habuit debitores, apud Lucam & Matthæum, rursus apud Lucam, ubi dominus seruũ suum duriter corripuit de neglecta talẽti usura, q̃d poterat usurario tradere, ut cũ lucro ille ab eo recepisset.

Chrysost.

Regula super parabolis.

Luc. 16.

Origenes Augustin.

Luc. 7. Matth. 25 Luc. 19.

Vbi sane omnes boni nôrunt, usuram ideo admissam nõ esse, quoniam omnibus fœneratoribus dixit deus illud:
Lucę. 6. Mutuum date, nihil inde sperantes. quãto minus licet recipere quicquam cum fœnore? Non ergo hinc usuram discemus, sed poti⁹ dona à deo in nos collata bene collocare: non ociari cum illis, sed crebro exercere & uti. dũ em̃
Gregor. augentur dona, rationes etiam crescunt donorum, inqt
Chrysost. sanctus Gregorius. Super hanc regulam Chrysostomus expositionem suam ædificat, dicens: Cur hęc parabola cõposita est? & quid intendens iis uerbis usus est? Auidiores enim eos facere uoluit, qui decrepita ætate primum deo seruire incipiunt. nam non patitur eos putare obid minus se habituros. Eius rei aliud adhuc nobis apud Lu-
Lucę. 15. cam est exemplum, ubi maius conuiuium instruxit pater filio prodigo ad se reuerso, quàm alteri seniori: quitamen & apud patrem semper manserat, & mandata eius prætergressus nunquam fuerat.

Chrysost. 2. ¶ Porro hic dicit Chrysost. Alios introduxit Christ⁹ molestę felicitatẽ eor̃ ferẽtes, nõ ut inuidiæ tabo morderi oñderet, sed ut tãto illos honore frui oñderet, q̃ntus ad inuidiã alios cõpellere posset. uult ideo nõ hanc esse parabolæ cõclusionẽ, q̃m nouissimi primi, & primi nouissimi: sed ipsam parabolã sic induci, quomodo admiratiõe dignum erat illud, quod nemo credidisset, inæquales operarios æqualem esse recepturos mercedem: ita hoc nõ minus admirandum, quòd nouissimi facti sunt primi &c. san
Gregori. ctus Gregori⁹ hic in homilia sua murmurationem istam ad patres antiquos refert. ait enim: Illi usq; ad aduentum domini, quantumlibet iuste uixerint, ducti ad regnũ non sunt, nisi ille descenderet, qui paradisi clausstra hominibus interpositiõe suæ mortis aperiret. Eorum ergo hoc ipsum murmurasse est, q̃ & recte pro percipiendo regno uixerunt, & ducti ad regnũ non sunt. quos enim post pactam iustitiam inferni loca, quamuis tranquilla, suscepe runt, eis profecto & laborasse fuit in uinea & murmurasse. quasi ergo post murmurationem denarium accipiunt, qui post longa inferni tempora ad gaudia regni peruenerunt. Verum qui post Christi natiuitatem in uinea domini laborant, non murmurant: quoniam statim à mor

te percipiunt, quod illi patres antiqui uix post longã expectationem receperunt.

¶ Tertio, Aliam adhuc inuenio expositionem, eamq; fere literæ propiorem. huiusmodi est autem: Constat ex innumeris sacræ scripturæ locis, Iudæos primum uocatos esse in uineam, & postremo gẽtes. & mane quidẽ summo inceperunt laborare Iudæi. siquidem tunc & in sola notus erat Iudæa deus: & non erat alius in uniuersa terra populus, qui tam propicium haberet deum, quàm Israel. Quando igitur placuit deo etiam gentes cõuocare in suum cultum, quæ totum diem ociosæ steterant, nihil boni operatæ, murmurare cœperunt Iudæi, rati gentiles, q postremum iam ad cognitionem Christi ueniebant, nõ debere integram accipere diurni laboris mercedem, hoc est, gratiam & dona spiritus sancti, quibus eos indignos plane reputabant, adeo ut sanctus Petrus quoque eos & immundos & indignissimos, qui gratiam euangelicam susciperent, iudicaret, oblata sibi propterea uisione diuinitus, qua ille linteum uidit animalibus immũdis plenũ, quo uiso, uocem audiuit dicentem sibi: Occide & manduca. id cum recusaret, rursus audiuit: Quod deus purificauit, tu commune ne dixeris. Quod nimirum illud etiã est Cornelio dictum à Petro: Vos scitis, quomodo abominatum sit uiro Iudæo, coniungi aut accedere ad alienigenam. Hæc ista sunt Iudæorum murmura aduersus gentes in principio iam olim nascentis ecclesiæ, usq; adeo, ut canes quoq; eos appellârint. quæ sane murmuratio causa magna aut etiam sola fuit, scriptæ à Paulo ad Romanos epistolæ, unde & commoti sunt aduersus Petrum Iudæi, quòd iam Cornelium baptizasset, dicentes: Quare introisti ad uiros præputium habentes, & manducasti cum illis? Defendit autem & purgauit se Petrus, sicut hic procurator rationem reddit eius quod fecerit. Eadem hæc ꝙq; extitit causa, cur murmurarint Græci, eo ꝙ uiduæ suę cõtemnerentur. Neq; si desiit ista Iudæorũ simultas. erupit etiam amplius, uoluerunt q; gentes, si baptismum apeterent, cogere ad circuncisionem & uniuersam legẽ Mosaicam: idq; ranto feruore, ut apostoli impulsi sint concilium generale uocare, & ibidem concludere, non esse

Psalm. 75.
Deut. 4.
Actuũ. 10.
Actuũ. 11.
Actuũ. 15.

necessarium illis, legem totam seruare. Quo sensu dent. rius hic non tantum illam æternam gloriam, sed hanc gratiam quoq; significat, per quam ad gloriam uenitur, sicut Zacharias dixit: Exæquabit gratiam gratiæ. & sic
Zach. 4. Iudæi probi qui primum gentibus fortiter restiterant, cognita uoluntate diuina, murmurare desierunt, cuiusmodi fu- unt, quibus Petrus enarrauit quæ sibi cum Cornelio contigerant. tunc enim & tacuerunt, & deum magnificârunt, qui etiam gentibus pœnitentiã dedisset ad uitã.

¶ Porro patres & doctores nostri nihil omnino intentatũ reliquerunt, q̃d etiãnõ penitus e ruerint, nihil minꝰ quàm Lutherum expectantes, aut Zuinglium, aut quemlibet alium ex neochristianis. Alium q̃q; hic sensum adducunt, quando de Iudæis eorumq; murmuratione intelligi hæc debeant. & dicunt: Scripturæ mos est, ut sæpe aliquid generi tribuat propter speciem (uide Augustinum
Regula Ticonij. libro tertio de doctrina Christiana capite tricesimoquarto) ut cum ait Dauid: Eduxit eos cum argento & auro, e-
Psalm. 104 duxit populum suum in exultatione, & electos suos in lętitia, & dedit illis regiones gentium, & labores populorum possederunt. Certum est autẽ, ex tam immensa hominum multitudine (plura enim quàm sexcenta erãt hominum millia) duos tantum in terram uenisse promissi-
Nume. 14. & 26. onis, Caleb & Iosue, iuxta illud quod dominus dixerat ad Moysen. Similiter & in alio loco dicit Dauid: Induxit eos in montem sanctificationis suæ, montem quem acquisi-
Psal. 77. uit dextera eius. Atqui ex omnibus qui Aegyptum exierant, duos tantum introduxit. Sed idem clarius hoc uidere desideras? en tibi in eodem Psalmo Dauidẽ dicentem: Cum occideret eos, quærebant eum. ubi quis dubitet, alios fuisse quos occiderit, ab ijs qui eum quęsierũt, sed quia unius fuerunt multitudinis & nationis, uelut de ijsdem sit sermo. Ad eundem plane sensum dicunt hic q̃q; non eosdem fuisse qui denarium receperint, quiq; murmurarint, sed qui denarium susceperunt, eos & bonos fuisse, & esse saluatos iudicãt, eo quòd nemo beatus remurmurat, inquit Gregorius. istos uero qui murmurârũt aduersus gentiles, nec denarium recepisse, neque bonos fuisse contendunt: de quibus tamen hic Christus loquitur,

sicut de prioribus illis bonis, quoniam & ipsi eius populi fuerunt, qui per Moysen & legem uocatus erat, qui præsumptione sibi uana proposita, se plus gentibus habere putauit. Et hunc ego intellectum nō euangelico isti tantum contexui, sed & modo loquendi scripturæ sacræ cō formem esse crediderim atque consentaneum.

¶ Ad quæstionem alteram autem, qua propositum fuit, quomodo salua fieri possit iustitia, ut æqualis merces inæqualiter laborantibus detur, respondent doctores, istam denariorum æqualitatem non significare æqualem uitæ æternæ beatitudinem, cuius discretas esse & quidem multas mansiones, certos nimiruum illius gradus, testimonio Christi certissimum est, adeóque uoce & scripto Pauli: Alia charitas solis est, alia lunæ. & sicut stella à stella differt in claritate, ita & resurrectio mortuorū. Aut nonne sanctior beatiórque sit Maria quauis alia uirgine? alius igitur sensus hic in æqualitate denariorum inquirendus est. Johan. 14. 1. Cor. 15.

¶ Et principio quidem omnium sanctorum æqualis est beatitudo, quoniam æque omnes sunt contenti, nullúsque eorum plus appetit felicitatis quàm habet: sicut & si habeas uasa aliquot inæqualis capacitatis seu magnitudinis, æque tamen omnia plena, nullum utique eorum plenius est altero, & tamen aliud alio plus capit: ita quilibet beatus gloria plenus est & beatitudine, pro modo suæ comprehensibilitatis, sicut in persona cuiusdam beati dixit Dauid, Satiabor cum apparuerit gloria tua

¶ Secundo, In hoc quoque non æquales sunt sancti dei, quoniam unam omnes obiectiuam habent beatitudinē, essentiam dei. Deus enim ille denarius est, quem iuxtà intuebuntur omnes minimi & maximi. siquidem præsenter deum intueri, ipsa uita est æterna, sicut Christus apud Iohannem ait: Hæc est uita æterna, ut cognoscant te solum uerum deum, & quem misisti Iesum Christum. Psalm. 16. Johan. 17

¶ Tertio æquales etiam sunt sunt beati ratione durationis, quoniam nullius sancti beatitudo minus diuturna est quàm alterius, siquidem omnibus æque infinita est & perpetua, nanq; minimus ex infantulis innocētib⁹ nō min⁹

in perpetuum essentiam uidebit diuinã, q̃ uel sanctus Stephanus uel Iohannes, quniam de omnibus uerum est il-
Sapi.5. lud Sapientis dictum: Iusti in perpetuum uiuent, & apud deum est merces eorum. Ex ĩs omnibus palàm est, qua ratione beatitudines omnium æquales sint & inæquales, nam de accidentali dubium non est quin sit inæqualis. Verum hæc aliâs.

Super Iohannẽ.14. ¶ Et ne cuiquam super ĩs aliquod in animo resideat dubium, uerba Augustini consultum hic uisum est adponere, quibus sententia illa fortissime confirmatur. Et si alius alio est iustior, alius uero sanctior, in domo patris mei mansiones multæ sunt, nullus eorum alienabitur ab
Matth.20 illa domo, ubi mansionem pro suo quisq; accepturus est merito. Denatius quidem ille æqualis est omnibus, quem patersamiliâs eis qui operati sunt in uinea, iubet dari omnibus, non in eo discernens, qui minus & qui amplius laborârunt. quo utiq; denario uita significatur æterna, ubi amplius alio nemo uiuit, quoniam uiuendi non est diuersa in æternitate mensura, sed multæ mansiones diuersas meritorum in una uita æterna significant dignita-
1. Cori.15. tes. Alia est enim gloria solis, alia gloria lunæ, alia gloria stellarum. stella enim à stella differt in gloria, sic & resurrectio mortuorum. tanquam stellæ, sancti diuersas mansiones, diuersas charitates tanquam in cælo sortiuntur in regno: sed propter unum denarium nullus separatur à regno, atq; ita deus erit omnia in omnibus, ut quoniã deus charitas est, per charitatem fiat, ut quod habent singuli, commune sit omnibus. sic enim quisq; etiam ipse habet, cum amat in altero, quod ipse non habet. Non erit itaq; aliqua inuidia imparis charitatis, quoniam regnabit in omnibus unitas charitatis. Hæc hactenus Augustinus.

¶ Ad extremum, per se iam patet ultimum illud Christi uerbum, quomodo nouissimi primi, primiq; fiant nouissimi. Iudæi enim & primi fuerunt, & omnino populus electus: gentes autem, quæ contemptæ tunc habebãtur,
Deut.19. uix postremo uenerunt: & tamen factæ sunt sancta, electa & regalis gens, ut inquit Petrus. sed & Paulus, gẽtes
1. Petri.2. inquit, quę non sectabantur iustitiã, apprehenderunt iu-
Roma. 9. stitiã: Israel uero sectãdo legẽ iustitiæ, in legẽ iustitiã nõ

puenit. Aut nonne Petrus uocatus est cito? & tñ latro ante eum in cælum peruenit. Aut quot sunt, qui à iuuentute & primis statim annis incipiunt seruire deo, atq; deinde resiliunt subito sicut Saul? Et uicissim plurimi, qui cũ sint in cultu diuino amplectendo postremi, uix tandem incipiunt ultima ætate ad deum redire & seipsos, fiuntq; sic primi in timore & obseruatione dei. Sæpe enim multæ & magnæ contingunt rerum humanarum uicissitudines, inquit Chrysostomus. At nos iam inuocemus deũ & oremus, ut nos quoque non uocati tantum simus, sed etiam electi adoptemur in uitam æternã. id tu nobis præsta ò domine Iesu Christe, Amen.

Johan. 1

1. Reg. 15

Chrysost.

DOMINICA SEXAGESIMAE EVANGELIum Lucæ VIII.

IN illo tempore: Cum turba plurima conueniret, & de ciuitatibus properarent ad Iesum, dixit per similitudinem: Exijt qui seminat, seminare semen suum: & dum seminat, aliud cecidit secus uiam, & conculcatum est, & uolucres cæli comederũt illud. Et aliud cecidit supra petram, & natum aruit, quia nõ habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas, & simul exortæ spinæ suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terrã bonam, & ortum fecit fructum centuplum. Hæc dicens, clamabat: Qui habet aures audiẽdi, audiat. Interrogabant aũt eum discipuli eius, quæ esset hæc parabola. Quibus ipse dixit: Vobis datum est nosse mysterium regni dei, cæteris autem in parabolis, ut uidentes non uideant, & audiẽtes

Matth. 13 Marc. 4.

Matth. 13. Marc. 4. Isaiæ. 6. Actuũ. 28. Johan. 12

nõ intelligant. Est autem hæc parabola: Semen
Watth. 13 Marci. 4. est uerbum dei. Qui aũt secus uiam, hi sunt, qui audiũt, deinde uenit diabolus, & tollit uerbum de corde eorum, ne credentes salui fiant. Nã qui supra petram, qui cum audierint, cũ gaudio suscipiunt uerbum, & hi radices non habent, quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Quod autem in spinas cecidit, hi sunt, qui audierunt, & à solicitudinibus & diuitijs & uoluptatibus uitæ euntes suffocantur, & non referunt fructum. Quod autẽ in bonam terram, hi sunt, qui in corde bono & optimo audiẽtes uerbũ retinẽt, & fructũ afferũt in patiẽtia.

HOMILIA PRIMA.

DOcemur hoc euãgelio charissimi à CHRISTO, quàm bonum, quàm utile, quamq; omnino necessarium sit audire uerbum dei: quo nos eruiamur, quibus modis debeamus in uinea domini laborare, ut tandem denarium mereamur æternæ beatitudinis. Illo enim uerbo diuino instruimur, quid facere nos deceat, quid referat uitare, quid amare, quid fugere oporteat: & quid denique non? penitus enim in uerbo dei discimus, quid sit beneplacitum deo, quid nobis nostræq; saluti commodum. quamuis idipsum per se quoque opus est meritorium, libenter audire uerbum dei, quod sane argumento esse potest, hominem aliquem esse à deo electum ad uitam æternam, sicut infra dominica 5. quadragesimæ latius dicetur. Siquidem in concionibus sacris deus nobiscum loquitur, nos erudit & docet, iuxta illud Da
Psalm. 31. uidicũ: Intellectũ tibi dabo & instruam te in uia hac, qua gradieris, firmabo super te oculos meos. Atq; ideo ad eũ
Psal. 118. clamat Dauid: Doce me iustificatiões tuas. uiam iustificationũ tuarũ instrue me, & exercebor in mirabilibus tuis. Plurimum uero hinc nobis accedit commodi, quod ipse

q̄ proposuit parabolam, explicare etiam dignatus est dominus, neq; iam alia re ulla nisi admonitione indiget, ut secundum eam uiuamus. Quia si, inquit sanctus Gregorius, uobis semen uerbum, agrum mundum, uolucres dæmonia, spinas diuitias significare diceremus, ad credendum nobis mens forsitan uestra dubitaret. unde & idem dominus per semetipsum dignatus est exponere quod dicebat, ut sciatis significationes quærere in ijs etiam quæ per semetipsum noluit explanare. Quis enim mihi unquam crederet, si spinas diuitias interpretari uoluissem, maxime cum illæ pungant, istæ delectent? & tamen spinæ sunt, quia cogitationum suarum punctionibus mentem lacerant, & cum usq; ad peccatum pertrahunt, quasi inflicto uulnere cruentant. Ideo dominus fallaces appellauit diuitias. fallaces enim sunt, quæ mentis nostræ inopiam non expellunt. siquidem illæ demum ueræ sunt diuitiæ, quæ nos uirtutibus ditant. Gregor.

1. ¶ Euangelista sic ait: Cum turba plurima conueniret, & de ciuitatibus properarent ad Iesum, sicut Matthęus testatur, dixit per similitudinem, è naui prædicans ad populum in littore stantem. ubi Hieronymus dicit: Non poterat populus domum Iesu intrare, nec esse ibi, ubi apostoli audiebant mysteria. Ideo miserator & misericors dominus egreditur de domo sua, & sedet iuxta seculi huius mare. Vbi populi etiam uidere licet pietatem & deuotionem, qui turmatim subinde ad dominum confluxit, quamuis non eadem causa. alij enim adcurrebant ut sanarentur, alij ex præsumptione & temeritate, alij ex inuidia, ut eum caperent in sermone, alij ut magis saturi fierent panibus & piscibus, alij adfectu quodam pietatis. at q̄ non temere turbam uocat euangelista, eo quòd & multitudo erat è uarijs hominibus coacta & congregata. ita alius alijs adfectus, sensus alius aliaq; erat uoluntas, neq; uno omnes erant animo menteq; præditi, ut ait Beda, ideoq; cum eis locutus est per uarias parabolas, ut si qui non una statim, alia tamen similitudine mouerentur. Apud Matthæum eadem hæc concio non paulo longior est, ubi & ostendit Euangelista, quomodo & quare CHRISTVS per parabolas loquutus sit, ut nimi- Luce. 8. Matth. 13. Hieronym. Beda.

Psalm. 77 rum impleretur scriptura illa Dauidis: Aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio. Hoc autē fecit dominus, cū iā turba plurima conuenisset, profecto
Chrysost. enim uerissimum est quod dicit Chrysostomus: Quilibet bonus doctor incitatur ad docendum, cum plures habuerit auditores, intelligēdo hoc de doctoribus huiusmodi, qui salutem ardēt & sitiunt audientium. Nam ubi eo quis animo est, ut cōcursum amplectatur & optet hominum, in hoc ut honorem & famam sibi arroget ex concionib⁹ suis, ibi certum est diabolum magistrum & doctorē esse, qui statim ludos fucumq; facit, hæreses attentat. & quam-
2. Petri. 2. primum prædicatorem hac capitis parte captauit, ut ipe sibi placeat, audax fit & temerarius, sicut nunc proh dolor fieri uidemus in prædicatoribus neochristianorum, qui quamuis sint parum docti, uideri tamen uolunt apud suos, irruunt quouis modo, & placentia dicunt audientibus, non ignari etiam plerunque se procul à uero deuiare. Hic ille fastus, hæc ista turgida & inflata est superbia,
Isaiæ. 30. sicut inquit Isaias: Clamaui super hoc, superbia tantum est. Sed quæris, quæ sit huius superbiæ causa, quis autor. isti scilicet, qui prædicatorem ad hoc hortantur & dicūt: Age domine prædicator, hoc placet, sic uisum est omni-
Isaiæ. 30. no. sicut Isaias ait, Qui dicunt uidentibus, nolite uidere: & aspicientibus, nolite aspicere nobis ea quæ recta sunt, loquimini nobis placentia, uidete nobis errores, auferte à me uiam, declinate à me semitam, cesset à facie nostra sanctus Israel. Hæc sunt etiam in propria forma uerba, quæ Lutherani senatores & cęteri quoq; homines exuul go ad suos prædicatores loquuntur. Væ autem & iterum uæ sacerdotibus istis, q tam misere seduci se patiunt, fallicq;, tantum ob temporalia ista bona & caducos honores. sed hæc aliâs, nunc ad propositum redeamus. Quid mirū, si qs multitudine audientiū ad dicendū magis cōmouet, modo ille ob hoc tm̄ gaudeat, ut ibi laudet & magnificet deus: sicut apud Iohannē fecisse Christum legimus, cum
Iohan. 12. iam plurimi ad eum concurrerent, & gentiles quoque adproperarent, dixit ille: Venit hora, ut clarificetur filius hominis. pater, clarifica nomen tuum. Id itaq; si in gloriam & honorē dei redūdat, bene est: neq; peccat in hoc,

qui multitudine audientium gaudet, modo apud se cogitet, quisquis magnam hominum turbam circũcirca astare apud se uidet, & apud se expendat illud quod CHRISTVS dixit ad discipulos suos: Videte regiones, quia albæ sunt iam ad messem. fit hoc, quum corda & pectora auditorum parata sunt obsequi & credere ijs quæ prædicantur. Iohan. 4.

2. ¶ Properante iam populo ad dominum, loquutus ille est per parabolas, idq; eo, ut inquit Chrysostomus, maxime, exorsus etiam ab huiusmodi parabola, qua auditores redderet attentos. neq; id ideo tantum, sed etiam ut sermonibus huiusmodi abstrusioribus fortius pectora eorum & animos commoueret: deinde ut dicta illa tenacius eorum mentibus inhærerent. Præterea uoluit sermonem suum eiusmodi parabolis & apertiorem & captui audientium magis esse obuium. Vnde iam patet, quantopere neochristiani errent in hoc, quòd nullã picturã seu imaginem uolunt sustinere, sed intellectum quoq; uulgi immediate omnino in deum dirigere, reiectis & posthabitis omnibus externis imaginibus atq; figuris. Neq; hic rationem aliquam hñt uiuentium sanctorum, neq; fragilitatem considerant hũmanam, neq; egestatem, uident in quam misere deiecti sumus omnes per pctm̃ Adæ, neq; dicunt illud cum Iob: Memento quæso domine quòd sicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me. Neq; etiam cogitant, quãtum nobis thesaurum perdiderit Adam scientiæ & cognitiõis in omnibus, adeo ut omnis nostra cognitio ex infimis iam consurgat, nihilq; sit in intellectu, quin prius fuerit in sensu, cogaturq; nobilissimus hic animus noster ex sensibus & ancilla sensationis exterioris omnia emendicare. neque enim proximum intelligere tuum potes, neque animam aut corpus eius, sed per externa tantum accidentia, coloris, formæ, uestitus &c̃. Similiter si iusto succederetur ordine, substantias separatas, deum & angelos, ipsumq; adeo cælum absolute & in se ex nostro cognosceremus intellectu. Iam uero ex uisibilibus nos mendicare omnia oportet, ut etiam Paulus testatur, inquiens: Inuisibilia per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius uirtus & Chrysost. Iob. 10. Roma. 1.

diuinitas. Et cur isti quicquam externarum imaginũ habere nolunt, sed eas quoq; ab intellectu nostro arcere, quem Paulus ad uisibilia astringit, quem Christus imaginibus aliquot & rerum similitudinibus ad ueram cognitionem subinde reuocare studuit, adeo ut Marcus dicat:

Mar. 4. Multis parabolis loquebatur eis uerbum, prout poterant audire, et sine parabola non loquebatur eis.

3. ¶ Nunc parabolam nobis proponit Christus: Exit

Hieron. Beda. qui seminat, seminare semen suũ. Seminator hic dñs Iesus est q ex sinu patris, q̃ creatura nulla peruenerat, exit in hunc mundum, sicut ipse apud Iohãnem dicit: Exi à patre & ueni in hunc mundum. ideo aũt exit ille, ut hominibus seminaret sermonem patris sui. Vbi si dicis filium dei, quia & ipse sit deus, & ubiq; esse, & exire non potuisse, scias ipsum non exiuisse secundum locum, multo minus secundum essentiam suam, sed tantum ratione assum

Chrysost. ptæ humanitatis, quomodo exit ille seminare, non perdere, neq; iudicare, sicut exiturus est in die iudicij. Exit inquam seminare semen, non alienum, sed suum, suum illud semen bonum, exempla bona in operibus bonis, semen piæ orationis & salutaris prædicatiõis. Cuius exemplo exire ad seminandũ debẽt oẽs prædicatores, semẽ in

Proue. 11. quam bonorum operum, iuxta illud Sapientis: Seminanti iustitiam merces fidelis. Imò & uniuersi homines semẽ hoc seminare debent bonorum operum, unde tandem

Iacob. 3. habeant quod metant, sicut dicit Iacobus: Fructus iustitiæ in pace seminatur. Deinde seminare quoq; debent semẽ piæ & deuotę oratiõis, iuxta illud Dauidis: Eũtes ibãt & flebant, mittentes semina sua. Præterea seminare eos oportet semen salutaris prædicationis, sicut in hac parabola commemoratur: Prospiciat tamen sibi huiusmodi

Leuiti. 19. prædicator, ut illud præceptum Leuitici obseruet: Agrũ tuum non seres diuerso semine, quod tamen faciunt prædicatores hæretici, qui semine Christi uerbo illi sancto dei, commiscent semen diaboli, erroribus scilicet & hæresibus multis insperssis. Quod quis non uideat facere neochristianorum prædicatores, qui euangelium quidem & eum eo nonnihil boni prædicant, uerum subinde ex sacco etiam diaboli aliquid extrahunt seminis, quod intelle

ctum falsum & tantum loliũ, zizaniam & filices pariat. Ab eiusmodi sedulo tibi caue seminatore, ne mali seminis, quod ferè fit, plus capias quàm boni.

¶ Cum domino sciat quilibet prædicator seminãdum sibi esse semen bonum, semen inquam CHRISTI, quod etiamsi nõ statim excrescat & exurgat, ut nunc proh dolor uidemus passim fieri, cũ hoc seculo prædicare operosum sit & sane difficilimum, non curet id prædicator bonus, cum audiat hic in euangelio, tres eius etiam quod CHRISTVS seminauerat, seminis partes perire. Er tu itaque cum uides sermonem tuum nõ ubiq; iuxta ædificare, id deo committito. tantum cura ne hoc tua culpa fiat & uitio, si huiusmodi quid tibi cõtingat, quale prædixit Isaias: Triginta modij sementis faciunt modios tres. fuit autem & Paulus seminator, unde seminiuerbium eum uocabant Athenienses. Atqui sępius tamen seminauit in uanũ, q̃propter & ipse ad Iudęos dixit: Vobis oportebat primum loqui uerbum dei, sed quoniã repellitis illud, & indignos uos iudicatis æternæ uitæ, ecce conuertimur ad gentes. Ad hunc modum quàmplurimi etiam alij seminauerunt, qui ex semente nihil fructus retulerint. quamobrem dixit Sapiens: Mane semina semen tuum, & uespere ne cesset manus tua, quia nescis quid magis oriatur, hoc aut illud: & si utrunq; simul, melius erit. Sic omnis bonus prædicator non debet intermittere, quin pro uirili sua semper seminet. quis enim scit, ubi gratiam suam effundat & largiatur deus? quod etiamsi semen pereat in audientibus, in seminante tamen suo fructu non carebit, quãdo tunc dicere poterit cum Dauide: Oratio mea in sinum meum conuertetur, ita etiam labor & omnis opera eoꝝ apud deum non perierit, quoniam non obliuiscitur nostri deus. Age age uero, quamuis zizaniæ & corrupti seminis multum iam est in terra, deus tamen gratiam nobis tribuere suã dignetur, cordaq; uestra uelut agros fertiles & fœcundos à perditissimo semine custodiat, ut tandem post hanc uitam, uitam consequamur æternam, quã nobis concedat dominus noster Iesus Christus in secula benedictus, Amen.

Isaię. 5.

Actuũ. 17.
Actuũ. 13.

Eccl. 11.

Psalm. 34
Isaię. 49.
Matth. 13

HOMILIA SECVNDA

Dominicæ sexagesimæ.

Hieron. PRouocamur, inquit sanctus Hieronymus, ad dictorum intelligẽtiam, quoties ijs sermonibus commonemur, ideoq; & nos huic expositioni, quam Christus dedit, firmiter stare intendimus, adductis tantũ alijs quoq; in eundem sensum scripturis. Exijt, qui seminat, seminare semen suum: & dum seminat, aliud cecidit secus uiam, & conculcatum est, & uolucres cæli comederunt illud. Non dixit, & proiecit aliud secus uiam, sed, aliud cecidit secus uiam, & aliud cecidit super petram, aliud inter spinas, aliud uero in terram bonam, & ortum fecit fructũ centuplum. Hęc omnia uno sic contextu induximus, ꝙniam expositionem super ijs à domino audire uolumus, iuxta diui Hieronymi sententiam superius iam inductam.

Coloss. 2. Quis enim uel melius uel felicius parabolam istam uniuersam explicaret, q̃ æterna illa sapiẽtia Christus, in quo sapientiæ diuinæ thesauri sunt reconditi? Hæc dicens, inquit euangelista, clamabat: Qui habet aures audiendi, audiat. Clamauit hic Christus, ut corda & animos audientium ad spũalem & sublimiorem quandam intelligentiam citaret. quoties enim teste Beda, hæc admonitiuncula uel in euangelio, uel in Apocalypsi Iohannis interponit, mysticum esse quod dicitur, quærendumq; à nobis intentius ostenditur. Ah quotidie adhuc clamat dominus, modo nos auscultaremus & audiremus illum, & sequeremur.

Beda.

Gregorij. semper em̃ clamat, uerbis, factis & omnibus operibus, cũ omnis Christi actio nostra sit instructio. Ad pc̃tores clamat ut pœnitentiam agant, ad errabundos ut reuertantur, ad ignauos ut excitent. ait em̃: Surge q̃ dormis. clamat ad nos seruus Christi Paulus. Audite igit oẽs & obseruate quid fructus sit in audiendo uerbo dei, omnes q̃tquot aures habetis audiendi, audite. Vbi si quæris, an nõ & illi audierũt, aut nõ aures habuerũt? respõdeo, omnes illos aures qdem habuisse extrinsecus audiẽdi, ueꝝ aures intellectus eoꝝ apertæ non erãt, multo minus aures obedientiæ, quibus obsequi parati fuissent. Triplices nãq; nos

Ephe. 5.

Triplices aures.

aures oportet habere, extrinsecus audiendo, intrinsecus intelligendo, & opere tãdem perficiendo. Quomodo ad fidelem animam dicit dominus per prophetam: Audi filia & uide, & inclina aurem tuam, per obedientiam scilicet. Verum sicuti tunc, ita nunc quoq; multi non audiũt, quamuis aures externas habeant, quando cor eorum malitiæ repagulis & nequitiæ clausꝰis est obseratum, sicut per Isaiam dicit dominus: Audite audientes, & nolite intelligere: & uidete uisionem, & nolite cognoscere. excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne forte uideat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat & conuertatur, & sanem eum. Cur obsecro hæc tanta? Prohdolor, diabolus aures eis ꝑcidit per istam peccatricem uoluptatem, sicut Iezechiel dicit. Et quot eandem uestrum hic adstant, nunquid omnes corporis aures apertas habetis? uerum animi & mẽtis aures ut se habeant, quis nôrit? forte ita est ut Isaias ait, qui apertas habes aures, nonne audies? Plericq; etiam cum aures habeant, eas ipsi sibi obstruunt instar serpentis, ĩ nimirum omnes, qui uerbum dei nolunt audire, neq; ad cõciones uenire, subueriti semper, ne quod nolint audiant, sicut iam faciunt neochristiani, nolentes audire catholicos prędicatores. Sunt alĩ qui & ipsi aures quidem habẽt, sed idolorum aures, de quibus Dauid: Aures, inquit, habẽt & non audient Neq; desunt tamen qui internas etiã animi aures habeant saluas & incorruptas, de quibus Sapiẽs: Auris bona audiet cũ omni concupiscentia sapientiã. neq; id immerito, nam audiens sapiens sapientior erit, & intelligens gubernacula possidebit. Qui itaq; habet aures audiendi, audiat. Audierunt hæc apostoli, & ideo dominum interrogauerunt, qualisnam hæc esset parabola. qm̃ auditorum est, ut inquit Chrysostomus, qui magna discẽdi cupiditate ardent, multum & sæpe quærere. Et hoc tamen fecerunt apostoli, quando soli cum Christo erant. ita enim Marcus ait: Cum esset singularis, interrogauerunt eum. (Interrogatio est clauis scientiæ)

Psal. 44.

Isaię. 6.

Iezech. 23.

Isaię. 42.

Psalm. 57.

Psalm. 113.

Eccl. 3.

Chrysost.

Marc. 4

3. ¶ Interrogantibus ergo discipulis respondit dñs: Vobis datum est nosse mysterium regni dei, cæteris autẽ in parabolis. Matthæus responsionem hanc & pluribus

Matth. 1

& magis cõsolatorijs uerbis expressit, nos tamen à Luce non discedemus. Intellectũ parabolæ à Christo petierũt apostoli, dixerat aũt ille & iam ante eis promiserat, Qui petit, accipit. petentes ergo acceperũt uerum intellectum quos imitari debent, quotquot discere cupiunt & euolue-re scripturas sacras, atq; uoluntatem cognoscere diuinã, ut orent sedulo diligenter, sicut de sancto Thoma Aquinate legimus: quem oratione magis pia, quàm lectiõe assidua edoctum testantur historiæ. Nunc plane Christi sequitur responsio: Vobis datum est, uobis inquam, qui ardenter pro intellectu orastis, datum est diuinitus cognoscere regnum cælorum. Quærendi rogandiq; modũ istũ intellige in obscuris, occultis, & antea nõ explicatis. ubi enim res per se satis tũ manifesta est, tum ab alijs declarata, non tantum non gratia dei impetratur quærendo, sed ipse etiam deus cõmouetur ad iram. Hoc ideo hic commemoro, quoniam sunt iam ex neochristianis nõnulli, qui uerbis gloriari solent magnificis, quomodo orent sedulo deum, ut eis intellectum & oculos cordis aperiat ad uidendum an errent, & à uia ueritatis declinârint. Vbi licet ego tanti faciam orationem uere piam, ut si ex animo bono promanat & uoluntate perfecta, nihil minus facturus sit deus quàm ut eandem reijciat: uerum hic nihil neque radicis est bonæ neq; fundamenti firmi, ubi per amicos suos deus, per patres sanctos & per ecclesiam catholicam articulos illos iam olim robustissime explanauit, sup quibus modo contenditur: ideo nihil impetrant eorũ orationes. Audiunt potius & subinde reportant istud, ꝗd diuiti damnato datum est responsum: Habent Moysen & prophetas, audiant illos. Vel, habent ecclesiam catholicã, habent concilia, habent patres & doctores, omnes hos audiant. Interrogauit Christum etiã Philippus, petijtq; ostendi sibi patrem. sed quid audiuit? Tanto tempore uobiscũ sum, & nõ me cognouistis? Philippe, qui uidet me, uidet & patrem meũ. & quomodo tu dicis, ostende nobis patrem? Ecce hic dñs increpauit Philippũ minus recte rogantem, obiecit eidem pro magno tempore annos tres cum dimidio, quibus cũ eo fuerat. Et non putaris charissimi fratres grauius multo cõmoueri illũ atq; irasci super

Thomas de Aquino.

Luce. 16.

Johan. 14

istis ne ochristianis, qui qua sunt tum peruicacia, tum cæcitate, cognoscere adhuc nolunt, quæ Christus reuelauit per ecclesiam, cum qua annis iam post mille quingentis continue fuit, sicut promiserat ascensurus in cælum, mansurum se nobiscū usq; ad seculi consummationē. pro cui⁹ fide rogauit ne quando deficeret. Nunc itaq; Christi uerba audite: Vobis datum est cognoscere regnum cęlorum, uobis inquam fidelibus, uobis humilibus datum est nosse mysteria regni cælorum: hoc est, ecclesiæ, in qua deus per fidem suam regnat & gratiā. uos enim regnū illud ædificare & extruere me adiuuabitis, cæteris autem in parabolis tantū, neq; id dñi, sed audientium uitio. siquidem ille pro suo captu cuiq; prædicauit. & sic quicunq; per fidem parati sunt, bonaq; uoluntate firmati, clamant cum Samuele: Loquere domine, qa audit seru⁹ tuus. illisq; mysteria simul cum intellectu reuelat deus. unde & Sapiens dixit, Inclina aures tuas & audi uerba sapientiæ. Quotquot autem infideles sunt, falsi beluini & impij, ex sola parabola pendent. Corticem tantum arrodunt & mordent, de nucleo nihil gustant: quoniam in maleuolam animā non introibit spiritus sapientiæ, neq; habitabit in corpore subdito peccatis. Et ehe quidem hanc non dei, sed ipsorum culpam, rationem porro ostendit, dicens eos qui signa uideant externa, non uidere oculis cordis per fidem, quæ sane apud Matthęum adhuc latius explicat causa, adducto in hoc Isaiæ loco. uerum nos, ut antea diximus, à Luca breuitatis gratia non recedemus. Videntes igit, hoc est, qui sibi uel maxime uidere uidentur, nihil uident, sicut apud Iohannem etiam dominus dixit: In iudicium in hunc mundum ueni, ut qui non uident (gentiles) uideāt: & qui uidēt, cæci fiāt, Iudæi scilicet. idq; ita esse, ex sequētibus patet. sequitur em̄: Audierunt quidā ex pharisæis, q cum ipso erant, dixerunt ei: Nunquid & nos cæci sumus? Dixit eis Iesus: Si cæci essetis, nō haberetis peccatū. Nunc uero dicitis, quia uidemus, peccatum uestrū manet

¶ Ad eundem quoque modum fiet temporibus Antichristi & præcursorum suorum, quando impij iuxta prophetiā Danielis omnes nihil intelligent, uerū docti intelligent. Quod si igitur docti quibus datum est desuper,

Matth. 28

Lucę. 22

1. Reg. 3

Proue. 21

Sapient. 1

Matth. 13

Johan. 9

Daniel. 12

intelligũt mysteria regni dei, utiq; malitia & peruersitas hominũ in causa est, quo minus mysteria dei intelligant: sicut nunc neochristiani proprios suos errores, quos tamen etiam cæcus quilibet uideat, non intelligũt. Et audi tu hic mihi quid Sapiens dicat: Non recipit fatuus uerba prudentiæ, nisi ea dixeris quæ uersantur in corde eius. q̃uis autem expresse Christus hic contra malos loquitur & infideles, tamen ita res utiq; habet, sicq; usu quotidiano experimur ipsi, ꝙ simpliciores & facilime docentur, & efficacissime mouentur exemplis. ijsdem quoq; mysteria magna dei, ne contemnantur ab eis, celantur. unde etiã in ecclesia canonis lectio & quorundam aliorum in missa cœpit haberi tacita, uerbaq; consecrationis nõ nisi sub silentio efferri. cuius sane rei euidens illud erat in ueteri testamento exemplum, ubi præcepit dominus, ut Aaron filijsq; sui uasa consecrata omnia inuoluerent, arcam quoque, altare, mensas panibus propositionis dicatas, thuribula, phialas item & lapides, atq; id genus alia omnia: quibus sic conuolutis, si quando exercitus esset accinctus itineri, ingrederentur filij Caath, sanctumq; illum ornatũ hoc modo uelamine opertum efferrent, & non tangerẽt uasa sanctuarij, ne moriantur. En hic fortissimum uobis exemplum, quo uidetis quoniam filij Aaron sacerdotes nudis manibus uasa tangebant sanctuarij, quod tamen filijs Caath non licebat. Væ uæ igitur neochristianis omnibus, qui non tantum temere uasa deo diuinoq; cultui dicata contrectant, sed etiam laici uenerabile sacramentũ (prohpudor & scelus) profane tractant. & ij sane, quãuis non subito moriantur sicut filij Caath, sicut Oza, qui arcam domini iamiam tamen collapsuram fulcire uolens, tetigit, tamen nihilo minus sua ipsis manent supplicia. Verum nos iam unde digressi sumus, paulatim ad illud redeamus.

Proue. 18

Nume. 4.

2. Reg. 16.

¶ Qui præ cæteris sunt intellectu illuminati, sicut filij Aaron, mysteria dei nuda & aperta suscipiunt: simplices autem filij Caath, per inuolucra, per parabolas, per ænigmata. quamuis si proprie & uere de hac re loqui uelim⁹, omnis nostra de deo cognitio, obscura est & inuoluta, nõ aperta, testante id etiam Paulo cum ait: Videmus nunc

1. Corin. 13

speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Quid multa? omnis illa nostra quæ in hoc mundo haberi potest notitia, scientia & qualiscunq; cognitio, non tantum rebus comparata diuinis, sed naturalibus quoq;, mera uanitas est, usq; adeo, ut infantulus iam primum baptizatus & à baptismo statim mortuus, plus intelligat & sciat, q̃ omnes quotquot in mundo sunt philosophi. Melius autẽ res quondam sese ante Adæ lapsum habebant. De qua re aliâs plura. XX.

¶Nemo tamen ideo cogitet, in hoc Christum locutum esse obscurius, ut à nemine intelligeretur: quod sane nõ non parum foret iniquum, ita docere quẽpiam, ut se nolit ab aliquo intelligi, sicut inuidi quidam doctores & magistri in scholis faciunt, sibi magistralis industriæ mysterium reseruantes, docent infideliter. Non hoc etiam de Christo suspicandum est, qui mysteria hæc illis noluit, nisi iuxta captus & intellectus ipsorum dispositionem uelata proponere: quoniam hoc eis non paulo & utilius, & ad intelligendum futurum erat conducibilius. Atque omnino fecit hoc Christus etiam (ex Theophylacti sentẽtia) in illorum bonum, ne enim magis condemnentur, q̃ cognita mysteria spreuerint, ideo ab illis ea Christ⁹ abscondit. Sed neq; alte uolãdum est illi, qui uulgum sibi docendum assumit, neq; hoc proderit quicquam, si quis alti⁹ quàm intelligat ipse & capiat, ingenij sui uolatus docendo uelit ascendere. Itaq; qui proponendæ doctrinæ modum scire cupit, Paulum audiat, ad Hebræos de sacerdotio Christi sic dicentem: De quo nobis grandis sermo & interpretabilis ad dicendum, quoniã imbecilles facti estis ad audiendum. Etenim cum deberetis magistri esse, ppter tempus, rursum indigetis ut uos doceamini quæ sint elementa exordij sermonum dei: & facti estis quibus lacte opus sit, nõ solido cibo. omnis enim qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ. paruulus enim est. perfectorum autem est solidus cibus, eorum qui pro consuetudine exercitatos habẽt sensus ad discretionẽ boni ac mali. Theophyl. Hebr. 5.

¶An non luculenter satis hic Paulus docuit, quomodo diuersos exhibere oporteat cibos incipientibus, paruulis adhuc & simplicibus, rursus quoq;, iam grandibus

& exercitatis? Paruuli autem & nondum satis exercitati erant Corinthij, quibus datum adhuc non erat nosse my-
1. Cor. 3. steria regni dei. eis enim Paulus ait: Fratres, nō potui uobis loqui quasi spiritualibus, tanquam paruulis in Christo lac uobis potum dedi, non escam. nondum enim poteratis, sed nec nunc quidem potestis, adhuc enim carnales estis. Quod si conquereris difficile esse in magna hominum multitudine discrimen nosse, quando, quibusque cibus sit dandus solidus aut lac, id nos quoq; tecum fatemur esse difficile. uerum hic tu cum ipsis omnibus deum & fideliter & sedulo inuoca, qui mos in concionibus àcatholicis merito obseruatur, ut deus aperiat uobis ostium
Coloss. 4. sermonis ad loquendum mysterium Christi, & ille linguam tuam pro tuo tuorumq; auditorum commodo diriget, ut hic gratiam, & in futurum æternam consequamini gloriam, Amen,

HOMILIA TERTIA IN DOminica Sexagesimæ.

DOminus noster Iesus Christus in hoc euangelio ostendit, quomodo uerbum dei prædicatum, fructum aliquando copiosam afferat, aliàs nullum,
Luc. 8. per modum parabolæ quatuor genera seminis proponens. eadem posthac explicat, id nunc audire lubet. Primum semen est, quod cadens secus uiam, conculcatur, quo significantur, qui cum audiant uerbum dei, tamen irruente diabolo illud sibi eripi facile finunt, suggestionesq; diaboli suscipiunt. unde fit ut nec credant, neq; ex fide saluentur. Nanq; uerbum dei tunc secus uiam cadere dicitur, quando est homo qui audiens quidem uerbū diuinum, cogitationes tamen multas habet uanas & leuissimas, cor etiam adfectibus inutilibus uelut uia quadam assidua tritum. hæc ista nimirum uia mala est, uia (ut in-
1. Reg. 21. quit Dauid) polluta, quando cor aliquod plenum est cogitationibus immundis & uanitatibus mūdi, quod ubi primum induruerit obducto callo, non recipit semē, sed hoc uix in summa dispersum superficie iacet. unde crediderim Christū hic per uiā pigros intelligere & ignauos, iuxta
Chrysost. ipsam quoq; Chrysostomi sententiam, quoniam sicut se

men in uia sursum, nullum fert fructum, ita isti cum torpeant toti, nullam adferunt boni operis frugem. sed & si quando bonæ cogitationis pñ'q; adfectus seminarium aliquod in eorum animis exurgit, id totum suggestiõibus diaboli & cogitatibus leuissimis suffocat, iuxta illud uerbum Moysis: deuorabunt eos aues morsu amarissimo. Deut. 32.

¶ Est & illud hoc loco obseruatu digissimum, q̃ sicut hic semen conculcatum, auibus deinde uorandum relinquitur: ita homo locum præbet primum immundis cogitationibus, sic'q; liberum offert diabolo ingrediendi aditum. quod diligenter illa Tobiæ Sara præcauit, unde & dixit: Nunquam cum ludentibus miscui me, neq; cum ijs qui in leuitate ambulant, participem me præbui. Vbi uideant qui stulte nimis sibi persuadent innocentes se esse, cum necauari sint neq; luxuriosi, & subinde tum gestib⁹ sunt impudentibus, uerbis & animo nimium licenter lasciuiunt: dum nihil in ipsis agit uerbum dei, sed solo ore Christiani sunt, opere bono nihil min⁹ q̃ Christianismũ profitentes: qm̃ in auribus tantum eorum uerbum dei p̃ fistit, ad animum non peruenit, neq; cor cõmouet. Quisquis aũt ad opus perducit, quod auditu percipit, uerbum sanctum dei, is & obicem ponit diabolo, & eum totũ expellit, facit'q; ut q̃d concepit, sibi nõ auferatur, semen. Tobiæ. 3.

2. ¶ Est & semen aliquod, quod in petrã incidit, natum'q;, statim aruit, quia non habebat humorem. Id exponit Christus ipse, significare eos, qui cum gaudio quidem audiũt uerbum dei, uerum hoc radices in eis nullas agit, unde ad tempus tantum credunt, atq; ubi primum persecutio ingruat, recedunt, ij nimirum, qui tum instabilitate tum animi sui tarditate non perseuerant in bono proposito, quod ex prædicatione hauserant, quoniam radicem perseuerantiæ non habent: cum multi sint utiq;, q̃ cum audiunt uerbum dei, multa bona sibi proponunt, è quibus tamen primo statim aduersitatis tempore excidunt, & inchoata etiam derelinquunt. Vt si qui sunt, qui audiunt uehementer à prædicatore differi, contra fœditatem luxuriæ, proponunt sibi eam uitare perpetuo, pudore ducti eius quam commiserunt, impudicitiæ: uerum quamprimum oculi eorum aliquid uiderint quod Chrysost. Gregor⁹

concupiscant, animus quoq; statim nescio quo carnali uo luptate subito uelut rapitur, idem plane exercẽs ꝙd paulo ante iniquissimum iudicauerat. fitq; sic eis idem quod Balaamo, qui inspectis tentoriis populi Israel, dixit: Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia. Sed deum immortalem quàm subito hic ei perijt adfectus, cum ex rege Balach de muneribus & donis nõnihil audiret. statim enim tunc de cæde populi Israel consultare cœpit, iamiam oblitus quanta illi paulo ante precatus fuerat bona.

Numer. 23

Numer. 24

¶ Hoc illud alterum est semen quod cadit in petram, per ꝙd tamen sunt qui superbos uelint intelligere, qui sæpe magna uitia odio persequuntur, sed ex superbia tantũ, sine humore omni tum deuotiõis, tum humilitatis. & ꝙd igitur aliud esse credas, nisi illud plane frumentum de ꝙ dixit Oseas, Culmus stans nõ est in eis, germen nõ faciet farinam, ꝙd & si fecerit, alieni comedẽt eam? Hoc mõ hypocritæ omnes instructi sunt, eoq; animo præditi ad uerbum dei, de quibus Paulus, speciem, inquit, pietatis habẽtes, uirtutem eius abnegant. Id nanq; genus hominũ bona quidem multa facit, sed id totum exarescit, quoniã humore caret dilectiõis dei. in ímo iamdudum obduruit. nihil nisi petra est suopte uitio indurata, unde qcquid etiã excrescit fructuũ, nec matureſcit, nec meritũ habet, sed sicut fœnũ tecti, priusq; cuellat exarescit. Hoc itaq; ariditatis uitium est. nõ sic autem fructus iustorũ, quem perhibet Ieremias esse uelut lignum quod transplantatur super aquas, & ad humorem mittit radices suas. Vel iuxta canticum Dauidis de uiro beato tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, & fructum suum dat in tempore suo. Et breuiter secundum Bedam, hoc est humor ad radicem seminis, quod iuxta aliã parabolã oleũ ad lampadas uirginum nutriendas, id est, amor & perseuerantia uirtutis.

Osee. 8.

2. Tim. 3.

Psalm. 128

Iere. 17.

Psalm. 1.

Beda.

Matth. 25

¶ Tertium semen cecidit inter spinas, & simul exortæ spinæ suffocauerunt illud. Hoc exponens dominus, ait, eos esse qui audierũt, & à solicitudinibus & diuitijs & uoluptatibus uitæ euntes suffocantur, & non referunt fructum. En hic triplices tibi domino testante spinas, solici-

tudines, diuitias & uoluptates, quæ singulæ semen uerbi diuini suffocãt, eo cum primis, ut inquit Gregorius, quia importunis suis cogitationibus guttur mentis strangulant, & dum bonum desiderium intrare ad cor non sinunt, quasi aditum uitalis flatus uetant. Sed & similitudinem seu comparationem hanc ita insimulat Chrysostomus, ut quoniam ubicunque spinæ crescunt, ibi terra ut plurimum frigida, caliginosa seu obscura est & amara: ideoq; in locis eiusmodi spinosis nõ est habitatio nisi serpentum. Ita & ubi spinæ solicitudinum sunt, seu diuitiarum aut uoluptatis, ibi refrigescit animus in amore dei & proximi, cum nemini utiq; sit amicus quisquis auarus est, quem non puder exigui lucelli spe utrunq; in se commouere parentem, fratres simul & sorores. Quid quòd deum ipsum ꝙq; posthabet pecuniæ, & omnino ubiubi auaritia est, ibi nec amor nec fides est? Præterea, in spinis ꝙd semper opaca caligo est, quodq; omnibus auaris nunquam sol splendet, neq; luna lucet, nec quicquam nisi aurum amatur & argentum, id utrunq; mauult quàm oẽs totius mũdi creaturas. Tacere non possunt quàm amaræ & acerbæ sint diuitiæ, earumq; cupiditas auaritia, adeo ut diuitijs uti non audeant, quando insatiabilis & habendi uoluptas, & in rebus possidẽdis libido, auari hominis præcordia obsederunt: adeo ut non sit commodior habitãdi locus diabolo, quàm sub eiusmodi frigido, amarulẽto & auaro pectore. siquidem uerum est illud Pauli, quòd malorum omnium radix sit auaritia, & quãuis uana oĩm uitiorum concupiscentia animum hominis pungit, eo ꝙ non est aliquod peccatum tantopere uoluptatis plenum, quin annexam sibi pœnam iunctãq; habeat spinã quę pũgit, super qua re pulcherrimũ est illud Augustini uerbũ: Iussisti domine & ita est, ut sit sibi pœna omnis inordinatus animus. Magis tamen Christus spinas auaritiæ comparat, quàm cuiquam aliorum peccatorum. fit enim nescio quomodo, ut præ omnibus alijs uitijs magis animũ hominis auaritia distinear, torqueat, excruciet. Sed iam dudum obmurmurãtem aliquem audio & dicentem, cur uoluptatem & solicitudinem cum diuitijs iũxerit hic dominus. Huic sane pulchre respondet sanctus Gregorius,

Gregorius.

Contra auaritiã.

1. Tim. 6.

Augu. li. 1. de confes.

dicens: Quoniã diuitiæ &per curam mentem opprimũt, & per affluentiam reſoluunt. profecto enim diuitiæ uix tandem maximis laboribus & miſerijs adquiſitæ, auariti am tandem pariunt, quia opum, ut inquit Auguſtinus, in firmitas eſt ſuperbia. & uere magnũ ac generoſum oportet eſſe animum, qui ab infirmitate in diuitijs non adficitur, cum difficilimum ſit diuitem non efferri & ſuperbire. Quod ſi autem uerum eſt illud poëtæ, non omnino temere eſſe quicquid uulgo dicunt mortales, prouerbium illud uulgare mihi uidetur eſſe ueriſſimum, Diuitiæ neminem faciunt humilem. & diuitiæ delicias quærunt, ſicut uidemus iam in aſſiduis conuiuijs diuitum.

Auguſtin.

Bernar. Quo facit illud Bernardi in meditationibus miſeriæ uitæ humanæ: O homo, contemne omnia, & habebis oia. periclitatur caſtitas in delicijs, humilitas in diuitijs, pietas negocijs, ueritas in multiloquijs, charitas in hoc neGregorij. quã ſeculo. Vt recte omnino dixerit etiã beatus Gregorius: Quia uoluptas conuenire non poteſt cum afflictione, alio quidem tempore per cuſtodiæ ſuæ ſolicitudinẽ affligunt, atq; alio per abundantiam ad uoluptates emolliũt. quamobrem & Sapiens ait: Diues es? non eris abſq; peccato. Et beatus Hieronymus: Dives aut iniquus, aut iniqui hæres. quamuis non raro utrunque uerum ſit in eodem, ita ut quicquid uetulus inique & contra deum aſſiduo quæſtu lucratus eſt, id omne temere & perinde impie, iuuenes prodige exponant, ſicq; maxima ſæpe bona inſtar niuis dilabantur. Micheas inquit: Diuites eorum impleti ſunt iniquitate. quãdo enim quis, cum ſit diues, malam inſuper habet uoluptatem, poteſt intendere ſuperbiæ, unoq; peccato multos homines inuoluere. Tollit eñ animos opulentia, ad quam ſi cum imperitia accedat poteſtas, iam res ad inſaniam uſq; procedit.

Eccl. 11. Hieron. Micheæ. 6

¶ Iam ne uideris ſpinas eſſe diuitias, malas ſaltem, quibus ſemper adiunctæ ſunt ſpinæ, uel curarum uel uoluptatum, quæ uerbum dei ſuffocant: idq; ea de cauſa, quoniam ſpinæ naturaliter è terra ſuccreſcunt, ſed ſemen illud à terra alienum eſt. ideoq; ſpina inde felicius uegetiusq; enaſcitur quàm bonum ſemen, ſicut ipſi in lolio, ſilice & zizania uidetis. Accedit huc quod & in nobis ſpi-

na est prauæ concupiscentiæ ad diuitias & uoluptatem, crescens ex ista innata nobis maledicta terra, quando omnis sensus & cogitatio nostra etiam ab adolescentia nititur in malum. Et interim quicquid illud est seminis ex uerbo dei, alienum est nobis & aduersum, neque ita feliciter radices agit in pectore nostro. uerum filices ultro crescunt, quod de se quoq; conquestus est sanctus Paulus: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati. & supra: Scio quia non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonũ. nam uelle quidem adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. Ita prævalens in nobis concupiscentia, suffocat semen dei: cuius si apertum exemplum requiris, en ibi in euangelio Christum semen suum in agrum principis inserẽtem, cum diceret: Adhuc unum tibi deest, omĩa quæcunq; habes, uende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, & ueni & sequere me. Verum quid sequitur? His ille auditis cõtristatus est, quia diues erat ualde. Et adhuc dubitatis diuitias esse spinas, quæ uerbũ dei supprimunt? unde & deinceps dixit dominus: Quàm difficile, qui pecunias habent, in regnum dei intrabunt? Gene. 8. Roma. 7. Luce. 18.

¶ Quartum semen cecidit in terram bonam, & ortũ, fecit fructum centuplum. Ablato iam illo, quod in uiam ceciderat, semine à diabolis, & quod in petram, ariditate corrupto, quòd amoris diuini humore careret, aliud à pũgentibus diuitiarum spinis suffocatum est, uere quidem spinis. siquidem illæ sunt quæ maximis laboribus adquisitæ, pariq; timore possessę, miserrime tandem amittũtur & pereunt. Nunc demum se offert semen, quod cum cecidisset in terram bonam, ortũ, fecit fructũ centuplũ: eoq; designant illi, q in corde bono & optimo audientes, uerbum retinent, & fructũ afferũt in patientia. Hoc nimirũ illud est semen Isaac, quod ille proiecit in terram, & inuenit eo anno cẽtuplũ. Sed tu hic mihi solerter obserua, q dñs (iuxta diligẽtem Theophylacti adnotationẽ) semẽ hoc bonũ tribus descripsit ꝓprietatibus, qbus supiora semina tria caruerant. Quarũ prima ẽ, q dixit dñs, qm̃ semẽ bonum ij sunt, qui in corde bono & optimo audiũt uerbũ dei & retinent, quod sane non fecerant primi, ubi se- Gene. 26. Theoph.

men cecidit secus uiam: & non multo post, ab quibus est
Beda. ereptum: ñ utique non retinent uerbum dei, sed simul &
egrediuntur templũ, & uerbi obliuiscuntur diuini. fitq;
Iacobi.1. eis illud quod Iacobus dixit, Si quis auditor est uerbi &
non factor, hic comparabitur uiro consideranti uultum
natiuitatis suæ in speculo. considerauit enim se, & abijt,
& statim oblitus est qualis fuerat.

2. ¶ Subiungit, quòd semen illud bonæ terræ ortum,
facit fructum centuplum, hoc sane semen tertium nõ fe-
cerat, quod licet manserit, suffocatum tamen est sub spi-
nis, & sic sine fructu deperijt.

3. ¶ Ait dominus, quòd fructum illi fecerant in patiẽ-
tia, id non facit semẽ q̃d in petras incidit: q̃niam isti susti
nere nihil possunt, sed ubi primum irruerit tempestas p-
secutionis seu aduersitatis, nõ sufferunt nec patiunt q-
q̃, uerũ à proposito bono statim resiliunt.

¶ Quod si dicas, uidere te iam & tecum posse colligere,
q̃niam hic discipuli docebãtur, ne dolerent, uidẽtes se nõ
semper ex prædicationibus suis debitos fructus referre,
quando hoc idem Christo acciderit: uerum hoc adhuc mi
rari, qui fiat, ut prudens agricola semen suum, uel in ter
ram nõ bonam, uel petram uel etiam in spinas inijciat,
non ignarus utiq; nihil se inde fructus reportaturum, ut
Chryso. iam nequeat ille subterfugere, quin malitiæ saltem insi-
muletur hoc modo seminare uolens. Idem etiã Chryso-
stomus sentit, perhibẽs uerũ hoc eẽ in corporali semẽte,
ubi absq; crimine futurus nõ erit agricola, qui hoc face-
ret, in animis autem hominum non item. ibi enim recte
& laudabiliter fit hoc, quando possibile est, ut petra spiri
tualis, cor & pectus durum, conuertatur in terram ferti-
lem, conseruet semen, fructum ferat quàm plurimũ, ubi
semen nec conculcetur, nec exaresçat, nec suffocatum
quoque pereat. nanque nisi hoc possibile esset, semen ibi
iniectum non esset. Et quamuis cor durum dum indura-
tum manet, fructum nullum fert, sicut de malis dixit Ie-
Iere.5. remias, Indurauerunt facies suas supra petram, & nolue-
rũt reuerti. Et Iob: Cor eius indurabitur tanquam lapis,
Iob.41. & stringetur quasi malleatoris incus. Tamen quisq; utiq;
gratiæ diuinæ nec resistit, nec aliquem ponit obicem,

ei sane cor suum non poterit non emolliri, iuxta illã Ie-
zechielis prophetiam: Auferã cor lapideum de carne ue- Iezech.36
stra, & dabo uobis cor carneũ. Ita emolliuit deus ipm Iob,
ut diceret etiam: Deus molliuit cor meũ. Ita molliuit du Iob.23.
rissimum istud cor Pauli, ut non dubitaret clamare: Do- Actuũ.9.
mine, quid me uis facere? Hoc scilicet illud est semen,
quod & ideo seritur, ut corda dura, immundos animos
& infirma pectora emolliat, purget & confirmet, eo p
uiuus ille est dei sermo, quolibet gladio ancipiti magis Heb.4.
penetrans. Verum ubicunque uerbum dei nihil opera-
tur, nulla plane neque seminis nec seminantis est culpa,
sed terræ malæ, quæ deum respuit, eiusq; uerbum san-
ctum non admittit, sicut per prophetam dicitur: Per- Osee.13.
ditio tua ex te Israel, tantummodo in me auxilium tu-
um. Ita fiet, ut omnibus semet hominibus ultro gratiæ
uoluntatiq; diuinæ committentibus nulla futura sit in
cordibus nostris petra, spina nulla, nullaque uiæ duri-
ties, sed omnia in nobis uerbum dei operabitur & purga
bit. Beatus homo qui non sine fruge audit uerbũ dei. tunc
aũt audiet cum fructu, quando etiã opere seruabit quod
audit, sicut Christus testatur, inquiens: Beati qui audiunt Luce.11.
uerbum dei & custodiunt illud. De huiusmodi siue pur-
gatione, siue sanatione Dauid loquitur: Misit uerbum su- Psalm.106
um & sanauit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum.
Postremo simpliciter admodum ostendit Lucas, quomo-
do semen quod in terram bonam cecidit, fructum fecit
centuplum. Matthæus hæc omnia planius, & inter re- Matth.13.
liqua etiam refert, quomodo aliud semen fructum retu-
lerit centesimum, aliud sexagesimum, aliud tricesimum,
quod ferè solent exponere de triplici statu, coniugum,
uiduarũ & uirginum. Ego id omne hic missum facio. tan
tum hoc ex eo infero, quòd sicut inæquales sunt mali,
qui tamen omnes audiunt uerbum dei: ita etiam boni
in quibus non æqualiter illud operatur, sed tamen mul
titudo fructuum in patientia inuenitur, ut ait Gregori- Gregorij.
us: Terra bona fructum reddit per patientiam, quia nul
la sunt bona quæ agimus, si non æquanimiter etiam pro
ximorum mala toleramus. quãto enim quisq; altius, p fe-
cerit, tãto in hoc mũdo inuenit q̃d durius porter: qa cũ a

præsenti seculo mentis nostræ delectatio deficit, eiusdem seculi aduersitas crescit. Ideoq; & dominus ad apostolos dixit: In patientia uestra possidebitis animas uestras. siquidem patientia iuxta uerbum Iacobi, opus perfectum habet. Quomodo omnis scriptura patientiam nos docet, ita Dauid quoque, dicens: Patientia pauperum non peribit in finem. Et Paulus quoque testatur tribulationem parere in nobis patientiam, & hanc rursus probationem &c̄. Et iterum: In omnibus exhibeamus nos sicut dei ministros in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in uigilijs, in ieiunijs &c. Alibi quoque, Labora sicut bonus miles CHRISTI IESV. nam & qui certat in agone, non coronatur nisi legitime certauerit. laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere. Sed quò properamur, cum tota undique scriptura patientiæ laudibus abundet?

Luc. 21. Jacobi. 1. Psalm. 61. Roma. 5. 2. Cor. 6. 2. Tim. 2.

Gregorius. ¶ Sanctus Gregorius tres hic adfert similitudines, inquiens: Sic uua calcibus tunditur, & in uini saporem liquatur: sic oliua contusionibus expressa, amurcam suam deserit, & in olei liquore pinguescit. sic & per trituram areæ à paleis grana separant, & ad horreum purgata perueniũt. Quisquis ergo appetit plene uitia uincere, studeat humiliter purgationis suæ flagella tolerare, ut tanto post ad iudicem mũdior ueniat, quanto nunc eius rubiginem ignis tribulationis purgat. Adfert deinde historiam de quodam seruulo, qui cum per omnem uitam suam decubuisset paralyticus, omnia tamen mala tanta sustinuit patientia, ut eam mirabiliter tandem in morte eius hominibus declarârit hominibusq; commendârit deus. Moriente enim illo, tant⁹ circa eũ undiq; diffusus est odor, ut eius suauitatem admirati sint omnes homines, idq; factũ ẽ uiuo adhuc Gregorio. Neq; uero aliud ẽ hoc quàm quod dominus hic ait, semẽ tũc in terram bonam cadere, quando sunt q audiũt uerbũ dei, & illud seruãtes, fructũ afferũt in patientia. Quid restat igit̃, nisi nobis q̃q; expectandum esse, non minus quàm agricola, ubi iam terram prosciderit, & eã seminibus compleuerit, fructũ

tamē suum expectat, sustinet firmiter, pluuiam matutinam simul & serotinam in tempore suo subinde recipiens? Et uos itaq; in Christo dilectissimi, patientiam habete, quæ nobis summopere necessaria est, ut sic uoluntatem dei adimplentes, mercedem etiam promissam recipiamus, sicut Paulus inquit: Semper uos ad operum bonorum sedulitatem excitate, agrumq; cordis uestri probe curantes, facite ut sit ille pinguis in deuotione, bene irrigatus lachrymis, neq; minus cōplutus doctrinis sanctorum, inroratus etiam rore gratiæ, proscissus ligone disciplinæ, euulsis tamē ex eo spinis & zizaniis omnibus per pœnitentiam & confessionem, stercoratus dein stercoribus dolentissimæ contemplationis præteritorum peccatorum, totus plane fertilis factus meditatione amarissimæ passionis domini nostri IESV CHRISTI, ut sic ager uester fructus bonos, & uos laboris uestri condigna præmia suscipiatis in æterna felicitate, Amen.

Jacob. 2. Heb. 10.

HOMILIA QVARTA
in Sexagesima.

PArabola hæc euangelica de cuiusmodi semine narret, ipsum nobis explicat euangelium, ut iam facile sit illam intelligere, quam optimus maximus magister dignatus est interpretari: nec est quod aliam inquiramus expositionem. Verum hoc inde discimus, quoniam uaria in scripturis semina inueniūtur, sicut in ipsa CHRISTI schola, quum iam legeretur euangelium, audiuimus de semine uerbi dei, cætera quoque seminum genera in sacris literis similiter explicare: cui rei homiliam hanc dicare lubet, symbolicam plane, unde quisq; semet & intellectum suum probans, uideat quomodo se in similibus exerceat symbolicis.

¶ Et principio quidem inuenio semē nobile, quod deus pater seminauit, dominū nostrum Iesum Christū, uerū illū filium dei. Id ita esse docemur in Genesi, ubi dictum est Abraæ: In semine tuo benedicētur omnes gentes terræ. Et ex Paulo: Abraæ dictæ sunt promissiōes & semini eius. Nō dicit, & seminib⁹, q̄si in multis, sed q̄si in uno. Se

Genes. 22. Galat. 3.

men illud purgatissimum fuit, & ab omni palea mundissimum, cum adhuc in sinu esset seminatoris, proiectū aūt in terram, cutem suscepit, & nonnihil de palea humanitatis, quā admirati sunt etiam angeli, dicentes: Quis est hic
Isaię. 63. qui uenit de Edom, tinctis uestibus de Bosra? Hoc ipsum semen ter seminatum est, primum statim in optimam simul & purgatissimam terram uirginis Mariæ, terram il-
Psal. 44. lam de qua cecinit Dauid: Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum. Castissimus uirginis matris uterus fructum nobis protulit Christum Iesum.

Johan. 12. 2. ¶ In agrum sepulchri. nanq; oportebat granum illud frumenti & in terram cadere & emori, ne solum maneret, sed ut fructū multum afferret. Tunc enim plurima corpora sanctorum, qui dormierāt, resurrexerunt, & deinde cum domino in cælum ascenderunt, ut impleretur
Matth. 27 prophetia quæ habebat: Et fructus terræ sublimis. Subli-
Isaię. 4. matus est utiq; ille fructus terræ ex Maria uirgine sumptus, quādo super omnes choros angelorum exaltatus, ad dexterā patris sui est constitutus.

3. ¶ Seminatum est idem hoc semē per uniuersum orbem à sanctis apostolis in ipsis hominum intimis pręcor-
Isaię. 27. dijs, quādo impletum est illud Isaię: Ingredientur impetu à Iacob, efflorebit & germinabit Israel, & implebunt faciem orbis semine. 2. Aliud adhuc quoddā est semen dei, nostrę aię innatū seu increatū, id uero triplex est, posse, cognoscere & uelle. Posse seminat in agrum nostrum deus pater, cognoscere filius, uelle spūs sanctus. Semen illud potestatis in prælatis est, qbus magna facultas est, q̄ plurima & bona facere & mala præcauere. suffocatur autem per curas seculares. quādo enim prælato alicui dicit, hoc aut aliud mandādi agendiq; ius penes ipsum esse, cōcedit quidem, uerum dictu citius obijcit tātis se curis distineri & distringi rerum secularium suæ ecclesiæ, ut nequeat illud efficere. En tibi hic curarum & solicitudinū spinas, qbus bonum semen suffocatur. Semē uero cognitionis siue scientiæ, seminatur in animos & pectora doctorum, magistrorum & cęterorum presbyterorū: semē & illud qdem bonum, sed cito exarescens dum crescit, q̄ humore gratiæ pietatisq; non irrigatur, eo nimirū, quo-

niam in terram petrosam cadit superbiæ & insolentiæ eorum, qui uideri in hoc tantũ uolunt: quorũq; radix nõ bono animo inhæret dño Iesu. Agnouit hoc Paulus, di- 1. Corin. 8
cens: Scientia inflat, charitas uero ædificat. Semen quoq; tertiũ uoluntatis inserit spiritussanctus pectoribus omnium hominũ, ut undiq; coalescens exurgat, enascatur per multa opera bona, quæ subinde sibi homines etiam non omnino optimi proponũt. Atqui illud uolucres deuorãt & abripiũt, cũ diabolus funditus ex animis hominũ euellit. Ita uidetis, quomodo nobilissimum hoc semen, potestatis quidem, in prælatis suffocatum est: scientiæ uero, exaruit in doctis: & uoluntatis bonæ, in omĩbus penè hominibus deuoratum est à dæmonibus & spiritibus immũdis. usq; adeo ex multo semine, quod in agros cordiũ hominum sparsit & iniecit deus, tam exiguam messem re- Hagge. 1.
fert, dũ fit illud quod dixerat Haggeus: ; Seminastis multum, & intulistis parum. Tantum uirtutum donorumq; suorum nobis inserit deus, sicut ipse apud Matthæum dicit: Regnum cælorum simile est homini seminanti bonum semen in agro suo. Quantum gratiarum homini cuipiam confert deus, tantum seminis seminat. Vbi si bona sit terra, fructum refert centuplum. & is sane habet q̃d gratias agat deo, qui firmum solidum habet cordis ani- Deut. 8.
miq; sui fundum, sicut habetur in Deuteronomio: Benedicas domino deo tuo pro terra optima quam dedit tibi. Hoc modo bonum etiam temporale alicui à deo collatũ, semen dici potest, q̃d disseminare quisq; debet inter pauperes, ut ex illo immensus ei fructus crescat in uitam æ- 2. Corin. 9
ternam. Et sic Paulus ait: Qui administrat semen seminãti, & panem ad manducandum præstabit, & multiplicabit semen uestrum, & augebit incrementa frugum iustitiæ uestræ. Eodem enim capite multa ille de eleemosyna loquit, ut ibi: Qui parce seminat, parce & metet. Et, Qui seminat in benedictiõibus, de benedictionibus & metet. ô felicem, ô beatum hominem, qui semen gratiæ diuinæ inse crescere facit, unde rursus cum fructibus quamplurimis à deo in uitam suscipiatur æternam, sicut dicit Oseas: Osee. 10.
Seminate uobis in iustitia, & metite in ore misericordiæ.

3. ¶ Est & uidere in scripturis quosdam, qui semẽ ma-

lum seminant, semen inutile & nociuum. id sane facit diabolus, inferens pectoribus nostris semen pessimum, quo modo serui illi dixerunt ad dominum: Domine, nõne bonum semen seminasti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit. Hoc nimirum istud est quòd diabolus seminat uitia, suggerit mala, nec unquam à tentationibus quiescit. semen hoc pessimum ẽ quod diabolus per uniuersum hunc mundum dispergit, quando per se facilime adeo & ultro penitus lolium istud enascitur, quoniam, ut inquit Sapiens: Qui seminat iniquitatem, metet mala. Vnde & sator malorum, diabolus appellatur. Plures adhuc mali & inutiles seminatores in literis sacris hinc inde commemorantur, è quibus sunt q̃ in uentum seminant, prædicantes uel aliud quid boni operis agentes captandi nominis & arrogandæ gloriolæ gratia, ut uideantur ab hominibus: quod plerunq; in suis concionibus faciunt hæretici, quorum omnium semen uentus & aura uehit, de quibus propheta: Ventum, inqt, seminabunt, & turbinem metent. Sic faciebat & Ephraim, ut ibidem habetur: Ephraim pascit uentum, & sequit æstum. Tota die mendacium & uastitatem multiplicat. Hoc utiq; faciunt prædicatores hæretici, aliud ex alio cõmiscentes mendacium in fide nostra catholica. Et hic animus istius seminatoris pessimus est, totum simul opus pdens, quando gloriam solum temporalem respicit, unde super eum uergit maledictio ista prophetica: Tu seminabis, & non metes; tu calcabis oliuam, & non ungeris oleo: & mustum, & non bibes uinum. Qui sic? inquies, quoniã semen illud per se quidem bonum erat, sed pharisæi istii in uentum tantummodo uanæ gloriæ seminant, unde etiã fit eis secundum illud uerbum Ieremiæ: Seminauerunt triticum, & spinas messuerunt. Triticũ opera bona significat, sed persuasa illa humanæ laudis opinio, instar uenti auehit semen, pro quo spinæ peccatorum enascuntur.

Matth. 13.

Isaiæ. 5.

Prouer. 22.

Oseæ. 8.

Oseæ. 12.

Micheæ. 6

Ieremi. 12

¶ Sunt etiam qui in carne seminent, adeo ut quicquid uel faciunt uel omittunt, totum ex uoluptate carnis pendeat, ubi semẽ illud in mala terra perinde perit. De ijs dicit Paulus: Quæ seminauerit homo, hæc metet: quoniam qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionẽ.

Gala. 6.

¶ Hoc quicquid est, aliud certe non est, nisi lolium & fi lices, herbasq; nociuas seminare in æternam damnationem, siue id uerbis fiat, siue operibus malis, siue peruersis dogmatibus, siue offendiculo proximi, siue seditionibus, aduersitatibus, odio & inuidia: quibus malis omnib⁹ tota iam prohdolor undiq; abūdat Germania, in qua q̄tquot huiusmodi semen malum seminant, mala itidē metent: tandemq; deus & seminatorem & messem totam ab sci faciet in gehennam ignis, ubi erit fletus & stridor dentium.

¶ Seminatores autem boni in spiritu seminant & ueritate, ideoq; in benedictione metent: de quibus iam supra dictum est ex Dauide: Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. uenientes autem uenient cum exultatiōe, portantes manipulos suos in æternam felicitatem. Psalm. 125

¶ Ad extremum iam uelut auctarij loco dominicæ huius rationem aperiam⁹, cur nam sexagesima dicatur. Vbi principio nobis ordo ipse occurrit, quoniam enim proxima dominica septuagesima dicebatur, cur non hæc merito sexagesima appelletur? Iam uero secūdam mundi ætatem contemplatur ecclesia, quę cœpit in Noe. unde matutinæ quoque lectiones hoc idem insinuant. Est & dominica sexta ante Iudica. Cuiusmodi rationes de hac quoque dominica sicut de superioi possent adferri, quibus omnibus breuitatis studio supersedendum puto. Nos iam deū oremus pro uera & constanti pace, ut ille à nobis omnia bella auertat, omnes hæreses & errores è fide catholica radicitus euellat, peccatoribus omnibus pœnitentiam suorum criminum concedat & contritionem ueram, afflictos consolari dignetur, ijs quoq; omnibus misereatur & propicius sit pro quibus orare tenemur. Oremus & pro parētibus & amicis, benefactoribus & fautoribus nostris, pro ijs etiam, quibus nos non parua fuimus peccandi causa, & pro oīnibus fidelibus defunctis. Hæc ut impetretis omnia, pia mente dicatis orationem dominicam. Sed ego quoq; una salutatione angelica intercessores uos mihi cupio esse pro omnibus illis, pro quibus orare debeo &c̄. Generalis formula concludendi homilias.

DOMINICA QVIN QVAGESIMAE EVANGELIVM Lucæ XVIII.



Matth.20 Marc.10.

IN illo tempore: Assumpsit Iesus duodecim, & ait illis: Ecce ascēdimus Hierosolymam, & consummabuntur omnia q̄ scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabit, & conspuetur, & postq̄ flagellauerint, occident eum, & die tertia resurget. Et ipsi nihil horū intellexerunt, & erat uerbum istud absconditum ab eis, & nō intelligebāt quæ dicebātur. Factū

Matth.20 Marc.10

est aūt cū appropinquaret Iericho, cæcus q̄dam sedebat secus uiā mendicans. Et cum audiret turbam prætereuntem, interrogabat q̄d hoc esset. Dixerunt autem ei, q̄ Iesus Nazarenus trāsiret. Et clamauit dicens: Iesu fili Dauid, miserere mei. Et qui p̄cibant, increpabant eum ut taceret, ip̄e uero multo magis clamabat: Fili Dauid, miserere mei. Stans autē Iesus, iussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset, interrogauit illum, dicens: Quid tibi uis faciam? At ille dixit: Domi

ne,ut uideam.Et Iesus dixit ei:Respice.fides tua saluum te fecit. Et confestim uidit, & seq̃batur illum,magnificans deum. Et omnis plebs ut uidit,dedit laudem deo. Matth. 9. Marc. 5.

HOMILIA PRIMA

PRincipio euangelium hoc narrat,quomodo Christus discipulis suis & amaram passionem & gloriosam prędixerit resurrectionem.Deinde miraculum habet,quo cæco uisum restituit. Quod ad primum attinet, Christus passionem suam & mortem hic discipulis in uia,idq; multis de causis aperuit. Antea enim turbis q̃ que manifestârat,sed obscure, ita ut intelligere non possent,sicut apud Iohannem:Soluite templum hoc,et ego in triduo reædificabo illud.loquebatur enim hoc de templo corporis sui.& in Matthæo,Signum petit generatio nequam & adulterа,& signum non dabitur ei,nisi signũ Ionæ prophetæ.Rursus quoq; apud Iohannem: Adhuc modicum temporis uobiscũ sum, & uado ad eum qui me misit:& quæretis me,sed non inuenietis. Omnia hæc de passione sua & morte dixit,sed latenter tantum, neq; intelligebat ea uulgus.Verum discipulis suis tanquam electis iam palam & aperte passionem suam manifestat, nõ tacens etiam flagellandum se & crucifigendum &c̃. Christus passionem suam prędixit. Iohan. 2. Matth. 12 Iohan. 7.

¶Quod si dicis,quid tandem profuerit populo nec intelligenti neq; intellecturo,tam occulte insinuatam prædicere passionem,an non retulerat tacuisse,Chrysostomꝰ respondet hæc Christum ideo dixisse,q̃ isti ex imperito uulgo homines,quamuis ante mortem eius quæ dicta essent ab ipso,nõ cognouerunt:tamẽ post mortem, eorũ quæ aliquando audierant,tandem recordabantur:qua recordatione facilius persuaderentur, secumq; cogitarent ipsi,Christum & passionem & mortẽ ultro subijsse.Quid quod nec Christiani etiamnum hodie in fide nostra non paulo fortius confirmamur,audientes Christũ adeo multis modis mortem suam prædixisse? Vbi notatu quoque non indignum est, prophetias in genere priusquam in- Chrysost. super Matth.

telligantur, non impleri: quamuis tunc temporis aliquot millia Iudæorum erant, qui prophetias de CHRISTI supplicio & morte legebant quotidie, tamen pauci adeo erant qui intelligerent, tantisper dum omnibus iam consummatis tandem multi Petro prædicanti crederent & baptizarentur. Et quid mirum, si eodem plane modo nunc nobis cum Antichristo quoque fiat, de quo cuius̄q; præcursoribus, utut apertissimæ sint scripturæ & prophetiæ omnes, quotusquisque tamen est ex uulgo, qui uel intelligere uel corde uelit concipere? Verum id si fieret, non ita Lutheranis, Zuinglianis (& quibus denique non hæreticis?) pertinax istud uulgus blandiretur, faueret & acquiesceret. Aut quid apertius, quàm exilla lucidissima, & uel hoc sole clariore Danielis prophetia, Lutherum omnes̄q; alios quotquot cultum dei in canticis & sacrosancto missæ sacrificio abrogare nituntur, Antichristi esse præambulones agnoscere? Hæc aliâs. Discipulis autem, inquit Chrysostomus homilia sexagesima sexta, clarius prædixit ignominiam mortis suæ, ut expectatione exercitati, facilius passionem doloris perferrent. Nam si præmeditati non fuissent, uehementi turbatione quassati iacuissent. Hac̄ causa de morte solum primum faciebat mentionem, cum autem corroborati fuerant, cætera quoque adiecit, scilicet quòd tradent eum gentibus & cætera. Sed & ideo hoc eis declarauit, ut cum hæc à CHRISTO prædicta tristia uiderent sopita, certam tunc sibi spem conciperent, fore ut lætissima illa resurrectionis suæ mysteria adimplerentur: & ut magis pati se uoluntario ostenderet, ultro ad locum supplicij pergebat: Ecce, inquiens, ascēdimus Hierosolymam. Præ dicit ergo discipulis suis passionem propter duo. Vnum, ut ostendat, quòd non inuitus, neq; ut purus homo mortem ignorans, crucifigatur, sed & præuideat & uoluntario patiatur. Secundum, ut doceat eos leuiter ferre, quę euentura erant.

Actuū. 2.

Daniel. 12.

Chrysost.

Matth. 16

Theoph.

2. ¶ Assumpsit, inquit euangelista, Iesus duodecim apostolos, nimirum amicos illos suos, sicut ipse ait: Vos

ego dixi amicos, quia omnia quæ audiui à patre meo, nota feci uobis: quæ scilicet toti populo manifestare non licuisset sine scandalo, quando fieri nõpotuit, quin ijsdem auditis offenderetur Petrus, dicens: Absit à te domine, non erit tibi hoc. Quamuis ideo etiam hoc fecisse creditur, ut suo nos quoque exemplo disceremus, sermones nostros non omnibus manifestare, uidentes illum perfectis tantum conditione saltem & statu aperuisse. (secundum personam enim Iudas iam diabolus erat.) Adsumpsit ergo IESVS duodecim, duxit eos in locum passionis suæ, ut eiusdem idoneos sic illos testes efficeret, quomodo Abraæ quoque manifestauit DEVS excidium & interitum Sodomæ & Gomorrhæ, & cæt. eo quòd sciret ipse, illum generi suo totique posteritati mandaturum, ut timerent nomen domini. Eodem nanque penitus exemplo hic quoq; apostolos suos CHRISTVS ducit in locum passionis mortisq; suæ, ut sic possent uniuersæ plebi Christianæ per totum mundum testimonium dare illius.

Johan. 15.
Watth. 16
Johan. 6.
Gene. 18.

¶ Et ait illis, Ecce ascendimus Hierosolymam. Vides in mortem suam properare dominum, suámque passionem ascensum quendam dicere, quo quid aliud, te quæso uoluit, quàm quod res ipsa exigit? Vere em̃ passione sua exaltatus est ille per uirtutem redemptionis, per gloriosum illum uictoriæ suæ triumphum, contra diabolum, infernum & mortem. Quibus omnibus tota undique scriptura abundat. Siquidẽ Iob dicit: Elegit suspendium anima mea, & mortem ossa mea. Eam tamen mortem exaltationem tantum uocat Christus etiam cum Nicodemo sic loquens: Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. Et rursus: Quum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. & sic implebuntur omnia quæ scripta sunt de filio hominis. Quid quòd & scopus quidam CHRISTVS est principalis omnium prophetarum? ita enim Petrus, Non uoluntate humana allata est aliquando prophetia,

Iob. 7.
Johan. 3.
Nume. 21.
Johan. 12.
2. Petri 1.

sed spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti dei homines. oportuit igitur prophetias illas omnes in Christo demum consummari. Ideo ad discipulos suos post resurrectionem dixit, Hæc sunt uerba quæ locutus sum ad uos, cum adhuc essem uobiscum, quoniam necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi & prophetis & psalmis de me. Sed & Petrus ait, Huic omnes prophetæ testimonium perhibent, suscipere remissionem peccatorum per nomen illius. Hinc tu quoq; disce non ignauus esse & tardus ad confitendū, pœnitentiam'q; agendam &c. quando tantopere dominus festinauit ad amarissimæ passionis & mortis sue locum. plane enim hinc discere debem⁹, non esse negligentes circa animarum nostrarum salutē, iuxta dictum Sapientis: Non tardes conuerti ad dominū, & ne differas de die in diem. (hoc tu, si uoles, extende.) Cum igitur nunc salutare aduenit tempus confessionis, admonitos uos uolo, ne illam differatis usq; in ultimam septimanam, quando nō erit aliquod ulterius prorogandi tempus. Quin potius tempestiuiter quod facto opus ē facite, cogitate Christum non distuliſſe passionem suam etiam amarissimam adgredi, ut sic sanguine te suo redimeret, tibi'q; à deo patre remissionem peccatorum impetraret. Et tu temet negligis, tuæ'q; animæ salutem nō curabis? Sed quid ago? Iam oblitus eram Bacchanalia adhuc esse, unde fit ut putetis hęc ad uos nihil adhuc pertinere.

Luc. 24

Actuū. 7

Eccl. 5

¶ Discès hinc quoq; uitam tuam ad sacræ scripturæ regulam adcommodare, sicut hic dominus fecit. Ascendimus, inquiens, Hierosolymam, causam mox aperit, ut impleatur scriptura. Et nos igitur iuxta scripturarum dicta men decet uiuere, admonente hoc etiam Paulo: Quæcunq; scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. Præterea quoque hinc sequitur, uetus testamentum & bonum esse & ab ipso deo contra Manichæos, qui illud reiecerunt, dicentes diabolum illud dedisse, quos cū in multis locis refutauit Augustinus, tum uero præcipue contra Faustum, & contra aduersarium legis & prophetarum. facit idem hoc cōtra quosdam neochristianos, qui q̄rundā pphetarū scripta nolunt esse biblica & canonica.

Roma. 15.

Augustin.

3. ¶ Quinq; iam porro passionis suæ articulos Christus ostendit, dicens: Tradetur gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur, & postquam flagellauerint, occident eum. Primum, inquit, tradetur gẽtibus. Id adeo ex euangelistis satis constat. dum enim Iudæi potestatẽ non haberent occidere quenquam, Christum obtulerunt Romano præsidi Pilato, qui & ideo dixit ad Iesum, Nun quid Iudæus ego sum? quasi diceret: Nihil minus, quoniã gens tua & pontifices tui tradiderunt te mihi. Verum hic uariam Christi traditionem sancti patres contemplant. nanq; & à deo patre traditus est, sed dispensatiue tantũ pro salute nostra, sicut Paulus testatur: Proprio filio suo nõ pepercit deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Deinde ipse quoq; semet tradidit Christus, sicut de eo prædixit Isaias propheta, eo q; ille animam suam tradidit in mortem, deputatus cum impijs, abstulit peccata multorũ, orauit etiam pro persecutoribus suis ne perirent. Præterea eum tradiderunt & Iudæi in falso isto concilio, quod congregauerant aduersus dominum: tradiderunt eundẽ & pecunia, quam proditori Iudæ dederunt: adcusationibus item, quas innocẽtissimo domino impie intenderũt. Postremo ipsum prodidẽ infelicissimus Iudas ex animo quodam desperabũdo & auaritiæ dedito, sicuti magnus satis nobis testis est Iohannes, dicens: Cœna facta, cum diabolus iam misisset in cor, ut traderet eum Iudas Simõis Iscariotis. Quibus ille uerbis etiam ad Iudæos uenit clamitans: Quid uultis mihi dare, & ego uobis eum tradam? Hoc modo suis etiam Christus prædixit deridendum se & flagellandum, sicut deinceps ea omnia cõtigerunt: quæ quorsum opus est latius explicare, cum ea & res ipsa indicet, & à nobis ad longum sint in passione pertractanda?

Johan. 18
Matt. 27.
Johan. 18.
Roman. 8
Isaiæ. 53.
Johan. 13

¶ Vnum est quod hic obserues: Patrum sententia est, Christum bis flagellatum à Pilato, semel pœnæ loco, alterum ex consuetudine Romanorum priusquam crucifigeretur. Quod & ipsa uerba Christi hic insinuare uidentur, quibus ille flagellationis bis meminit. Verum tristissima hæc lætum sequitur euangelium, quando dicit se die tertia resurrecturum, qua re tum admonitos tum confirmatos uoluit illos, ne passione morteq; sua offenderentur,

ne fidem in illum amitterent, subinde memores dicit ter tiæ suæ resurrectionis. Sicut enim in omnibus rebus finis lætus leuia facit etiã grauissima media, ita hic q̃q̃. Molestum erat apostolis audire passionẽ Christi & supplicia tanta, nec minus graue fuit audire occidendum esse illũ. uerum in ijs omnibus recreabant, cogitantes eum die tertia resurrecturũ. Hoc eis deinceps grauiter prædixit Christus adhuc in cœna, Amen amen dico uobis, quia plorabitis & flebitis uos, mundus autem gaudebit, uos autem cõtristabimini, sed tristitia uertetur in gaudiũ. & infra, Vos nunc quidẽ tristitiã habetis, iterũ autẽ uidebo uos, & gaudebit cor uestrũ, & gaudiũ uestrum nemo tollet à uobis. 4. Sequitur, Et ipsi nihil horum intellexerũt, & erat uerbum istud absconditũ ab eis, & non intelligebant quæ dicebant. Vbi si miraris, quõ apostoli tam apertissima Christi uerba, illudere, flagellare, occidere, non intellexerint, cum tamen Iudæi quæ occulte eis Christus dixerat, acceperint, Si exaltatꝰ fuero à terra, oĩa trahã ad meipsum. Hæc nanq̃ dicenti turba respõdit. Nos audiuimus ex lege, quia Christꝰ manet in æternum, & quõ tu dicis, Oportet exaltari filiũ hoĩs? Respondet ad hac Beda, Quia, ingens, discipuli uitã eius maxime uidere desiderabant, ideo eius mortẽ audire nõ potuerũt, quẽ nõ solũ hominẽ innocentẽ, sed & deũ uerũ sciebãt, hũc nullatenus mori uel posse putabant. Quod & Petrus suo exemplo satis docet, dicens ad dñm: Absit à te dñe, non erit tibi hoc. Et ij quidẽ ista ex amore faciebant omnia. Iudæi aũt illi inuidebant, cogitantes q̃tidie eum interficere, ac proinde facile uerba eius de morte intelligebant. Carnales quoq̃ adhuc erant discipuli, nec q̃ sacramẽta dei cognoscebãt & mysteria eorundẽ, quamobrẽ illos Christus increpauit: O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus que locuti sunt propheræ. Solent hic quidam ex doctoribus allegorice explicare, quinam sint qui Christum tradunt, deridẽt, flagellant, conspuunt, occidunt. que cum ad passionẽ proprie pertineant, nũc intermitto. Rogemus dominũ &c.

Johan. 16

Johan. 12.

Beda.

Matth. 16

Luc. 24.

HOMILIA POSTERIOR SVPER euangelium dominicæ quinquagesimæ.

EVangelium hodiernum, priore sui parte manifestum est, & satis expresse aperit passionem & mortem CHRISTI. Vbi tamen non immerito fortassis querat aliqs, qui fiat quòd ecclesia triste hoc & luctuosum mœroribusq; plenum iam hodie usurpet euangeliũ, cum tamen hodie per uniuersum penè orbem homines incipiant non dico gaudere & lætari, sed furere & insanire: neque aliquem facere modum crapulæ, ebrietati, choreis, lusibus, superbiæ, luxuriæ, & omnibus denique uanitatibus, ita ut uix unquam toto anno largius diabolo census pendatur, atq; hoc uno triduo. Vnde quis colligere nõ inepte posset, ecclesiã euangeliũ hoc de passione, in dominicã Lætare usq; differre, & nunc aliud euangelium uel de quinq; panibus, uel de uerso ex aquâ uino ꝓponere debuisse. Ad hæc respondeo: Ideo omnino, quia nunc in omne genus flagitiorũ & sceleꝝ prouoluunt homines eccl'ia euangeliũ hoc ordinauit in istam dñicam, ut sic illa filios suos admoneat sibi ab huiusmodi tũ uitiis tũ leuitatibus temperare. Quis em̃ honesta & amica gaudia prohibita nemini sunt hoc maxime tempore, excessus tamẽ iste uertitur in uitiũ. Et sunt tamẽ isti longe peiores, qui hoc triduo nõ cõtenti, die demum cineꝝ nescio quas non furias mouent, in contumeliã dei nostri & fidei sanctæ, principium quadragesimalis obseruantiæ omnis generis scelerib⁹ & flagitiis palam in magna, imò tota hominum congregatione, quo magis deũ contemnant, auspicantes. Diem illũ in hoc ecclesia instituit, ut homines cineres capitibus suis inspersos suscipiant, solẽnibus istis uerbis adiunctis: Memento homo quòd cinis es, & in cinerem reuerteris. Id cum more sancto & consuetudine laudata faciendum esset, noua tandem incipiuntur conuiuia: & quasi pridiana non sufficiat crapula, lusus, potationes & nescio quæ non uitiorũ genera denuo iã redeũt. Quod qd obsecro est aliud q̃ dei, spũssancti & ecclesiæ cõtemptus? Et q̃t sunt tandẽ, q̃ uere & cõstãter sibi ꝓponũt tãta flagitia in alteꝝ annũ nõ repetere, ac ꝓinde nec de ꝑteritis uerã cõtritionẽ, neq; de futuro efficax in bono ꝓpositũ hñt: q̃ re si q̃ parẽt isti iter, q̃ris? Ad infernũ. A tãta aiaꝝ iactura suos filios dehortatura eccl'ia, euãg. iã hodie

Bacchanalia festa quondam etiam gentilibus inuisa & prohibita.

nobis proponit de passione & morte Christi, quod toto aliâs anno in nulla facit dominica, excepta ea quæ est in Palmis. quasi diceret, filioli, uidete, ꝓpter peccata uestra filius dei flagellis cæsus, consputus & in cruce mortuus ē. Cauete uobis per hos dies à peccatis, neq; rem maximā nihili adeo facite. quod si enim non damnum immensum & maxime pernicioſum esset pctm̄, cur ideo filius dei mo reretur? Dum itaq; cogitat homo se flagelli, clauorū, spi-
Bernar. neæ coronæ, lanceæ, ipsiusq; adeo crucis dominicæ auto rem esse & causam peccatis suis, merito continebit se, ut ne temerarius adeo & leuis sit hoc cum primis tempore. Aut nonne per tota Bacchanalia abunde satis temporis est, quo inter se conuiuia agant quilibet cerdones & ma nuarij opifices, ut die prohibito abstineant, quādo certū est, circunstantias temporum pctm̄ sæpe facere, quod ali âs tanti nō haberetur, sicut hic uidetis fieri. hodie em̄ & deinceps die cinerum omnes preces suas ecclesia dirigit in remissionem pctōrum. & qua tandem uesania nos pec
Luc. 21 care nunc demum incipiemus? Christus inquit, Attendi- te uobis, ne forte grauentur corda uestra in crapula & e- brietate & curis huius uitæ, & superueniat in uos repen-
Eccl. 37. tina dies illa. Sapiens quoq; dicit: Propter crapulam mul ti obierunt. qui autem abstinens est, adijciet uitam. Paul⁹
Roma. 13. quoq;, Iam ambulemus, non in comesationibus & ebrie-
7. 14. 1. Cori. 8. tatibus. Et iterum, Regnum cælorum non est esca & po-
7. 6. tus, sed iustitia, pax & gaudium in spiritu sancto. Ad Co- rinthios etiam, Cibus non commendat nos deo. Rursus, Esca uentri & uenter escis, deus autem & hunc & has de struet. Sed ecce dives iste qui epulabatur quotidie splendi de, iam torquetur & lasciuiæ suæ pœnas luit in flamma
Luc. 16. ignis, & tot annis emendicatam toties aquæ guttulā non impetrauit. Profecto uero uerius est illud Senecæ oracu- lum magis quàm apophthegma, Plures crapula pereunt
O infelicē quàm gladio. Et adhuc scire desideratis, quidnam proue-
ebrietatē. niat ex huiusmodi crapula mali? En tibi Noe inebriatū, denudatum, detectum, derisumq; à proprio filio, quem il
Gene. 9. le deinceps maledicere coactus est ipse. Ecce & Loth ebri
Gene. 19. um, cum utraq; filia sua congressum. Ecce populum Isra-
Exod. 32. el in deserto quoq; Bacchanalia peragētem, lasciuientē,

potantem, ludentem, aureumq; uitulum adorantē, quo euentu, dicere iam prohibet dolor, uetat miserandus exi tus. Ecce Hela quoq; inebriatus occidit Zambri. Amon filius Dauid in temulentia interfectus est à fratre. Holoferni ebrio Iudith caput amputauit. Simon Macchabæus cū duobus filijs suis in ebrietate occisi sunt. Et penè iam præterieram sanctum Iohannem, qui capite suo pœnas rependit Bacchanalium Herodis. Dies mihi totus non sufficeret explicandis tantum ebrietatis incommodis. hinc ēm blasphemiæ, cædes, iurgia, & ut ille inquit, reditura per iugulum uerba. Quæ omnia sic breuiter in admonitionē uestram uolui allata, ut uos meditatione passionis & mortis dñi Iesu Christi nō nimiū crapula uos grauetis & ebrietate, sed conuiuia agatis & honesta & modesta. id adeo uobis corpore, animą, & oculis uestris plus proderit. 3. Reg. 16. 2. Reg. 13. Judith. 13 2. Mac. 16

¶ Ad hæc cæcū nobis hodie proponit ecclesia, cui Christus uisum restituit, qui sane iuxta historiā quisnam fuerit, inquit Gregorius, ignoramus: sed tamen quid per mysterium significet, nouimus. Cæcus quippe est genus humanū, qd in parente primo à paradisi gaudijs expulsum, claritatem supernæ lucis ignorās, damnationis suæ tenebras patitur. sed tamen per redemptoris sui præsentiam illuminatur. Hæc nobis cōtemplanda ob oculos ponit ecclesia, quomodo saluator noster oculorum cæciratē nobis abstulit, ne diebus istis licētiosis, qbus mundana gaudia peraguntur, in pctā recidamus, secundū concupiscentiam malam, sicut gentes faciunt, quæ deum nō nouerūt. Hæc iam pro eruditione uestra & salubri admonitione obedientiū, & excusatione mea sufficiant. Gregorij. Beda. 1. Thess. 4.

¶ Ad euangeliū propero, ubi uidemus non intelligentibus apostolis ea quæ de passione sua illis pdixerat Christus, ad miraculum ille cōuertitur, & ante oculos illorum cæcus lumen recipit, ut qui cælestis mysterij uerba nō caperent, eos ad fidē cælestia facta solidarēt. Porro quando hic dicit, Christū appropinquasse Iericho, quærat aliquis qui id fieri potuerit, quando præcepit Iosue, ne unq; ciuitas hæc rursus ædificaretur? Ad hoc sane respondet Hieronymus & dicit, Iosue urbē istā diruisse, cōcremasse, maledixisse quoq; & dixisse, Maledictus uir corā dño, qui susci Gregorij. Hieronym. Josue. 6.

tauerit & ædificauerit ciuitatem Iericho. In primogenito
suo fundamenta illius iaciat, & in nouissimo liberorũ
2. Reg. 16. ponat portas eius. Deinde uero tẽporibus regis Achab,
Achiel ex Bethel ex Ephraim, ciuitatem Iericho iterum
extruxit, structuraq; illa & primogenito suo Abiran, &
ultimo filio priuat⁹ est Segub, iuxta uerba Iosuę. Semper
Lucę. 17. quoq; ciuitas ista infamis fuit latrocinio, quãdo isthic in
sylua ascendentes in Ierusalem despoliabantur: quamobrem
Christus parabolam quoq; de eo qui incidit in latrones, eo retulit. ciuitatem ergo latrocinio insigniter notatam, miserator & misericors dominus clementer uisitare
2. Tim. 2. dignatus est, qui uult omnes homines saluos fieri: ibi-
Lucę. 19. dem ouem illam Zachæum publicanum lucrifecit. Tanta autem exercitata ibi sunt latrocinia, ut Romani ciuitatem eam funditus euerterint, quæ tamen iterum est ædificata, teste Hieronymo. Quomodo etiam Iericho lunam interpretentur nonnulli, ultro hic supersedeo.

2. ¶ Sedit cæcus hic secus uiam mẽdicans. Cæcus peccatorem significat, qui iuxta uiam iustitiæ in barathrum cecidit tenebrarum. & quisquis talis est, mendicare utiq; debet, hoc est, sanctos dei inuocare, ut illi orent pro ipso. gloriosa enim uirgo Maria, sanctiq; apostoli diuites admodum sunt, Sancta Barbara quoque, Anna & omnes sancti. Verum hunc cæcum neochristiani in urbibus suis non paterentur, quando nemo audet inter eos mendicare. Atqui euangelicus etiam fuit cæcus, cum eum dominus sanârit. audiuit enim ille prætereuntis strepitum turbæ, & interrogauit quis esset, dixeruntq; ei quod Iesus esset Nazarenus. Sane hæc turba erat. quia confusa, ex bonis malisq; mixta, quando alius hic adcurrebat ex præsumptione, ex inuidia alius, alius ex egestate, quidam etiam amore & animo bono adducti. Audiens huius uulgi strepitum cæcus, quæsiuit. commode quidem & opportune quæsiuit ille, quoniam saluatorẽ suum inquisiuit, quæ
Matth. 20 rendo inuenit. Apud Matthæum duo cæci, quibus uisum restituerit Christus, commemorantur: ubi quidam uolũt idem à Matthæo illic & hic à Luca narrari: uerum quòd unius tantum meminit Lucas, dicunt notiorem hunc altero fuisse, quod & in multis alijs euangeliorum locis

fieri constat. Augustinus autem uult non idem hoc fuisse miraculum, eo ꝙ hoc à Luca descriptum, factũ sit Christo in Iericho eũte, & iam ciuitati appropinquante. Verũ istud à Matthæo, tum demum sit factum, cum Christus egressus Iericho, rediret Hierosolymam. Pie tamen credẽdum est, sanato hoc cæco à domino, tantam in ea regiõe esse famam subortam, ut illi duo, de quibus Matthæus, iidem ad Christũ uenientes, sanitatẽ receperint & uisum. Augus. in q. Euan. lib. 2. c. 28. Marci. 10.

¶ Magis credibile apparet, qm̃ miraculũ idẽ fuerit, de q̃ Matthæus & Marcus scribunt, nam hic cæcũ etiã nomine exprimit, dicens appellatum eum fuisse Bartimæum, Timæi filiũ, quẽ oportet sane è maxima felicitate decidisse, unde sic notus factus fuerit om̃ibus sua paupertate. mẽdicus em̃ & ipse fuit & cæcus ideoq; nomẽ eius Marc⁹ expressit, ꝙ per ipsum tanta fama Christo succreuit. Et hoc forsitan est ꝙ Marcus unũ tm̃, Matthæus uero duos noiauit.

¶ Beatus Augustinus spiritualem & mysticum quendã intellectum hic uestigat illius, ꝙ Christus in itinere uersus Iericho, cæcum sanauit: & egrediens rursus, duos. Cũ enim Iericho idem sit quod luna, luna autem ob mutationis suæ uicissitudines mortalitatem significet, hic iam insinuatur ꝙ Christus morti suæ appropinquans, unum tantum cæcum curauit, hoc est, solis Iudæis lumen euangelij prædicari præcepit: gentibus quicquam prædicare grauiter prohibens apostolis: In uias gentium ne abieris tis. Porro idem dominus exiens iterum à Iericho, id est, à morte cum gaudio resurgens, cæcos duos sanauit, dum utriq; populo Iudæorum & gentium, lumen fidei accendere præcepit, nec uiam porro nec ciuitatem apostolis suis aliquam prohibens, quin potius dicẽs: Ite in orbem uniuersum, & prædicate euangelium omni creaturæ. Augustin. Matth. 10. Mar. vlt.

3. ¶ Orauit ergo cæcus & dixit: Iesu fili Dauid, miserere mei. Iesu, inquit, diuinitatẽ confitens: fili Dauid, humanitatem. Magna quidẽ & misera res, & cæcũ esse & mẽdicum. aufert em̃ cæcitas decorem naturæ, lumen uitæ & pulchritudinẽ omniũ creaturarũ. Qui aũt ex uulgo præcedebant, increpabant eũ, uerum ille magis clamabat: Iesu fili Dauid, miserere mei. Quidnã hic designãt, qui Iesum uenientẽ præcedũt, nisi desideriorũ carnaliũ turbas tumul- Cęcitas. Gregor⁹.

tusq; uitiorum, qui priusquam Iesus ad cor nostrum ueni
at, tentationibus suis cogitationem nostram dissipant, &
uoces cordis in oratione perturbant? Sæpe nanq; dum cõ
uerti ad dominum post perpetrata uitia uolumus, dum
contra hæc eadem exorare uitia quæ perpetrauimus, co-
namur: occurrũt cordi phantasmata peccatorum quæ fe-
cimus, mentis nostræ aciem reuerberant, confundunt a-
nimum, & uocem nostræ deprecationis p̃munt. Verũ hac
titillatione nos nihil omnino permoti perseuerare debe
mus orando, utut cogitationibus carnis premamur: & in
star cæci huius tantisper clamemus, dum ueniat dominus
in corda nostra, iubens nos sibi adduci. Tali constantia o-
Psalm. 21. rabat Dauid: Deus meus, clamabo per diem, & non exau
dies, & nocte & non ad insipientiam mihi? Sane enim sa-
pientia hæc est nõ exigua, fortiter in orando persistere,
donec exaudiaris.

¶ Ad literam tamen hoc quotidie experimur ipsi, q̃d
qui cum potentioribus uiuunt, pauperes fere opprimũr.
& q̃ Iudæis simul ac tyrannis inuocationẽ nominis Chri
Chrysost. sti prohibere conantibus, felicius longe fides Christi suc-
creuit & aucta est: cum ea sit natura fidei, quanto magis
uetatur, tanto magis accenditur: propter q̃d & serui dei
in persecutionibus non uincuntur. Quod si clamites idẽ
in hæreticis quoq; & parabaptistis euenire, ego sane id p-
nego. quamuis enim iuxta Hieronymi sententiam, hære
Hieron. ticorum initia feruent, adeo ut nullus etiam possit hære
sim struere, nisi qui sit ardẽtis ingenij, habeatq; dona na
turæ quæ à deo artifice sunt creata, nihil tamen horum
est diuturnum & constans. & si ueterum hæreses omnes
desierunt, certũ est has quoq; nostrates fine nõ carituras.

4. ¶ Iussit tandem adduci sibi cæcum Christus, quod
uerisimile est fecisse apostolos, cũ in simili casu talia quæ
dam præceperit illis dominus: & nunc quoq; per mini-
stros huiusmodi recipi soleãt sancta illa sacramenta, per
quæ gratiam suam Christianis communicat deus. pote-
rat aũt hoc ductu cogitare secum cæcus huiusmodi quid
Psalm. 33. dam, quale dixit Dauid: Accedite ad eum, & illuminami-
ni, & facies uestræ non confundentur. Venienti ergo ait
dominus: Quid uis ut faciam tibi? Non interrogat, an cre

dat, sicut alios infirmos quærere solebat. ipso enim clamore penè ad importunitatem usque protenso, satis declarabat omnibus pium mentis suæ adfectum, simulq; dignum se exhibebat, cui dominus uisum restitueret. Dixit ergo: Domine, ut uideam. At Iesus dixit illi: Respice, fides tua te saluum fecit. & confestim uidit. Tria sunt breuia in hoc facto: nam uno illo uerbo, cum dixit Christus, Respice, miraculum hoc totum operatus est. Deinde fides hæc consideranda est tanta, quæ & obstaculum gratiæ ademit, unde effectus miraculi secutus est. Tertium uero est laus. uidit enim, & sequebatur illum, magnificãs deum. Et omnis plebs ut uidit, dedit laudem deo. quod nos quoque facere debemus, sicut Dauid ait: Magnificate dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipsum. & sicut Iohãnes inquit, Laudem dicite deo nostro omnes sancti eius, & qui timetis eum pusilli & magni. Vere nanque uitium magnum & scelus immensum est, ingratum esse deo, quo etiam homo deum erga se grauiter commouet, ut ei etiam data antehac bona eripiat, & quæ daturus illi fuerat, subtrahat. Vos itaq; deo dignas quoque dicite gratias, laudate eum & magnificate cum hoc cæco, quem ille illuminauit, ut sic nos omnes etiam illuminare dignetur, quatenus in lumine suo lumen uidere meamur felicitatis æternæ. Id adeo nobis concedat, qui est benedictus in æuum, Amen.

Chrysost.

Psalm. 33.

Apo. 19.

DOMINICA PRIMA QVADRAGESIMAE, QVAE *& dominica Inuocauit dicitur, super Euangelio Matthæi quarto.*

IN illo tempore: Ductus est Iesus in desertũ à spiritu, ut tentaretur à diabolo. Et cum ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esurijt. & accedens tentator, dixit

Marci. 1. Lucę. 4. Exodi. 34

ei: Si filius dei es, dic ut lapides isti panes fiant.
Deut.8. Qui respondens dixit: Scriptum est, Non in so-
Lucę.4. lo pane uiuet homo, sed in omi uerbo quod pro
cedit de ore dei. Tunc assumpsit eū diabolus in
sanctam ciuitatem, & statuit eum super pinnacu
lum templi, & dixit ei: Si filius dei es, mitte te de
Psalm.90. orsum. scriptum est enim, quia angelis suis man-
dauit de te, & in manibus tollēt te, ne forte offen
das ad lapidem pedē tuum. Ait illi Iesus rursum:
Deut.6. Scriptum est, Non tentabis dominū deū tuum.
Iterum assumpsit eum diabolus in montem ex-
celsum ualde, & ostendit ei omnia regna mundi,
& gloriam eorū, & dixit ei: Hæc omnia tibi da-
bo, si cadens adoraueris me. Tunc dicit ei Iesus:
Deu.6.10. Vade sathana. scriptū est enim, Dominum deū
tuū adorabis, & illi soli seruies. Tunc reliquit
eum diabolus, & ecce angeli accesserūt, & mini-
strabant ei.

HOMILIA PRIMA.

ETsi communi & recepto quodam more plerique omnes totius quadragesimæ sermones, ad pœnitentiam, contritionem & confessionem referri soleant, nos tamen (quia huic rei totiq; adeo sacramentorum omnium materiæ peculiares homiliæ dicantur) euangeliorum tantum insistemus expositioni, iuxta ueterum doctorum sententias pariter & scripta, à quibus ita me CHRISTVS seruet, totius uitæ meæ tempore nullatenus recedam.

Protestatio.

¶ Principio ductum Iesum in desertum Matthæus cōmemorat, idq; tunc cum iam à Iohanne baptizatus esset, apparuisset q; super eum spūs sanctus in specie colūbę, unde ille eodem plenus spū, egressus est Iordanem, ab ipso

Matth.3.

subinde ductus in desertum, ut sicut iam baptizatus esset in Iordanis flumine, ita deinceps in deserto baptizaretur igni tẽtationum. Dubitari autem (inquit hic Gregorius) à quibusdam solet, à quo spũ ductus sit Iesus in desertum. palam enim est ex sequentibus, tentatum ipsum esse à diabolo, atq; adeo ductum iam in pinnaculum templi, iã in mõtem excelsum. In desertum uero sine dubio Hieronymus ductum eum refert à spũ sancto. ubi obseruandũ est, q̃ significanter hoc totum narrent euangelistæ. Marcus inqt, Spũs expulit eũ in desertum. ecce potentiam, quę tributur patri. Matthæus ait, Ductus est à spũ. ecce sapientiam filij. Lucas autem, Agebatur spũ. ecce bonitatem spũs sancti. Expulsus, ductus, agitabatur. Ductum ergo à spiritu sancto dominum in desertum inuenit ibidem tẽtator, & adortus est. Ductus uero ille, uirtute factus est diuina, ita ut sic immediate humanitas Christi fuerit in deserto, quomodo nunc quoq; sacratissimum Christi corpus incipit esse in altari, non tamen per cælos & aërem descendens. sed neq; inuitus hic in desertum uenit Christus, sed bona uoluntate cum hoste suo decertaturus. Vbi si dicis, Cur tandem à spiritu in desertum duci uoluerit Christus, & quare non potius ipse semet isthuc contulerit, cũ utique & deus esset, & propria posthac uirtute resurrexerit, & ascenderit in cælum, quæ sane multo maiora fuerunt opera, quàm duci in desertum: ad hæc respõdet Chrysostomus, idq; factum dicit iuxta quandam dispensationis rationem, ut nos uidelicet apertissime signatum esse uideamus, quia non sponte nos ipsos in tentationes oportet insilire: sed si attracti fuerimus, uiriliter repugnare. Factũ id itaq; est ad doctrinam & eruditionem nostram, ne nosmet à spiritu nostro duci sinamus, quin potius oremus, Ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. Ideoq; & discipulos suos orare iussit, ne intrent in tentationem. Duxit ergo sic spiritus Christum in desertum, sicut & in spiritu uidens Isaias dixit: Descendens spiritus domini, ductor eius fuit.

Luc. 4. Gregorius. Hieron. Marci. 3. Luc. 4. Chrysost. Matth. 6. Luc. 22. Isaiæ. 63.

2. ¶ Iam porro & quò & qua de causa Christum duxerit spiritus, euangelista insinuat, principio dicens in desertũ ductum eum esse: quod sane iuxta literam istud est,

Lucę.10. quod inter Hierosolymam & Iericho situm est, latrociniis multis insigne, quod & parabola apud Lucam testari poterit. fuit autem in altissimo monte, qui etiam in hodiernum diem usq; peregrinantibus isthuc uix est peruius. mons quoq; fluuio plane suprapositus est, q in Iericho
4.Reg.2. profluit, q aquas habuit amaras. Vere Eliseus illas uase no
Li.5.c.6. uo cum sale in originem misso, edulcorauit, sicut Regum narrat historia. Sed & Iosephus fluuiũ eũdem refert adeo fuisse infrugifere, ut mulieres q̃q; si ex eo bibissent, steriles efficerentur & infœcundæ.

Chrysost. ¶ Et considera, inqt hic Chrysostomus, quoniam illũ adsumẽs spũs duxerit non in urbẽ, neq; in forũ, sed in eremũ. qa enim diabolũ ad tentandũ uolebat inducere, non de esurie solum, uere etiam de loco occasionem tentationis illi ingessit. Tũc qppe maxime aliq̃s diabolus adgredi
Gene.3. tur, cũ solos uiderit, atq; ab alijs segregatos. Hoc modo Euam q̃q; in paradiso solam inuentam tentare cœpit, &
Eccl.4. superauit. ideoq; & Sapiens dixit: Væ homini soli, qa cũ ceciderit, non habebit subleuantem se. Diabolus uero si q̃s simul uidet congregatos, non item adoriri audet & adgredi. Atq; ad istam occasionem, & uelut ansam præcidendam, retulerit sæpi⁹ conuenire, ne sic in laqueos diaboli incidamus. Qua etiam de causa nullus non satis antea in certamine spirituali exercitatus, uitam subire de
Gerson. bet eremiticã. tũc enim facilime in conflictu cũ diabolo uictus, pstratusq; iaceret. De q̃ ampliter Iohãnes Gerson.

Marci.1. 3. ¶ Ratio iam ostendit, cur tandem ille à spũ duct⁹ sit in desertũ, ubi Marcus eũ fuisse dicit cũ bestijs. ratio aũt ẽ huiusmodi, ut sic tentaret à diabolo, suoq; nos doceret exemplo post baptismũ constãter diabolo reluctari in q̃uis tẽtatione. in quem finem ecclesia q̃q; instituit, ut prius q̃ baptizaret infans, exorcismus super eũdem legat, q̃ adiurat diabolus, ne queat baptismũ pueri impedire. Et q̃uis nullus ultro cupere debeat, ut à diabolo tẽtet, in suggestionibus maxime illicitis, qa semper tũc saltẽ uenialis exurgit in homine inordinatio: & ea est diaboli potestas, ut si ille ad tentandũ facile adeo admitteret, uix unq̃
Job.40. aliq̃s homo ab eo uictor abiret, quãdo nõ est potestas super terram quæ comparet ei: tamen ita misericors erga

nos deus est, ut illi non relinquat habenas, neq; suo modo & more nos sinat tentare. retinet enim & cohibet ab ipso deo, q illi etiam tentãdi facultatem maiorem in Iob dare noluit, nisi quantũ ipse uelle. Ideoq; & cũ deus laudaret Iob ex ꝓbitate & uirtute ultra oẽs homines, respõdit sathan, nõ frustra id ita fieri, ut & pius esset & deũ timeret Iob, quem deus tantopere & domo & uniuersis bonis circũuallasset. Ecce quomodo diabolus erga deũ conquerit, q ipm Iob sic custodierit, ut eũ pro lubitu suo tentare non posset. Id nõ minus aperte Paulus nos ꝙq; in suis Corinthijs docet: Fidelis, inqens, est deus q nõ sinit uos tentari ultra id ꝙd potestis, sed facit cũ tentatione etiam prouentũ, ut possitis sustinere. Quid q per angelũ ꝙq; illum tuum deus non paꝛ diabolicæ fraudis impedit astutias? qui angelum illum tibi in salutem tuam addicauit, iuxta illud Psalmi: Angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in oñibus uijs tuis. Sed de ijs plura in materia de angelis.

Iob. 1.

1. Cor. 10

Psalm. 90.

4. ¶ Quid in deserto fecerit Christus, porro euangelista insinuat, nimirum quòd quadraginta diebus & noctibus ieiunârit. Quo numero quadragesimæ nobis ostenditur sacramentum, in quo & Moyses ieiunauit in monte Sina, & Elias iuxta montem Oreb. ideo enim Christus ꝙq; legislator euangelicus tanto tẽpore uoluit ieiunare, eo ipso declarans, quoniam sicut se ieiunio ijs duobus parem fecit, ita eadem plane est legis, prophetarum & euangelij similitudo.

Hieron.

Exodi. 24. 3. Reg. 10.

Modus pertinet ad scholas.

¶ Vbi hoc quoq; ponderandum non abs re est, quòd duplex illud ieiunium magni sit discriminis. propria enim uirtute Christus tam diu ieiunauit, cæteri duo nõ item, sed uirtute diuina. alter enim colloquio dei (quo fruebatur) diuturno sustentatus est, alter uero per panem subcineritiũ & hausi um aquæ. in fortitudine eñ cibi illius ambulauit usq; ad montem dei Oreb.

Exodi. 33. 3. Reg. 19

¶ Ratio quoq; cur omnino post baptismũ ieiunare uoluerit dominus, adsignari uaria potest. primum, ad designandum quòd homo per baptismũ adsumit in militiam Christi, ut sic bella gerat cum hoste diabolo, cui iam ipse quoq; in baptismo hostis factus sit adiuratus. Aut quid

Iob. 7. aliud uniuersa hominis super hanc terrã uita est, nisi militia? Primũ igitur hic hostem adgressus est Christus, nobis in exemplum, & uicit. idq; necessarium sane erat, quia

1. Corin. 15 sicut portauimus imaginem Adæ terreni, qui superatus è iam olim in paradiso, ita portare quoque debemus imaginẽ illius, qui est in cælis, Christi. Et nos iam quomodo imaginẽ istã inueteratã deponere possemus, nisi Christ⁹ diabolum in conflictu eo modo superasset, quo antiquus iste uictus ab ipso fuit?

¶ Alia causa dari potest, quare Christus statim post baptismũ ieiunârit, antequã adhuc uel prædicaret, uel miraculorum quicquam exerceret, ut nos sic doceret, quatenus & ipsi prius in operibus bonis exercitati, diabolum quoque superemus, quàm nos alicui officiorũ diuinorum submittamus, cuiusmodi sunt diœceses & parochias administrare, prædicare & similia.

Chrysost. ¶ Postrema est, quam Chrysostomus adfert, inquiẽs docere hic uoluisse Christum post baptismum, non crapulæ & ebrietati, sed ieiunio studere atq; abstinentiæ, quæ arma uincẽdo diabolo aptissima sunt. Ieiunauit igitur nihil ipse ieiunij indigus, sed nos hoc modo edocturus, qui, quicquid hoc est quod habemus mali, è uentris uitio contraximus. Quomodo peritus quoque & prudens medicus, ubi ægrotum semel curauit, omnia illi prohibet, è quibus ægritudo ista prouenerat. Eodem plane exẽplo hic Christus post baptismum ieiunauit contra uitium gulæ, propter quod & Adamum paradiso exturbauerat, & torum

Gene. 3. 7. & 19. diluuio orbem ignibus q; Sodomam perdiderat. quamuis enim Sodomitarum quoq; arguitur libido, huius tamẽ radix ista fuit, uel hæc Iezechielis ꝓphetia satis fortiter attestãte: Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ, superbia, saturi-

Iezech. 16 tas panis, & abundantia, & ocium ipsius. Ad hunc modũ Iudæi innumera uitia ex crapula & ebrietate perpetrârunt.

¶ Quod si quæris, cur non longius diutius q; Moyse & Elia ieiunârit Christus, en hoc tibi responsum. Neq; ante ieiunare desijt dominus, ne occasionem hæreticis daret purum hominem eum esse calumniaturis, quod sic quoque Cherintus & Hebion fecere. Neque ultra qua-

draginta dies ieiunauit, ne eum homine sublimiorem suspicari potuisset diabolus, sicq; eum reliquisset intentatū. Manichęi quoque ansam hinc adripuissent opinionis sibi persuadēdæ, Christum deum esse tantum, sine uera carne. Transactis autem continuo ieiunio diebus quadraginta, esurijt tandem. Tam diu Elias quoque & Moyses ieiunauerāt, uerum post ieiunium esurire, humanæ erat euidēs signum miseriæ. Accessit itaq; id uidens tentator, periculū facturus, esset ne ille deus & Messias in lege promissus, an non. Atq; hinc sane patet, doctiorem longe diabolum esse nostratibus induratis Iudæis. constat enim ex hoc loco, non ignorasse diabolum, quòd Messias ille futur⁹ erat filius dei, quod in diem hodiernum Iudæi persuaderi nō possunt ut credant: quorum omnis ista sententia ex falsa est opinione concepta, cum putant Messiam suum, quandocunq; uenturus sit ille, deum tamen non fore. Nos autē quotquot CHRISTI tum fidem profitemur, tum nominis sancti professione gloriamur, credimus filium dei naturam humanam suscepisse, eundemq; esse Messiam, neminem quoque alium uel Messiam uel saluatorem esse posse, nisi deum: eúmque adeo deum tum credendum esse, tum dicendum, ex Ieremia docemur: Suscitabo, inquiente, Dauid germen iustum, & regnabit rex & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra. In diebus illis erit salus Iuda, & Israel habitabit confidenter. Et hoc est nomen quod uocabunt eum, dominus iustus noster. (ubi enim in nostra translatione ponitur dominus, in Hebræo nomen habetur tetragrammaton יהוה.) Messiam illum uerum deum, & hominem inuocemus omnes, illicq; animas nostras & corpora commendemus, illum oremus humiliter, quatenus gratiam nobis donare dignetur, qua adiuti, hoc tam sancto quadragesimali, tēpore, opera illi exhibere queamus beneplacita, ut sic ueram contritionem, confessionem integram & satisfactionem perfectam acquirentes, uita per hæc tandem perfrui mereamur æterna, Amen.

Ieremi. 23
Oseę. 13.
Iere. 22.

HOMILIA SECVNDA DOMINIcæ Inuocauit.

Matth. 4. Hieron. INdicat nobis hic Matthæus euangelista, Christũ post baptismum à spũ sancto ductum esse in desertum, ut tẽtaretur à diabolo: & ut diabolus ad illudendum sibi moueretur, cœpit ieiunare quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & postea esurijt, ut sic diabolo optata darei causa tentandi ipsum. Atq; hoc Christus ex propria Iohan. 10 & perfecta uirtute fecit. Dicit em̃: Habeo potestatem ponendi animam meam, & iterũ sumendi eam. Et sicut potestatem habuit ipse animæ suæ, ut eam moriturus deponeret, eamq; rursus adsumeret resurrecturus: ita multo magis potestatem habuit super operationes & uirtutes animæ, quas potuit, ut uoluit, retinere ne esuriret: rursusq; uolens imperare potuit, ut calor suus naturalis operaretur famem. Omnia enim hæc, fames, sitis, ieiuniũ, imò & passio & mors, in potestate Christi fuere: & si uoluisset, poterat utiq; à nullo istorum affici. ideoq; & dixit, Nemo tollet animam meam à me, sed ego ponam eam à me ipso. Verum hoc diabolus ignorabat, multum apud se- Origenes metipsum ambiguus. siquidem & Christi eum latebat cõceptio, quam illi deus prætextu Ioseph occultauerat, ita ut nesciret, Ioseph ne an dei filius esset. Aliâs hoc nouerat callidissimus iste spũs, impleta iam tẽpora fururi Messiæ, à prophetis dudum prędicta. inde fiebat, ut ex multis circũstantijs suspicionẽ sibi colligeret opinãdi Christũ cẽ Mess ã, uerum simul deũ & hominem. Sciebat enim glo- Chrysost. riosam angelorum sub illius natiuitatem iubilationem, sciebat trium magorum adcursum, sciebat testimonium Iohannis. Sed inter hæc uidebat Christum tantas humanæ fragilitatis sustinere miserias, ut facile ab ista opinione resiliret, putans ipsum Messiam non esse, non ignarus Messiam fore deum, deum autem esse impassibilem. Interea dum iste hæc omnia ultro citroq; cogitabundus iactitat, ecce admirandum illud Christi ieiunium fit in deserto: in quo dũ attonitus stupet diabolus, ne forte Christus sit deus, tam diuturnam facile adeo sustinens inedi-

am, rursus tamen animum recipit, dum uidet esuriẽtem. hinc tentandi occasione adsumpta, dominum huiusmodi adoritur uerbis: Si filius dei es &c. quòd accessit diabolus, intellige id esse factum adsumpto aliquo corpore ex aẽre, sicq; eum uultu & habitu humano Christo astitisse ut hominem.

¶ Vbi hoc tamen præcipue obseruandum uenit, quòd cum tribus modis fiat tentatio, suggestione externa uel interna, delectatione & consensu, quo modo communiter homines ex carne peccati progeniti, tentantur interius. Christus autem quia peccato caruit, innocentissimus etiam, sineq; omni labe in hunc mundum est prognatus, nullam in se ipso habuit reluctationem, ut hinc suggestione tentaretur, sed mentem illius malignus iste nulla potuit mordere uoluptate seu delectatione. Tota igitur ista tentatio externa tantum fuit, non aliter quàm uel mundus, uel sodalitas praua quempiam afflictat & afficit. Tentatio fit tribus modis.

2. ¶ Porro tribus CHRISTVM à diabolo tentatum euangelista commemorat, sicut iam olim tribus uitijs primum parentem nostrum in paradiso tentauerat, gula, uana gloria, & auaritia, in quibus omnibus uictor à parente tentator abijt. Gula siquidem tentauit Adam, uetitos ei fructus ostendens, & eosdem manducare suadens. Vana & inani gloria, cum diceret, Eritis sicut dij. Auaritia uero, dicens, scientes bonum & malum. Eodem plane modo dominum quoq; tentauit, triplici hoc uitio. sed & secundum quosdam idem iste Lucifer, qui Adamum in paradiso, Christum quoq; hic tentauit in deserto, teste Hieronymo. Iudæi tamen illum Keseph appellari dicunt. Gene. 3.

In gula primum adgressus est dominum, dicens: *Si filius dei es, dic ut lapides isti panes fiant.* Ecce filium dei uocat eum, qm̃ uocẽ forte paternam in illius baptismo audierat: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Vel, non dixit ad eum, *Si esuris, sed, Si filius es dei, fac lapides isti ut fiant panes:* blandiri hoc modo uolens ipsi, ut hac laude saltem nonnihil ex illo extorqueret, non aliter quàm in paradiso fecerat. simulans quod non erat, ut quod uere erat, hoc modo addisceret. quod nunc Hiero. super Haba. Matth. 3.

quoque sapientes huius mundi faciunt, si quando impo-
nere uolunt simplicibus. dicebat enim: Quare præcepit
uobis deus, ut non comederetis ex omni ligno paradisi?
Gene.3. statim persuasit Euã astute nimis, fore ut aperirẽtur ocu-
li eorum, fierentq; sicut dñi, si modo de fructu ligni hui⁹
manducarent. Hæc nimirum erant mendacia fortissima.
Ita hic quoque cupiebat ex Christo scire, esset ne Messias.
& tamen coràm uidebat hominem famelicum, atq; ideo
obiecit ei hoc primum statim, si filius dei esset, ut ex hoc
deinceps incarnationis cognosceret mysterium. Nam si
sciisset filium eum esse dei, non tentasset utiq;, sed quacun
q; uia passionem illius & mortem impediuisset, ne sic ho
mo redimeretur, prædaq; patrum faucibus suis ex limbo
eriperetur. Sin cognouisset eum hominem esse tantum,
rursus omni moto lapide conatus fuisset fallere & deci-
pere eũ. dicebat ergo: Si filius dei es, dic ut lapides isti pa-
nes fiant.

¶Doctores hoc loco diligenter expendunt, quòd quã-
uis astutus & callidus sit diabolus, ratus se prudenter rem
totam adgressum, id tamen omne magna admixtum est
stultitia: quod omnibus huius mundi sapientibus euenire
uidemus, qui utut sibi uideantur prudentissimi, omnis ta
men eorum prudentia impura est & stolida. Id adeo
diabolo quoque hic re ipsa usu uenit. ait enim sanctus
Hieron. Hieronymus: Duobus contrarijs teneris diabole, si
ad imperium eius possunt lapides panes fieri, ergo frus-
tra tentas eum, qui tantæ est potentiæ: sin autem non
potest facere, frustra filium dei suspicaris. Fortius tamen
adhuc diabolum urget Chrysostomus, dicens: Quoni-
am sicut ille omnes homines conatur excæcare, ita hic
excæcatus est à CHRISTO. nanque si sensisset illum post
dies quadraginta esurire, cur non intellexit eum per
quadraginta illos dies non esuriisse? ex eo enim discere
debebat uerum ipsum esse deum, sicut è fame uerum co-
gnouerat hominem.

¶ Obijcies autem, Quænã hæc tentatio? profecto nan-
que famelicum uesci pane, necessitatis est, non gulæ. &
quomodo igitur sibi constat expositio patrum, referen
tium hanc diaboli tentationem ad peccatum gulæ?

Respondetur hic, gulam nec semper in uoluptate, neq; in affluentia esse. siquidem qui & non iusto ordine necessitati tantum satisfacit, peccat. Erat igitur hic ista diaboli sententia, quando tantopere esurit CHRISTVS, eo ipsum adducere nitebatur, ut concupiscentia carnis quæ cibum appetebat, spiritum anteuerteret, prauo utique & peruerso ordine, siquando spiritui dominatrix imperet caro. Caro enim (ut inquit Paulus) concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, quoniam hæc sibi inuicem aduersantur, ut non quæcunque uultis, illa faciatis. Et hoc ipsum est quod Sapiens ait: Fili, post concupiscentias tuas non eas, & à uoluntate tua auertere. Si præstes animæ tuæ cõcupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis. Molitur itaque diabolus facere, ut ne spũs dux sit & rector operum, sed concupiscentia carnis. qđ ubi obtinuerit, iamiam triumphat, quamuis illud sub necessitatis prętextu, ut hic, effectum reddat. Domine deus, quàm misere tentamur in ijs quæ necessaria sunt nobis? & quanto uehementius in illis quæ abundant? Quãuis hoc quoq; in diabolo ineptũ satis erat, quod dicebat ad eũ, ut miraculose ex lapidibus panes faceret, quos aliũde poterat habere. Quia cõmuni regula miraculum nullum ponendum est siue quærendum in aliquo, quod uia naturæ sustineri seu acquiri potest. Spiritali sensu tamen lapides panes faciunt mali prædicatores, qui duras scripturæ ac dei increpationes & grauissimas minas mitigant, sicut nunc neochristiani, omnia facilima proponentes plebi, iuxta illud Iob: In stipulam uersi sunt lapides fundæ. Extende hæc iuxta scripturas, in prædicantes solum carni placentia.

Gala. 5
Eccl. 18
Iob. 41.

3. ¶ Ad hæc respondet Christus: Scriptum est, Nõ in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit de ore dei. Hic Leo papa dicit: Aduersarium uicit Christ⁹ testimonio legis, non potestate uirtutis. Inde enim discimus nos, ut quoties à prauis hominibus aliquid patimur, ad doctrinam excitemur potius q̃ ad uindictam, sicut & Paulus dicit, Vt per patientiam & consolatiõem scripturarum spem habeamus. Notabile est, qđ qdam uenerabilis pater putat, post passionẽ Christi cõmemorandam ni-

Deut. 18
Leo.
Gregor⁹ Roma. 15 Kempis.

hil esse consolatorium magis in omni tribulatiõe aduersa, quàm refugium ad lectionem sacræ scripturæ. Hieronymus quoq; ait, ideo sic respondisse dominum, quia ꝓpositum erat ei humilitate diabolum uincere, non potẽtia, eo ꝙ non latebat ipsum diaboli aduentus, sicut & oẽs tentat, qui deo incipiunt seruire, secundum illud Sapientis: Fili, accedens ad seruiturem dei, sta in iustitia & in timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Ita hic Christus scriptura sacra se præmuniuit contra diaboli insultus. neq; eñ ex illo adhuc sciebat diabolus, filiũ ne dei & Messias esset Christus, an non. Contra linguam maledicam, cuiusmodi & hæc erat diabolica, alio telorũ armorumq; genere utendum non est, sicut & Dauid admonet, dicens: Quid detur tibi aut quid adponatur tibi ad linguam dolosam? Sagittæ potentis acutæ, hoc est, sermones ueritatis acumen habent, illi, quos è pharetra scripturæ depromimus. Aut nonne ualidus ille locus est, quo hic utitur Christus pro se, Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit de ore dei? Dixit hoc Moyses ad Iudæos quoq;, ostendens deum non solo cibo ab hoĩbus adparato uitã nostrã sustẽtare posse, quoniam & ipsos pane cæli iam ante saturauerat: quemq; ille solo uerbo creârat, recte uerbum etiam dici intelligerẽt. Hoc autem est quod etiam Sapiens ait: Nõ natiuitatis fructus pascunt homines, sed sermo tuus qui in te crediderint, cõseruat. Quòd autem uerba hæc ad manna retulit Moyses, indubie recte fecit, cum tamen ex aduerso nihil omnino ĩsce uerbis hic dominus ad manna respexit. unde doctrina illa colligi potest, pulcherrima sane & quæ ad multa adcommodari potest, quòd unus & idem sacræ scripturæ locus, ex plenitudine spũs sancti, uarĩs modis põt intelligi, sine omni ueritatis detrimento, sicut hic Moyses & Christus fecerunt. Et hanc regulam beatus Augustinus ex multa assiduæ lectionis sacrarum literarum tum consuetudine, tum experientia collegit. Hæc eo lubentius cõmemoro, quòd recentiores nituntur interdum sensum scripturæ aliquem coram simplicibus reĩcere, uidẽtes ab alĩs doctoribus textum aliter intelligi. neq; hoc faciunt in honorem patrum, sed in suæ siue malitiæ, siue hæresis

Hieron. Ecc. 2. Psalm. 119 Deut. 8. Sapien. 6. Regula. De doctr. Christia.

uelamentum & prætextum. Ecce uerba hæc Moyſes intellexit de manna: unde quàm ridicule, imò quàm inepte ſequitur, ideo Chriſti ſenſum hunc eſſe erroneum?

¶ Quis ſit autem uerborum intellectus ille Chriſti, & multo felicior eo, quem Moyſes ſuper ijſdem uerbis habuit, uarijs itidem modis poteſt intelligi. primum enim, q̃niam uerbum dei eos quibus cum ille loquitur paſcit, cõſtat ex ipſo Moyſis exemplo, qui uerbo dei quadraginta diebus ſuſtentatus eſt ſine omni cibo & potu. fuerũt præter hunc alij pleriq; homines ſancti, qui uitam continue uiuentes cõtemplatiuam, multo tempore ſine omni cibo perdurârunt, ſpiritu ſimul & corpore ſolo dei uerbo paſti & enutriti. Senſus hic literæ cõuenit, uerum tamẽ ſublimiori adhuc intellectu explicari & euolui poteſt de uerbo dei æterno Chriſto Ieſu, per quod ita facta ſunt oñia, ut ſine ipſo factum ſit nihil. & quod factũ eſt, in ipſo uitã habeat. Omnis igitur tum ſubſtantia, tum uita omniũ creaturarum, à uerbo illo eſt, filio dei, qui prodit ſiue egreditur ex ore intellect⁹ dei patris. (nimis ſubtile eſt de uerbo ideali, quia panis realis nõ paſceret, niſi uirtus uerbi ſui, uis idealis eẽt diffuſa in ipſo.) Quid multa? uerbũ dei nos corpore ſimul & anima fouet, nutrit, ſuſtentat, neq; refert quis illud loquat, dum mõ nõ deprauetur. ſemperq; procedit de ore dei, ſicut per Ieremiam dicit dominus: Si ſeparaueris precioſum à uili, uelut os meum eris. Poſſet hic de uerbo dei iuſtus quidam ſermo cõtexi, ſed materia illa ſe offert quotidie & ultro ingerit. Mitto igitur, & uerba adſumo Iſaiæ, q̃bus ille multam dignitatẽ, uſumq; uerbi diuini maximum explicat, dicens: Quomodo deſcendit imber & nix de cælo, & illuc ultrà non reuertit, ſed inebriat terram & infundit eam, & germinare eam facit, & dat ſemen ſerenti & panem comedenti, ſic erit uerbum meum quod egredietur de ore meo: non reuertetur ad me uacuum, ſed faciet quæcunq; uolui, & proſperabitur in his ad quæ miſi illud.

Exod. 24.

Magdalena Aegyptiaca.

Johan. 1.

Jerem. 15

Iſaiæ. 55.

¶ Poſtremo, & ſi q̃s dixerit, q̃m debuit Chriſtus hoc q̃d petebat oſtẽdere, reſpõdebo: Cuius rei gratia? quá uel exigente rõne? Nõ eñ, ut crederet, hæc ille dicebat, ſed quantum opinabat, ut ipſum de infidelitate cõuinceret,

Chryſoſt.

& ut hoc mō deiras Christi diabolum lateret. nanq; si id
1. Cor. 2. cognouissent, nunq̄ dominum gloriæ crucifixissent. Sed
& hinc docemur, opera bona ab ijs penes quos fructum
Matth. 7. nullum adferunt, esse occultanda, quando margaritæ nō
sunt proijciendæ ante porcos. Tertia quoque hic ratio a
Chrysostomo colligit illa, ne unq̄ diabolo credamus qc-
q̄, etiam si magna necessitas urgere uideat. Etem̄ quòd ei
Gene. 3. credidit Eua in paradiso dicēti, qm̄ eritis sicut dij, nec ali
quo mō moriemini: & deum offendit, & legem eius trās-
gressa est. Præterea docemur hic diabolo non creden-
dum, legis etiam transgressionem non docenti: sed &
utile quid siue suadentem siue dissuadentem, summa ꝓ-
uidentia & cautiōe uitare debemus. Ideo enim Christus
quoq; spiritibus immundis prohibuit etiam loqui, profi-
tentibus iam ipsum filium esse dei, ita ut clamarent etiā:
Luce. 4. Sine, qd nobis & tibi Iesu Nazarene? ueniſti perdere nos?
Actuū. 16. scio te q̄ sis, sanctus dei. Increpauit autem illum Iesus, di
cens: Obmutesce, & exi ab eo. Nulla itaq; in necessitate,
uel omnium etiam maxima, confidere quicquam debe-
mus diabolo: cōtra impios istos, cōtempta deo cōfilia ex
dæmonibus quęrentes, putantes eum ubi semel uere di-
xerit, id ita semper facturum. Nugę sunt & uanitas mera.
Aut qua uesania plus diabolo credere uis q̄ domino, deo,
Johan. 8. redemptori tuo Christo? Bene sane ille de diabolo locu-
tus sic est apud Iohannem, qm̄ homicida erat ab initio,
& in ueritate nō steterit, qa nō est ueritas in eo: cum loqui
tur mendacium, ex ꝓprio loqtur, qa mendax est & pater
eius. Cauete itaq; uobis ab arioli istis, maleficis & ua-
nissimis futurorum prędicatoribus, diaboli tm̄ ministris:
q̄ cū semel atq; iterū uerū qd dicūt, eo tm̄ faciūt, ut parata
sic sibi fide, facilius hoies decipere queant. Multis nanq;
locis ita compertum est euenisse, ꝙ huiusmodi arioli, mo
ta etiam de bonis uiris suspicione, eosdem inqetârunt, fa
mamq; illorum & nomen bonum contaminare uoluerūt. Quamuis hic quoq; in ista herba latitat anguis, ꝙ di
abolus etiamsi istis nonnunquam uerum edicat (non fa-
cit autem hoc unquam sine admistione falsi) qcqd hinc
lucrum colligit, diabolo accedit: q hoc modo homines
in peccata, & per ea in iram dei adducit, uanitates hu-

iusmodi multis modis grauissime prohibentis in Leuitico. ait enim: Non declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid sciscitemini, ut polluamini per eos. ego dñs deus uester. Et rursus alibi, Quando ingressus fueris terram, quã dominus deus tuus dabit tibi, caue ne imitari uelis abominationes illarum gentium, nec inueniat in te qui lustret filium suum aut filiam, ducens per ignem, aut qui ariolos sciscitetur, & obseruet somnia, ne sit maleficus, neque incantator, nec quærat à mortuis ueritatem, quod faciunt necromantici. Iterumq; in Leuitico: Anima quæ declinauerit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam cõtra eam, & interficiam illam de medio populi sui. Hoc modo Saul maleficos & ariolos occidit, quos proprie Septuaginta uentriloquos dixere. Eodem exemplo eos rex Iosias expulit è gente. nec unquam feliciter cessit cuiq;, qui cum eiusmodi hominibus maleficis rem habuit. ait enim dominus: Vir siue mulier in quibus phitonicus uel diuinationis fuerit spũs, morte moriantur. lapidibus obruent eos. Quid q; leges comburere uel capitibus plectere illos imperant? Artes autẽ istæ impurissimæ, ante Christi quoq; natiuitatem apud ethnicos asseruntur ab Augusto fuisse prohibitæ, ut recte deinceps canones etiam eas uarie prohibuerint. Quisq; igitur uere pius Christianus sibi ab huiusmodi impostoribus, blateronibus, & diabolorum consortibus prospiciat: neq; filios & liberos suos illis cõmunicet, inspecturos specula, uitra, crystallos, super quernis tripodibus, in cauernis, in biuijs. facile enim hinc & ipsi mala contrahẽt, sibi perpetuo adhæsura. Quin potius cum Christo dicite, Abi maligne spũs in locum supplicij tibi deputatum infernalem. A quo nos Christus custodiat & conseruet in æuum, Amen.

Leuit. 19.

Deut. 18.

Leuit. 20.

2. Reg. 28.

4. Reg. 23

Leuit. 20.

l. nullus. l. nemo. l. culpam. C. de maleficis. lib. 7. de ciuitate dei c. 25. 7. 26. q. 5.

HOMILIA TERTIA DE EVANgelio Dominicæ primæ in quadragesima.

DOminus noster Iesus Christus, collata ui regeneratiua aquis in baptismo, idq; adeo tactu suæ mundissimæ carnis, statim à spũ sancto ductus est

Augustin.

in desertum, ut tentaretur à diabolo, ut sic suo nos exemplo moneret, quantum nobis uixdum baptizatis insidiet diabolus, uestem innocentiæ quocunq; modo nobis detracturus. Venit itaq; diabolus ad Christum, dicens: Si filius dei es, dic ut lapides isti panes fiant. uerum Christus diabolicæ fraudis & astutiæ nõ ignarus, id quicquid erat tentationis, fortissimo sacræ scripturæ ariete retrusit, inquiens: Scriptũ est, quia non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit de ore dei. Hoc responso accepto, aliũ sibi diabolus cõminisci dolum cœpit, duxitq; illum adsumptum secum in ciuitatem sanctam, & statuit eum supra pinnaculum templi, dicens: Si filius dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim, Angelis suis mandauit de te, ut custodiãt te in omnibus uijs tuis. Ductus hic Christi ex deserto Iericho usque in ciuitatem sanctam, octodecim miliarium, non factꝰ utique est ex impotentia domini siue imbecillitate, inquit Hieronymus, sed de inimici superbia, qui uoluntatem saluatoris, necessitatẽ putabat.

Matth. 4. Deut. 8. Psalm. 90. Hieron. Josephus libro. 5. de bello Jud.

¶ Dicas autem: Quando tentationem hanc Lucas postremo siue tertio loco numerat, quomõ Matthæus hic eam secundam facit? Respõdetur hic, euangelistas nõ tam ordinem curasse quàm historiam. unde fit, inquit Augustinus, ut sæpe q̃d alius euangelista præponit, alius postponat, maxime secundum illas duas claues anticipatiõis & repetitiõis: quamuis hic quæ prima aut proxima ab illa fuerit tentatio, scire nõ possumus.

Augustin.

¶ Si tamen facta hæc cum tentatione Euæ contulerimus, consistit utiq; hic, quem Matthæus seruauit, ordo. Alij autem putant diabolum statim à deserto in mõtem duxisse Christum, neq; in ea re positum est quicquam, sicut & hoc ignoratur, an hæc omnia uno pluribus ue sint facta diebus. Et sic, cum ait euangelista, diabolum adsumpsisse Christum secum, dubium est, an ita corporaliter duxerit eum, ut etiam uelut innixum sibi gestârit, uel sic quòd Christus eum secutus sit tantum in uia, quod putat Chrysostomus. Quicquid autem id omne sit, constat utiq; exhibitam hic esse admirandam Christi patientiam, q̃ dedignatus non sit duci & adsumi à diabolo, tantum ex amore & adfectu illo erga genus humanum immenso.

Luce. 4 Matth. 4 Chrysost.

Nec est quod ex horrescas hic, quisquis es pius & syncerus Christianus, dum audis Christum à diabolo ductum esse. scimus enim quod iniquorum omnium caput est diabol⁹, & huius capitis membra sunt omnes iniqui. An non diaboli membrum fuit Pilatus? An non diaboli membra Iudæi persequentes, & milites crucifigentes Christū fuerūt? Quid ergo mirum, si se ab illo permisit in montem duci, qui se permisit à membris illius crucifigi? Non est ergo indignum redemptori nostro, q̄ tentari uoluit, qui uenerat occidi, inquit uere & eleganter Gregorius. Gregori⁹.

2. ¶ Innuit Euangelista diabolum adsumpsisse Christum secum in sanctam ciuitatē Ierusalem, sanctam scilicet illā, propter templum & cultū legis in eo seruari solitum, & quoniam sacramenta Iudæorum ibidem in usu erant, iuxta illud Isaiæ: Induere uestimētis gloriæ tuæ Ierusalem ciuitas sancta. & itez, Deserta facta est Ierusalē, desolata est domus sanctificationis nostræ & gloriæ nostræ, ubi laudauerunt te patres nostri, facta est in exustionem ignis. & de Ierusalem in oratione sua Daniel sic ait: Auertatur obsecro ira tua & furor tuus à ciuitate tua Ierusalem, & à monte sancto tuo. Quamuis nos Christiani rationem ualidiorem sanctitatis ipsius Ierusalem adferre possumus, quoniam ibi sanctissimus sanguis sancti sanctorum Christi Iesu effusus est, quoniam hic sacratissimū in crucis ara sacrificium consummatum est. Isaię. 52. & 64. Daniel. 9.

¶ Videant hic & confundantur neochristiani, quotq̄t temere affirmāt locos omnes iuxtà sanctos esse. Ecce em̄ hic peculiariter Ierusalem ciuitas sancta dicitur, sicut & à Matthæo in fine sui euangelij. Quod si illi testes certissimi adeo Ierusalem ciuitatem sanctam eo tantū dicunt, q̄ ibi templum fuerit, sacrificijs boum, uitulorz, ouium, columbarum, similæ & id genus alijs dicatū, quanto sanctiora nos templa nostra habebimus, in quibus sacratissimū Christi corpus & cōficitur, & die noctuq̄ adseruatur, ubi sanctorum reliquiæ habentur, ubi sacramenta (quæ quicquid habēt uirtutis, ex amarissima Christi passiōe & morte habent) fidelibus Christianis administrantur? Constituit itaq̄ diabolus Christum in summo templi pinnaculo, non ita q̄ in culmine eum statuerit templi, sed in am- Matth. 27

ambitu templi exitus quidam instar alarũ extabant, ibi
Theophy posuit eum, ex sententia quidem Theophylacti. Raban⁹
Rabanus tamen & alĩj quidam tectum templi intelligunt. siquidem
tecta in Palæstina & Iudæa, non in huiusmodi aciem fu
erunt erecta, sicut apud nos fieri solet: sed in summita-
te plana extiterunt, ita ut undiq; circumire licuerit, & cõ
uiuia in eis agitare, sicut Iudæi, quando legitur in Regũ
1. Reg. 9. historia, Samuelẽ & Saul in triclinio sedisse, exponũt mo
re suo in solario super tectum. Quicquid tamen hoc sit,
summitatem aliquam fuisse constat, in quam constitutus
à diabolo est dominus, atq; ab eodẽ tẽtatus, ut uanæ glo-
riolæ ambitione sese pręcipitaret. Sunt qui opinentur
fuisse hoc quiddam in parietibus templi instar cathedræ
erectum, unde quicquid operæprecium & necessarium e-
Glossa. rat, sacerdotes denunciabant. Ideo & Glossa quædam di-
cit, quòd in cathedra doctorum Christum tentârit diabo
lus, in qua multos iam ante deceperat. profecto enim mul
tos uana gloria ad præcipitium trahit, ut iam in prædica
toribus nostratibus experimur ipsi, qui prius fiunt magi
stri quàm efficiant discipuli.

¶ Dices autem, si hoc modo Christum diabolus in locũ
sublimẽ adduxit, ridiculum fuisse, in tam populosa ciui-
tate diabolum omnibus cõspicuum apparuisse, Christum
eò ducentem, & sic quo tandem modo in corpore consti-
tutum uidentibus omnibus statuerit supra templum. Re
Chrysost. spondet Chrysostomus dicens, quòd forsitan diabolus sic
eum adsumebat, ut ab omnibus uideretur: ipse autem ne
sciente diabolo inuisibiliter sic agebat, ut à nemine uide
retur. Præterea est hic nobis solicite obseruandum, quòd
Christus in ciuitate sancta ipsoq; adeo summo templi ca
cumine tentatur à diabolo, ut discceremus nullum locũ,
quantumlibet sanctum, nos à diaboli tentatiõe tueri, qn
in templo quoq;, in choro, in ipso sancto altari dei, non
cessat spiritus iste nequã tentare nos, q̃uis in locis sanctis
nõ ita fortiter, quin eius suggestiões impediãt in multis.

3. ¶ Dicit ergo ad Iesum, iam in pinnaculũ templi as
Matth. 4. sumptũ: Si filius dei es, mitte te deorsum. In omnibus (in
Hieron. quit Hieronymus) tentationibus hoc agit diabolus, ut in
telligat si filiꝰ dei sit, sed dñs sic responsionẽ tẽperat, ut eũ

relinquat ambiguum. Chrysostomus dicit: Quemadmodū serpens Euæ in paradiso persuasit, simulans eos quasi à deo deceptos, inquens, scit ille qm̄ si manducaueritis, eritis sicut dij &c. ita hic q̄q; diabolus ait, Si filius dei es, quasi diceret, frustra ille te in baptismo filium suum dixit, tā honesto titulo decepit te. Sin minus, eoq; admodū tu adhuc fidis, age uirtutis nominisq; huius specimen de te aliquod nobis præbe, mitte te deorsum. En hāc tibi uocem diaboli, qua iste semper omnes deorsum cadere desiderat. Maior utiq; fuerat diuinæ uirtutis comprobatio, si dixisset, Filiús ne es dei? age ascende in cælū. Vex infelix iste diabolus hoc mō in hoīs torquet cruciaturq; exaltatione, ut illi etiam inter tentandum suggerere nō possit ascensum in cælum, nihil magis optans quàm ruinā & lapsum hominum omnium, ut sic ipse eis dominaret. Chrysostomus hic quædam inducit, quō diabolus stultitiam ipse suam exhibuerit. ea nos breuitatis studio missa facimus. Tm̄ hoc obseruemus, q; suo more hic diabolus loquit, nil nisi de lapsu & ruina, sicut & ipse præceps decidit è cælo. aliter lōge nos Paulus adhortat ad superna: Ea quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in gloria dei sedens.

Chrysost.

Hieronym.

Chrysost.

4. ¶ Videns diabolus prima tentatione Christum scripturæ armis se defendisse, simili nunc exemplo ipse quoq; uideri se uelut simiam cupiens, prætextum suggestioni suæ quærit & fucum, adducitq; hunc Psalmi uersiculū: Angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus uijs suis. Quasi diceret, nihil tibi in hac re piculi est. angeli em̄ tui in manibus te ferent, ne qua uel pedem impingas. Multa hic diligēter pōderant doctores, præcipueq; Hieronymus hoc cōtra hæreticos adducit, q ut plurimū de allegatiōe euāgelij gloriāt, qñ etiā hic diabolus scriptura rum testimonio utens, nihilo plus apud Christum fauoris & gratiæ emeruit. 2. Deinde Christiani scripturis utunt ad ꝓuocationem opex & incitamenta uirtutū, diabolus aūt ad seducendū tm̄ & seminandos erroris: idq; ipm̄ postea mēbra illius faciūt, oēs hæretici, scripturis utētes nō ad hoīm ędificationē i moribus bonis & uita deo digna, sed ad fidei destructionē, ad honestatis oīsq; ordinatiōis bonę impedimētū ac euersionē. 3. Boni itidē cū scripturas

Psalm. 90.

Hieronym.

allegant, id faciunt iuxta sensum & intellectum illum uerum, quem etiam spiritus sanctus intendit, scientes utiq; secundum magisterium istud, quid literæ admant, quid addant. Hæretici uero scripturas inducunt pro somnio suo quisq; suo, in erroneo & corruptissimo sensu, ex arbitrio proprio flectẽtes, imò & laniantes scripturam sacrã, sicut & caput eorũ diabolus hic fecit. Cum enim Dauid dixisset, Angelis suis mandauit de te, diabolus intellexit de te, Christo capite nostro. Verum id praue & peruerse, quoniam Christus angelorũ & rex & dominus, nullũ habuit suo ministerio angelum deputatum. quapropter & Dauid illud dixerat de quolibet homine, de Christi membris, non de capite eorundem, quia membra illius homines omnes, suum quisq; habet angelum in custodiam sibi datum, quod de pueris etiam Christus testatur: Angeli eorum uident faciem patris mei qui est in cælis. Et hunc scripturæ sensum nos iam olim docuit Augustinus. Expẽdat catholicus, an nõ neochristiani similibus dolis & præstigijs torqueant sacras literas. 4. Sed & hoc in eadem re interest, quoniam Christiani scripturas totas citant & plane integras, nõ curtatas, sicut hæretici, cum quæ suæ causæ aduersant, reticent ultro, aut certe reijciunt omnino, si aperte nimis repugnet: sicut nũc Lutherus suiq; cõmercij hæretici reiecerunt Baruch, Machabæos, Tobiã, sancti Iacobi epistolam, alteram Petri, Iohannis utranq;, illam ad Hebræos, & totam Apocalypsim. Eadem hic uersutia diabolus quoq; usus est. Certe enim si, inquit Hieronymus, uere de saluatore scriptum nouerat, debuerat & *illud dicere* quod in eodem psalmo cõtra se sequitur, *Super aspidem & basiliscum ambulabis, & cõculcabis leonem & draconem.* Callide & astute nimis de angelorum auxilio, q̃si ad infirmum loquitur. de sua conculcatione, quasi tergiuersator, tacer.

Regula Ticonij.

Psalm. 90.

Augustin.

Hieron.

Psalm. 90

¶ Postremo sapientissimum Christi hic habemus responsum, dicẽtis: *Scriptum est, non tentabis dominũ deũ tuum.* Possent quidem hæc de Christo uerba intelligi, ueruntamen ne à communi sensu recedamus, *tentare deum* est experiri uelle seu quærere experimentum uirtutis & potentiæ diuinæ sine causa ineuitabili. Siquidem si quis

Deut. 5.

habeat uitandi periculi medium naturale, nō debet hoc omisso, uirtutem uelle experiri diuinam. Quod sane fundamentum est, quamobrem legibus cautum sit, candens gestare ferrum, monomachia item seu temerarius duorū in lucta congressus cur sit inhibitus. Vide igitur hic mihi & contemplare sapientiam dei patris Christum Iesum, quàm subtiliter respondet diabolo, adeo ut nequeat is ex responso quod quæsierat, colligere, sed neq; in eo quo tētabat illum, persuadere. Ait enim: Scriptum est, Non tentabis dcū tuū, q̄si dicturus, Quid hanc mihi suades ineptā stoliditatem, de templo me ut dem præcipitem? An non paratus est mihi gradibus descensus opportunus? Odit deus eos qui tentant ipsum, unde & Paulus inquit, Non tentemus Christum, sicut quidam eorum tentauerunt, & à serpentibus perierunt. Verum sane hoc est, si deus exigat à quopiam uolens hoc modo miraculum habere, tenetur ille id facere. Vnde & reprehēdit & peccauit Achaz, qui dicenti iubēti q̄ per prophetam domino, ut peteret signū, inepte respondit: Non petam neq; tentabo dominū. Peccauit ille, dum uolenti restitit deo. aliās firma manet regula Sapientis, Ne simus ex ijs qui tentant deum. Hieronymus quoq; non frustra factū esse affirmat, quòd Christus ad triplicem hanc diaboli tentationē declinandam, usus sit testimonio sacrarum literarū ex Deuteronomio, qui quamuis liber sit Moysi, nomen tamen tantundem significat ac lex secunda. Testimonia igitur hic Christus necessaria de Deuteronomio tantum protulit, ut secundę legis sacramenta monstraret. Et hoc modo Christus tela diaboli scuto scripturæ sacræ infregit, ipsum q̄ diabolū superauit. Vos iam deum orate, ut & nobis gratiam suā conferre dignetur, quatenus malignas diaboli tentationes uincere possimus: & maxime mortis tempore uictoriam & triumphum aduersus illum nobis confer domine Iesu Christe per nomen tuum sanctissimū, qui uiuis & regnas cum deo patre in unitate spiritus sancti deus per secula, Amen.

Tentare deum q̄d sit.

ex. de purga. vulg.

1. Cori. 10.

Isaię. 7.

Eccl. 18. Hieron.

HOMILIA QVARTA dominicæ, Inuocauit.

EVangeliũ hoc Matthæi, ecclesia nobis in hunc diẽ dominicũ, ꝓponit duplici de causa: primũ, ut hoc quadragesimale ieiunium ab ipsis apostolorum tẽporibus in hæc usq; secula deriuatũ obedienter seruem⁹, quando Christus etiam quadraginta dies ieiunare uoluit non sua utiq; causa, quoniam ieiunio non indigebat, sed nobis tantum in exemplum iuxta illam sancti Gregorij regulam: Omnis Christi actio, nostra est instructio. Deinde quoq;, ut quandoquidem toto hactenus anno sæpenumero uicti, ꝓhdolor sumus & superati à diabolo, uel nũc tandem nos quoq; Christi uideamus exemplũ triumphatoris, eoq; moueamur. fortiter enim ille primum diaboli insultum gulæ, in suum ipsius caput retrusit. neq; paulo ualidius secundario eum in ambitione se tentantẽ repulit, telisq; sacræ scripturę abegit. De tertia tentatione iam quæ in auaritia facta est, Euangelium sic habet: Iterũ adsumpsit eũ diabolus in montem excelsum ualde, & ostendit ei omnia regna mundi & gloriam eorum. Tertiũ hoc est rete, quod domino tendit diabolus, hincinde cursitãs, instar eius qui ademptis sibi iam armis quibusdã, ad alia properat. Vnde doctores sancti regulã colligunt huiusmodi, quòd diabolus si quando hominem quempiam in peccato aliquo tentat, superatus ab eodem in illo, non amplius ipsum tẽtat in eo, sed aliud peccati genus adgreditur. prostratus ecce hic diabolus in gulæ & ambitionis conflictu, Christum abducit in montem excelsum ualde. Eum doctores quidam fuisse illum dicunt, qui inter Ierusalem & Iericho positus erat, ubi iam antea in deserto Christum lapidum conuersione diabolus tentauerat, qui ibidem sæpius malitiæ & scelerũ suorum ministros strenuos habuerat latrones & prædones. Nec desunt qui opinentur montem hunc idcirco appellatum fuisse domini, id est, sanguinis, eò illum ubi primum adduxit, ostendit ei omnia regna, non ꝙ potestatem dederit illi diabolus in tantam mundi latitudinem aspiciendi, ut sic corporeis oculis proprie omnia mundi regna aspexisset: sed quia situm eorum ostendit illi, uelut inquiens, hic imperium Romanorum positũ est, illic Aegyptus, isthic Persia sita est &c̃, horum omnium gloriam, potentiam & maiesta-

Gregorius

Matth. 4.

Chrysost.

rem ei recenſebat. Vbi quiſq; ſibi proſpiciat ſedulo, ne huiuſmodi montem malum ſuperbiæ creſcere ſinat in pectore ſuo, unde latiſſime circunquaq; proſpiciat, quomodo honores acquirat. Mons hic nimirum ille eſt, de quo Ieremias ait: Ecce ego ad te mons peſtifer, dicit dominꝰ, qui corrumpis uniuerſam terram. In montem itaq; diabolus duxit dominum, an aliquo modo ad ruinã ipſum adducere poſſet, quõ & ipſe iam ante de cælo ceciderat. Ieremi. 51

2. ¶ Sed iam ſuperbiam dæmonis & arrogantem auditæ gloriæ captationem. ait enim: Hæc omnia dabo tibi. In tribus hic iterum diabolus falſus eſt. 1. Primo, quòd offert ſe omnia hæc, quæ iam Chriſto oſtenderat, ipſi quoq; daturum, ueluti ſe rerum omnium & creatorem ſimulans & poſſeſſorem. quia enim iam in patrem peccauerat nequiſſimus ille, omnia quæ illius ſunt, ſua eſſe dicendo, ſeq; eorum dominum ſacrilege profitẽdo, quaſi cunctorum eſſet creator. Quam diaboli arrogantiam ſequaces illius imitati ſunt Manichæi, ex hoc loco probare conati, diabolum uiſibilem hunc mundum creaſſe. O cæcitatẽ, ò ſtuporem, ò ueſaniam hominum, uerbis diaboli tantũ adprobare uolentium, cuius mendacia poterant utiq; uidere apud Iohannem à Chriſto retecta. Hæc iſta fuit in deum patrem blaſphemia, dum diabolꝰ plurimum ex ijs quorum nihil omnino ſuum erat, ſe Chriſto daturum promiſit. domini etenim, ut inquit Dauid, eſt terra & plenitudo eius. Verum arrogans & ſuperbus iſte, ait Hieronymus, etiam hoc de iactantia loquitur, non quòd in toto mundo habeat poteſtatem diabolus, aut poſſit omnia regna dare, cum ſciamus pleroſque ſanctos uiros à deo reges factos. 2. Deinde metas exceſſit diabolus, dum à Chriſto petit, ut procidens ſe adoret, omnem in hoc honorem adimens domino, cui nomen datum eſt ſuper omne nomen, ut in nomine Ieſu omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium & infernorum. Quod & multis retro ſeculis typice figuratum erat in Ioſeph, cui per ſomnium incidit, ſe in agro cum cæteris fratribus ſuis manipulos ligare & colligere, ſuum uero manipulum erectum in altum ſtare, cæteroſque fratrum manipulos ſuum illum procidendo adorare. Vidit illeetiam deinceps

Chryſoſt. Iohan. 8. Hieron. Philip. 3. Gene. 37

ſolem, lunam, & undecim ſtellas ſe adorare. 3. Poſtremo adorari ſe à Chriſto petijt diabolus, iterum hic ueteri ſua ſuperbia adſumpta, qua iam olim etiam deo uoluit æquari, iuxta illud Iſaiæ: Quomodo cecidiſti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris? corruiſti in terram, qui uulnerabas gentes, qui dicebas in corde tuo: In cælum cõſcendam. ſupra aſtra dei exaltabo ſolium meum. ſedebo in mõte teſtamenti in lateribus Aquilonis. aſcendam ſuper altitudinem nubium. ſimilis ero altiſſimo. Hæc iſta diaboli maledicta ſuperbia eſt, quam ſemel etiam contra deum ſuſceptam non deſerit ille: qui & idololatriæ quicquid uſquã fuit in mundo, ideo tantum induxit, ut ſeſe in ſimulacris occultans pro deo ingereret. Hoc inani faſtu hic quoque ducebatur, dum adorari ſe à domino peteret. neq; id ſimpliciter, ait enim: ſi procidens adoraueris me. quia quiſq; diabolum adorat, ante corruat neceſſe eſt ruina horrẽda utiq; & caſu nimium præcipiti. qua in re iſtum etiam nũ hodie malefici, incãtatores, ſagæ & ueneficæ imitantur, quoniam quodcunq; ante incantationes ſuas ſub pietatis titulo præmittunt, impietas mera eſt & cultꝰ diaboli: nec quicquam iuuat, etiamſi multum boni intermiſcere ſibi uideantur, tantum in cõtumeliam & (ut uere dicam) blaſphemiam dei: ut ſi radicibus utantur, quæ ante ſolis ortum, manè primo diluculo, in ſilentio ſint effoſſæ, ac deinde altari ſacro ſuppoſitæ, ut ſic ſuper ijs triginta miſſæ ſint perlectæ, & alia huiuſmodi. Omne hoc quicquid eſt, diaboli tantum commentum eſt, qui diem ſoli deo dicatum, ſibi in effodiẽdo adrogat. Et ſicut monachi *ante* lucem ſurgunt, conuenientes ad laudandum deum, *ita* iſti prima quoq; luce ſeruire & operari incipiunt diabolo, ſilentium quoq; ſeruantes nõ ſecus ac ij, qui in cœnobijs ex lege & præſcripto regulæ ſuæ tacent. Horret animus cogitare, lingua etiam metuit effari, q̃ ſacrificium miſſæ in ſalutem credentium inſtitutum, iſti in profanos, *imò* impios & diabolicos uſus, heu ſcelerate nimis, conuertunt. Neq; hic impietatis iſtius modus eſt, quin ijs quoq; qui eò amentiæ nondum peruenerunt omnino, aliquid manet ex idololatria tanta reliquiarum. adorant enim & ipſi ad huc dæmonem, alij quidem expreſſe, manifeſtum & for-

Iſaiæ. 14

te cum eo pactum pangentes, animam quoq; suam ei de spondere non reueriti. Alij uero tacitum tantum seu implicitum pactum contraxerunt, adimplentes & facientes ea quæ constituit diabolus contra honorem dei, & supra communem naturæ uiam. Quia non raro per circunstantias quasdam uelut ambages seu diuerticula uiarum, animos simplicium allicit & capit diabolus, donec in suam uiam pertrahat.

3. ¶ Nunc demum in hac tertia tentatione à se diabolum abigit Christus. ad priores siquidem duas mansuetꝰ adhuc respondit: uerũ ubi primũ diuinos sibi honores arrogare cœpit, q̃si dñs & creator esset totius mũdi, ꝓmittẽs in hoc Christo oĩa regna, ut eũ facilius ꝓtraheret ad adorandũ se, iã nõ amplꝰ passus est, nec plura sustinuit quin potius illum à se abegit, dicens: Vade sathana, hoc est, aduersator, nomine sane proprio, & q̃d ei sit peculiare: quoniam semper contrarius ille deo uel leuiter saltem ꝓmittenti aduersatur, & honori diuino, aduersarius ille totiꝰ honestatis omniumq; adeo hominum salutis. Videndum autem, inquit Chrysostomus, hic nobis, quia Christus cũ passus fuisset tentationis iniuriam à diabolo, non est turbatus, neq; diabolum increpauit: nunc autem quando diabolus usurpauit sibi dei honorem, exasperatus est, & repulit eum: ut nos illius exemplo discamus, nostras quidẽ iniurias magnanimiter sustinere, dei autem iniurias neq; usq; ad auditum sufferre. Eodem modo quamuis patientẽ quemlibet esse addecet in cõtumelijs propriis, attamẽ patientem neminẽ esse oportet in ijs, quæ ad honorem dei pertinent. Quo exemplo pius ille Mardochæus gloriam dei nullo modo dare uoluit homini Aman, uel uitæ & salutis suæ periculo. Quàm grauiter porro nunc in deũ peccant nostri seculi magistratus, surda aure prætereuntes quasuis etiã blasphemias deo illatas, sanctis quoq; illius & sacratissimis sacramẽtis: q̃ plane non percipiunt corde iniurias dei, dummodo census, tributa, & id genus aliæ exactiones sibi non decedant? Neq; interim desunt qui obganniant, Si quis quid delinquit & peccat, feret infortunium & malum condignum. Hoc modo ipsi sibi fucum quærunt, & propriæ malitiæ prætextum, instar Adam

Chrysost.

Hest. 13.

& Euæ, perizomata sibi ex foliis ficulnis contexentium. Non sic autem, non sic. an nescis quid ores quotidie? Sanctificetur nomen tuum. Aut quæ hæc tua futura oratio est, dum audis Christum indies in sacramentis suis dehonestari, nec tu quicquam, cum queas & debeas, aut obstas aut impedis? Quàm uero præproperi sunt, qui magistratu funguntur, ad puniendos qui honorem illis non habuerint, qui quamuis leue commodum neglexerint, qui officio satis non fecerint, qui utilitatem in omnibus procurârint? statim utique tunc clamabitur, Ita ne deceat hęc nobis occupari? ita maiestatem principis lædere liceat impune? Iste nos adeo calumnietur? Ah non dabitur? Hoc modo quicunque faciunt, quamuis ore quidem orent, Sanctificetur nomen tuum, corde tamen & opere

Matth. 6 orant, Sanctificetur nomen meum. Quod nonne malum maximum est? non peruersa & pessima ordinatio, quēquam hominem malle nominis sui sanctificationem & honorem quàm diuini? Inuenias sane in prouincijs & oppidis magistratus, quorum insignia tantum si quis cœno aspersisset, protinus carnificem & lictores habiturus esset comites. Verum si quis sanctam crucifixi aut uirginis matris imaginem, non luto tantum aspergat, sed & confringat aut exurat totam more Turcico, adridebunt etiam magistratus, si modo non laudabunt. Væh tibi dæmon maledicte, adeóne tibi liceat dominari in mundo? Sanctus Hieronymus hic declarat, quàm differenter Christus Petrum, & hic diabolum corripuer t. Petro enim ad sumenti CHRISTVM, & increpanti illum atque dicenti,

Matth. 16 Absit à te domine, non erit hoc tibi, respondit ille: Vade post me sathana, scandalum es mihi, quia non sapis ea quæ dei sunt, sed ea quæ hominum. Verum hic non ait diabolo, Vade post me, sed, abi sathana. quasi dicturus, Abi in ignem æternum, qui paratus est tibi & angelis tuis. Tamen de illis uerbis CHRISTI dic, ut in primatu Petri diximus.

L. 1. c. 14.

4. ¶ Iam scripturæ adfert Christus contra sathanam testimonium: Quoniam scriptum est, Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Deus solus honore uult adorari latriæ, quem illi exhibemus tanquam rerum omnium cō-

ditori & summo bono. unde & de se dicit per prophetam, Ego dominus, hoc est nomen meum, Gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculptilibus. unde & in ueteri testamento lapidibus obrui præcepit eos, qui deos uellent adorare alienos uel stellas cæli. Summum enim illum honorem soli deberi deo, tota undique plenissima est scriptura, estq; idem in prima statim lege Moysi fundatum. quapropter Dauid dicit: Ipse est dominus deus tuus, & adorabunt eum. Et in Deuteronomio habetur: Audi Israel, dominus deus tuus, deus unus est. Non tamen sic sunt hæc Christi uerba intelligenda, quasi præcipere uoluerit diabolo, ut adoraret deum. neq; ẽm id facit, cum semper & perpetuo obduratus permanebit in calumnia & blasphemia dei; sed ita, quia iam diabolus ipm purum hominem tantum credebat, adorari insuper cupiens ab eo, ideo ostendit & declarat hominibus præceptum esse, nõ diabolum, sed deum solum adorare. Isaiæ. 42. Deut. 17. Exodi. 20. Psal. 44.

¶ Nescio quid non hic neochristiani deblaterent super ueneratione sanctorum, insimulantes nos uelut idololatras, & deorum plurimorum cultores. De qua materia aliâs differemus, nunc perstringere tantum est animus quædam pauciss imis. Nos sane fatemur omnes, unum tantum esse deum, conditorem cæli & terræ, eúmque solum adorandum summo illo honore & cultu latriæ. Testatur id Augustinus, inquiens nos in latino idiomate nullum habere uocabulum, quo uno honorem exprimamus diuinum. hinc in usum uenit uox illa Græca λατρεία, qua semper intelligendus uenit summus ille cultus soli deo debitus. Verum per hæc neque honor nec seruitus adimitur, siue obseruario parentum, magistratuum, sanctorum omnium, quorum ueneration em Dauid in spiritu præuidisse uidetur, cum caneret illud: Nimis honorati sunt amici tui deus, nimis confortatus est principatus eorum. Quando itaque debitum è nobis tum sanctorum tum parentum nostrorum honorẽ exigit deus. pudeat te hõ insanissime uelle reuerentiã & honorẽ adimere sanctoꝝ, ꝙs qñ deus ipse honorat in æternum, ꝙd piaculũ erit, te pulusculũ terræ (quantulũ tamẽ) eos dehonestare? Vis autẽ Augustin. de ciuitate dei. Exodi. 20. Roma. 10. Psalm. 44.

scire quoniã deus suos honorat in cęlo? En ipsa tibi Chri
Johan.12. sti uerba: Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eũ pa-
ter meus qui est in cælis. Audi hæc impie & maledice, de-
us pater honorificat sanctos suos in cælis, ipsosq; adeo
Christi filiũ sui ministros magno dignatur honore. Et tu
belua ipsos honorare recusas? Dicis autem solum adoran
dum esse deum, illi seruiendum soli. Non sane imus infici
as, sed modo ante prædicto: quoniam adorandus est deus
solus, ut summum bonum. quo non obstante, adorare ta
men possumus etiam sanctos, sed ut amicos dei tantum,
non eo quo deum colimus honore, sed huiusmodi qua-
dam adoratiõe, quæ aliud nil sit quàm inuocatio pro in-
tercessione, quàm honor quidam & illius reuerentiæ ex-
hibitio, quo utique post deum proxime digni sunt sancti
omnes. Hęc iam sufficiant, plura super hac eadem re aliâs
dicem⁹. Nunc progrediamur.

5. ¶ Ad extremum, cum iam Christus diabolum con
fusum fortiter adeo à se abegisset, sequitur, quoniam di-
misit eum, utique ob immensam illam efficaciam uerbo-
rum Christi, Abi sathana, autore Chrysostomo. An autẽ
Chrysost. omnino dimiserit eum, sunt ex doctoribus, qui putant q
deseruerit usque passionis tempus solummodo: & tunc
reuersum esse eum tentaturum, si quomodo in desperati-
onis laqueos adduceret Christum, qua de re infra in pas-
sione. Sunt aliĩ, qui opinantur Christum hoc tam ualido
uerborum suorum uelut impetu, ipsum deiecisse, deturbas
seq; ad inferos, & ibidem eum constrinxisse catenis usq;
ad tempora Antichristi. Ita enim Iohãnes ait: Et uidi an
Apo. 20. gelum (angelum autem magni consiliĩ Christum Isaias
quoq; appellat) descendentem de cælo, habentem clauẽ
Isaię. 9. abyssi, & catenam magnam in manu sua. Et apprehendit
draconem serpentem antiquum, qui est diabolus & satha
nas, & ligauit eum per annos mille, & misit eum in abys-
sum, & clausit, & signauit super illum, ut non seducat am
plius gentes, donec consummentẽ mille anni, & post hoc
oportet illum solui modico tempore. Per istos mille an-
nos tempus euangeliĩ intelligendum est: quod infelici
hoc nostro seculo, quisquis uere expendit, agnoscit utiq;
furorem Luciferi, illumq; catenas iam suas mouere & so-

lutionī se parare sentit.

¶ Abeunte diabolo, ecce aduenīunt angeli, non illi q- Chrysost.
dem nunc demum descendentes de cælo: quia semper ad
ministerium domini, inquit Chrisostomus, erāt in ter-
ris: sed tunc præcipiente domino recesserant ab eo, ut lo-
cus diabolo aduersus Christum daretur, ne forte uidens
angelos circa eum, non appropinquaret ad eum. Tenta-
tione itaq; peracta, redeūt angeli ad ministerium solitū:
qua re tamen illi exhibitum, textus non indicat: an eti-
am ministrauerint ei ad curationem infirmorum, an ad
emendationem correptionemq; animarū, an uero ad im
mundorum spirituum eiectionem: quoniam huiusmodi
quædam solet deus per angelorum ministeria facere, iu- Hebræo. 1.
xta illud Pauli: Omnes sunt administratorij spiritus, in
ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capient
salutis. Quicquid tamen id sit, constat utiq; angelos Chri
sto ministrasse, non ex necessitate, quasi illorum opera
opus ei fuisset, sed tantum quia hoc illi exhibuerūt in ho
norem & reuerentiam. Necq; id nunc maxime immerito.
decebat enim ut post conflictum domini aduenientes ser-
ui eius, illi tanquam triumphāti ex uictoria ministrarēt,
qui quod hic Christo fecerunt ad honorem, quotidie ad-
huc nobis faciunt in necessitatem, etiam non sentientib⁹
illud, sicut in die sancti Michaelis dicemus. Nunc coniun
ctis omnes precibus oremus deum pro &c̄.

HOMILIA QVINTA
super Euangelium Matth. 4.
Dominicæ Inuocauit.

QVando omnis nostra uita militia est super terrā, Iob. 7.
omnes nos uiriliter & fortiter in agone certare
debemus, ut tandem cum Paulo mercedem con-
sequamur felicitatis æternæ. Maioris enim certamus quā 2. Tim. 4.
pro corona, uerbere aut uulnere, quod athletæ solent,
uita nobis æterna proposita est, pro hac certamus oms.
huiusmodi agonista fuit Paulus, cuius utinam illud uer-
bum à nobis aliquando omnibus dici possit, Bonum cer-
tamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui, de cæ
tero reposita est mihi corona iustitiæ. Hoc illud precio-

sum est & nobile κοιμήλιον, pro quo adsequendo uno cur su contendimus omnes. Et quis fortiter decertare & pugnare nos deceat quotidie contra uitia & peccata, tamen omnium maxime hoc quadragesimali ieiuniorum tem-
2. Corin. 6 pore idem nos facere addecet, iuxta illud Pauli: Adiuuantes uos exhortamur, ne in uacuũ gratiam dei recipiatis.
Isaiæ. 49. Ait enim: Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Et infra: In omnibus exhibeamus nos sicut dei ministros, in multa patientia, in ieiunijs, in charitate non ficta. Hoc modo sancta ieiuniorum transigenda sunt tempora, non in peccatis, sceleribus, omni leuitate, crapula & ebrietate, quod solent neochristiani facere. longe eñ alia sunt illa Pauli ieiunia, quã uel Lutheri uel Zuinglij. Ad hunc nostrum agonem, quem subire debemus, ecclesia nobis iam hodie ueluti certaminis principem proponit Christũ, exemplíq; loco ob oculos subijcit. ille enim ut cum hoste communi omnium nostrum diabolo decertauit fortiter, ita eundẽ potenter superauit. unde & sequi eum in hoc agone debemus, qui nobis certantibus etiam spectator adest, de cælo respiciens & considerans, quales simus in certamine, ut sic uincenti coronam det meritã. Quid q̃ auxiliares quoq; & adiutrices manus nobis ille porrigit certantibus, gratiamq; ex ipso petẽtibus tantũ? Hinc itaq; sumpta occasione, disserere hoc loco libet de tẽtatione, quando ea sit peccatum, & præcipue de tentatione Christi, quomodo tentationibus nostris respondeat.

1. ¶ Et principio quidem Christum in tribus tentatũ esse cõstat à diabolo, gula, superbia, & auaritia: ijsdẽ nos
1. Iohan. 2 quoque tentat, iuxta illud Iohãnis: Omne quod est in mũdo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorũ, & superbia uitæ. Hæc tria uitia, uelut retia, extendit diabolus per uniuersum mundum: ut qui retia gulæ effugerit, in plagas incidat auaritiæ: qui uitârit utrunq;, tamen illaqueet superbia. Singula hæc uitia adhuc laqueos plu-
S. Anton rimos habent, quos cum uideret sanctus Antonius in spiritu. dixit: Ecquis effugere poterit tot funes & laqueos? Et audita est uox de cælo, dicens: Humilitas. Aliud autem
Isaiæ. 24. ex alio rete tendere diabolum testatur Isaias, cum ait: Et

erit qui fugerit à facie formidinis, cadet in foueã: & qui se explicauerit de fouea, tenebitur laqueo. His autem resistere fortiter debemus, gulæ quidem & crapulæ per abstinentiam & ieiunium, superbiæ uero per orationes, & auaritiæ per eleemosynas. In ijs nanq; singulis exemplũ nobis suum proposuit Christus: ieiuniũ quidem, sicut in hoc euangelio cõmemoratur: orationis aũt, ut Lucas refert, ipsum in montem abijsse oratũ, adeoq; in orationibus pernoctasse: eleemosynę quoq;, qm̃ in hoc Iudam habebat loculis præfectum, qui quicquid haberet reliquũ seu superfluum, pauperibus erogaret. Quapropter diligẽter adeo ubiq; eleemosynam nobis cõmendauit. Hic autem tentationum istarum insultus sacræ scripturæ telis cohibuit, ostẽdens uel solas literas sacras efficaces satis esse ad quasuis arcendas tentationes. Nunc in genere materiã tentationis adgrediamur. Matth. 4 Lucę. 6. Lucę. 18. Marc. 10.

¶ Modum de tẽtatione loquendi geminũ inuenio. Primum em̃ tentare (in scripturis) est periculũ in hoie aliq̃ facere, q̃lis sit. sic deus hominẽ quoq; tentat, sicut tentauit Abraam an immolaturus esset filium suũ Isaac. Eodẽ q̃q; modo dixit Moyses: Tentat uos dñs deus uester. Ita & Sapiens de sanctis: Deus, inquit, tentauit eos, & inuenit eos dignos se. Sic Iohannes q̃q; de Christo loquit̃, dicente ad apostolos: Vnde ememus panes, ut manducent ij? & hoc dixit tentans eos. Id genus tentationis à deo fit in bonũ, non eo tamen, ut hinc ille aliquid discat omniscius ipse, sicut & omnipotens: sed hoc modo per tentationẽ suam facit deus opus aliquod bonũ, cæteris quoq; innotescere. Nisi em̃ tentasset Abraam, ei⁹ fidem tantam totus adhuc mundus ignoraret: obedientiã quoq; illius, quã nunc nõ sine stupore admiramur, omnes nesciremus. Verum eiusmodi tentationẽ nõ est quod metuat quisq̃, cũ & bona sit & utilis. & hoc modo quicquid tentat deus, tanq̃ dignum adprobat, idq; in bonis tantum & amicis suis. Genes. 22. Deut. 13. Sapi. 3. Johan. 6

¶ Alterum genus tentationis est, quo homo ad peccãdum prouocatur, quomodo tres sunt qui nos tentant, diabolus, caro, & mundus. neminem aũt hoc pacto tentat deus, quãdo neminẽ ad peccandum prouocat, uel Iacobo testante: Nemo cum tentatur, dicat quoniam à deo tẽtor. Iacobi. 1.

deus enim intentator malorum est. Tentatio hæc quia pe
Matth. 6 riculo non caret, ideo super ea orare iubemur à domino,
Et ne nos inducas in tentationem. Diabolus nanq; quam
uis ad omne peccati genus nos prouocet, præcipue tamẽ
ad peccata spiritus, cuiusmodi sunt, superbia, inuidia, odi
um, hæresis, desperatio, blasphemia. Caro ad cibũ & po-
tum, ad luxuriam nos inuitat & ignauiam: mundus ad la
sciuiam omnem & proteruiam, ad choreas aspirat nosq;
incitat, ad magnificẽtiam quoq; & honores. Duo hæc in-
citamenta seu tentationes geminæ, radicem & originẽ
1. Thess. 3. trahunt à diabolo, qui ideo etiam proprie tentator dicit
à Paulo quoq; cũ ait: Ne forte tentauerit uos is qui tentat,
& inanis fiat labor noster.

2. ¶ Gratiam hanc nobis contulit, q̃ tentari nos nõ
sinit pro uoto & arbitrio diaboli: q̃d si fieret, quàm pau-
Iob. 41. ci obsecro illi resistere possent, si pro tota facultate sua si
neret à deo & angelis nos tentare? Vnde colligit, tentati-
onem carnis & acerbiorem esse grauioremq;, & illi diffi
Sapi. 9. cilius resisti posse: quoniam corpus quod corrumpit, ag-
grauat animam. Sunt autem istæ reliquiæ adhuc ex Adæ
pctõ residuæ, adhuc reliquus est pristinus iste fomes pec-
cati. Est itaq; tentatio carnis ista, quando adfectio quæ-
dam in anima nostra exoritur à carne, siue ad luxuriam,
siue ebrietatem, gulam, acediam & similia.

¶ Hinc sequitur, aliud esse tentationem & aliud peccа-
tum: quoniam tentatio plerunq; & naturaliter & præ-
ter uolũtatem nostram nobis occurrit, peccatũ uero sine
Augustin. consensu nostro (ut inquit Augustinus) non est, quoniã
peccatum adeo est uoluntarium, ut si uoluntariũ nõ est,
peccatum quoq; non sit. Obseruent hoc qui pusillanimes
sunt, qui plerunq; exhorrescunt super primo statim mo-
tu aduerso, & surrepente cogitatione statim paueſcunt,
dum eoꝝ conscientias, ubi etiam peccatum nullum est,
grauiter onerat diabolus. Non sic sane fieri oportet, ne-
q; adeo id decet. quin potius quisquis es, qui uere Christia
ni nomine gaudes & titulo, sine ut adueniãt tibi tentatio
nes & suggestiones malę, dummodo locũ tu illis ne præ-
beas, ne tibi in ijs cõplaceas, sed quantũ potes, & exclude,
& ad solidã illã petrã Christũ allide, iuxta illud Psalmi:

Beatus qui tenebit & allidet paruulos suos ad petrã. Qui autem alij sunt paruuli isti, nisi primi cogitationum motus, qui ne magni fiant, summa cura cuiq; prouidendum est. id autem fit, si uel consentias, uel tibi in illis bene cõplaceas. Id adeo sanctus Iacobus quoq; docuit, dicẽs: Vnusquisq; tentatur à cõcupiscentia sua abstractus & illectus: deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum: peccatum uero cum consummatum fuerit, generat mortem. Hic mihi gradus illos obserua: Primum enim statim sua quenq; tentat carnalis cõcupiscentia, quæ ubi concepit, ueluti grauida ex cõsensu & uoluntate parit peccatũ: ad opus autem cum iam deuenit peccatum, fit manifeste mortale. Nõ est itaq; quod cogitationes malas metuas, muscas Aegyptiacas, tantum consensum uide ut effugias. ex primo cogitationis impetu non est quod uereare peccatũ, quoniam motus isti primo primi, in arbitrij nostri libertate nõ consistunt: sed neque fieri potest, inquit Augustinus, quin uisis tãgamur. Huiusmodi quidã stimulus datus est Paulo, qui eo tentatus est tam grauiter quidem, sed tamen non peccauit. orauit etiam deum, sed nihil aliud audiuit, nisi istud, *Sufficit tibi gratia mea*. Ne horreas ergo tentationem, tantum ne consentias. quando autem confitendæ sint tentatiões, & quando nõ, mox dicturi sumus.

Psalm. 136. Iacobi. 1. Augustin. 2. Cozin. 12.

3. ¶ Obseruandum hic quoq; uenit, tentationem'qnq; modis roborari firmariq;. 1. *Si* eam uelut contẽnas, nec diligentius attendas. tunc enim facilime receptis uiribus euincit, quapropter prudenter monuit Sapiens: Omni custodia serua cor tuum. 2. *Si* illi inualide parumq; serio resistas. unde & Gregorius dicit: Quãdo diabolo fortiter resistit in tentatione, efficit ut formica: sed si parum ei cesserimus, efficit ut leo. 3. *Si* quis paulo diutius cogitationi semel conceptæ immoret. tunc em fit, ut confirmata ꝙq; tentatione, periculosum plane sit diu insistere, quando talis cogitatio semel cõcepta, quamuis peccatũ nõ fit, diutius tamen in animo retenta & quibusdam ueluti fomentis nutrita, necdum tamen siue cõsensui siue operi destinata, succrescẽte sic paulatim concupiscentiæ ardore, exardescenteq; uoluptate, tandem uertit in pec-

Prouer. 4. Gregor⁹.

Proue.15. catum, teste etiam Sapiente: Abominatio domini, cogitationes malæ.

4. ¶ Nondum enata uoluptate, neq; concupiscentia beneplacita exardescente, si tu tamen temet obseruans, diutius cogitationi insistas, nec eam subinde excludas, ægre sine pcto euades. quid em aliud facis, quàm te ipum periculis exponendo, quod aues faciunt tantisper circum retia & plagas uolitando, dum capiantur? unde euenit
Eccl.3. illi quod de similibus dicit Sapiens: Qui amat periculum, peribit in illo.

5. ¶ Et ultimo, Si quis à cogitatione mala sæpius uincatur, cum eo fortiter permanet diabolus. ideoq; quisq; nõ diligenter sibi cauet, facile locum præbens cogitationibus huiusmodi, peccat utiq;, dum mõ se nôrit ipse, mores q; suos perspectos habeat: quia quicunq; se exponit periculo pcti mortalis, peccat mortaliter, iuxta theoricam patrum. Ex iis omnibus colligere facilimum est, quando cogitationes huiusmodi malæ pctã sint, ac proinde confitendæ, & quando non. Quandocunq; enim quis ultro se tentationi offert, uel ad mulieres forma præcellentes ingrediundo, uel ad choreas & conuiuia eundo, ubi sciat se in concupiscentia mala exarsurum, similiter & si quis nôrit ludendo importunum se fieri, nimis q; præcipitem, nec tamen abstineat, huiusmodi omnes confiteri tenent, quomodo ipsi peccandi sibi dederint occasionem. Rectius
Iob.31. aliquanto Iob, Pepigi, inquit, fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de uirgine. Simile de cæteris quoq; pctõrum circunstantiis esto iudicium. Verum quicunque tam deprauatæ sunt (inquit Augustinus) uoluntatis, qui tentationem, non expectantes dum ueniat, præueniunt, animo peccant obstinato & mera quadam malitia, ut deliri senes ad amorem iuuenilem conuersi, cum iam nullam carnis etiam titillationem sentiunt, ipsi se prouocãt, nihil non cogitantes donec uel ex malitia peccent indurati. Notabile est etenim, quòd triplici motu peccare qs potest. interdum ex nimia tentatione, aliâs ex imprudentia & ignorantia, nonnunq; sciens aliquis & uolens absq; omi tẽtatione ex sola malitia peccat: qui gradus ut summus, ita omnium pessimus est. Sed hæc aliâs.

6. ¶ Quilibet in se ipso experitur, quibus modis per omnem uitam tentetur, mundo etiam & carne interdum conquiescentibus. Diabolus enim (ut ait Bernardus) ex Bernard. propositio perpetuus est inimicus noster, nec unquã cessat, quin nobis quoq; non sentientibus, tum ille nos perdere maxime cupit, ex isto natiuo odio, quod iam olim in paradiso deus inter mulierem cõstituit & serpentem, ac semen utriusq;. Quid multa? uidit, ut testat etiam Bernardus, & inuidit: uidit hoiem in locũ suũ uenturũ cæles- Gene. 3. tem, & deinceps capitaliter totum hactenus exosum habet genus humanum, quod & Sapiens intellexisse uidet, Bernar. cũ ait: Deus creauit hominem inexterminabilẽ, & ad imaginem similitudinis suę fecit illum. Inuidia autem diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Sapien. 2

¶ Verum cur adeo grauiter nos deus tentationibus immergi, tantumq; continue suffocari sinat, cum plurimas sancti patres referant causas, tum uero hæ non oĩno postremæ sunt.

1. ¶ Vt saltem hac tentationis amaritudine discamus cõtemnere mundum. Ita & Gregorius: Mundus, inquit, Gregor⁹. dum tot amaritudinibus cruciat, dum tot calamitates ingeminat, quid aliud, nisi ut nõ amet clamat? Mala em quæ nos hic premunt, ad deum ire cõpellunt.

2. ¶ Vt nõnihil experiant homines. sic Sapiẽs ait: Qui Eccl. 34. nõ est tentatus, quid scit? In eius rei gratiam deus quoq; in terra adoptionis gentes quasdam reliquit, ut ab ijs assidue uexati exercerentur Iudæi, sicut scriptũ est: Hæ sunt Iudic. 3. gentes quas dominus dereliquit, ut erudiret in eis Israelem, ut discerent filij eorum certare cum hostibus. Et infrà, Dimisit eos ut in ipsis experiret Israelem, utrum audirent mandata domini quæ præceperat patribus eorum per manũ Moysi, an nõ. Ita inter nos q̃q; habitat adhuc Iebusęus & Amorrhæus, cõcupiscentia scilicet ista innata, quam uidẽs & cõsiderans Paulus, clamabat: O infelix homo ego, quis me liberabit de corpore mortis huius? Roma. 7.

3. ¶ Vt uel hoc modo urgeremur ad orandum inuocã dũq; deũ, sicut & oramus q̃tidie, sic edocti à Christo: Ne Matth. 6. nos inducas in tentationem. Sic & beatus Gregori⁹ dicit, Gregor⁹.

Dum uitia nos tentant, proficientes in nobis uirtutes humiliant. Iebusæum Israel tolerat, ut humana mens de se humilia sentiat, dum minima non superat.

2. Corin. 12. 4. ¶ Ne in bono superbiamus elati, sic de se ipso Paulus, ne magnitudo, inquit, reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis.

Psalm. 25. Glossa. 5. ¶ Vt sic nobis negligentia depelleretur, quomodo & Glossa super illud Psalmi, Domine proba me & tenta me, dicit: Tenta & proba me, ne quid delicti remaneat. aliter enim negligentes essemus.

Gregorij. 6. Quia tentatio & probat & auget in nobis uirtutẽ, secũdum illud Gregorij: Prospera est aduersitas, quæ mẽtem ab elatione custodit: quandoquidem minus cadit, q sæpe tentatus, uiriliter restitit. Vnde & quidam ex patribus dicit, Homo instar lateris est, qui dum igni coctus nõ est, ubi primum in aquam mersus fuerit, dissoluitur: coctus autem, permanet. Ita qui necessitatem nullam sensit, quàm primum illi quippiam obtingit unde tentatur, nõ sustinet, nec patiẽ, sed in impatientiam præceps prolabiẽ.

Deut. 13. 7. ¶ Ignoram antea, innotescere facit hominis uirtutem tentatio. sic Moyses dicebat, Tentat uos dominus deus uester, ut palam fiat, utrum diligatis eum an non. Et

Exodi. 20. rursus, Vt ꝓbaret uos, uenit deus, & ut terror illius esset in uobis, & nõ peccaretis. Sic & Tobias tentatus est, cum

Tobię. 2. cæcus fieret. idq; eo factum est, ut posteris in illo euidens esset exemplum patientiæ.

Antoni. 8. ¶ Tentari quoq; finit homines deus, ad maiorem illorum honorem & remunerationem: quomodo sancto Antonio grauiter aliquando à diabolo tentato & pcusso apparuit dominus, dicens: Antoni, iam inde ab initio adfui spectator tui certaminis: & quia decertasti uiriliter, faciam nomen tuum præclarum & illustre per uniuersam terram. Et quid fit hoc tibi mirum, quãdo & Paulus dicit, neminem coronatum iri, nisi qui legitime certauerit? Sed & Sara dixit: Hoc ꝓ certo habet omnis qui te

1. Tim. 2. Tobię. 3. colit, quòd uita eius si in probatione fuerit, coronabiẽ.

Iacobi. 1. Quò pertinet & illud Iacobi, beatum appellantis quisqs suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam, quam repromisit deus ijs qui diligunt illũ.

Ille itaq; nobis etiam gratiam suam hic concedat, ut superatis mundi, carnis & diaboli insultibus, uita tandem perfruamur æterna, Amen.

HOMILIA SEXTA & ultima eiusdem Dominicæ.

QVando omnis uita nostra militia est super terrã, secũdum unam literam, nosq; ideo dominus iugiter orare docuit illud, Ne nos inducas in tentationem, plura adhuc nobis de tentatione diaboli dicenda supersunt, quibus moneantur simplices ad euitandos laqueos diaboli, cuius omnis in hoc labor cõsistit & diligẽtia, ut miseros nos tentet, seducat, perdat, secumq; cõdemnet. Aliud enim ille nõ agit, nec manducat, nec dormitat, neq; honoribus, gaudijs, alijsq; rebus (ut nos) incumbit, tm̃ omnem in hoc mouet lapidem, ut nos in iram dei & condemnationem adducat æternam. Vnde & sanctus Petrus uigilare nos sedulo monet, quoniam aduersarius noster diabolus circuit, quærens quem deuoret. ei etiam resistere nos iubet fortes in fide: neq; enim unquam ille tentare desinit nos uel fastidio iam & molesto resistendi tædio pressos, autore Gregorio. Neq; aliter instat, quàm ministri isti regis nõ cessabant incendere fornacem, ad pueros tres igni perdendos. Nulli parcit iste sæuissimus hostis, nec ætatem considerat, senes iuxtà tentat ac iuuenes, pauperes simul & diuites, ægrotos, sanos, spirituales, mundanos, intentatum plane neminem relinquit, q ne Christo quidem pepercit, ut recte de eo dixerit, pphe-ta: Totum in hamo subleuauit, traxit illud in sagena sua. Vas istud piscatorium longe omnium capacissimum est, quo illi quicquid penè in uno fluminis loco est piscium, uno iactu extrahunt. Ita sagena tentatiõis uniuerso mũdo extensa est per diabolum, quod idem propheta paulopost insinuat, dicens: Propter hoc expandit sagenam suam, & semper interficere gentes non cessat. Quamuis sunt qui non ita multum negocij facessunt diabolo. sed hoc pessimum est indicium, sicut & Gregorius in Dialogis inquit, Illos pulsare negligit, quos in re quieta possi-

Iob. 7. Matth. 6.

1. Petri. 5.

Gregorij.

Daniel. 3.

Matth. 4. Habac. 1.

Gregorij

dere se sentit. Quo exemplo eremita ille uidit in spiritu unum tantum diabolum sedere ad portam totius ciuitatis, & extra ciuitatem in uno monasterio diabolos plures occupatissimos. admirabundus itaq; super ea re, audiuit angelum sibi dicentem: Toti huic ciuitati unus satis est diabolus, quando iam antea uoluntatem suam adimplet: ad multos autem illos pios & sanctos, qui in cœnobio sunt, monachos seducẽdos, tot etiã uix aliqd post multos tentationum labores exhaustos, proficiũt diaboli.

¶ Possum non incommode idem de uobis quoque pronunciare. Per tota bacchanalia unicus etiam simplicissimus sufficiebat uobis diabolus, quando tunc uestra spõte insaniebat, nec opus erat uos, quò currebatis ipsi præcipites, multis tentare laboribus. At nũc nõ cessabit, cum uiderit uos tam sancti temporis occasione rebus occupari diuinis, & omnibus uiribus eniti, ut manus suas effugiatis. Iamiam neruos fraudis suę omnes intendet, ut à Christiana ordinatione uos abstrahat: quod si præstare nõ poterit, conabit tamen, ut hoc quoque quod facitis, uitio non careat, cuius rei exempla hic de pœnitentia, confessione & similibus adduci possent. Quotquot igitur regressum paratis ad deum, præmonitos uos scitote, ut uigiletis, & callidissimi hostis insidias attendatis diligentius, iuxta illud Sapientis, Præpara animam tuam ad tentationem. nam ubi primum salus appropinquat, tentatio quoq; accedit. quod accidisse uidemus etiam apostolis, quibus accedente iam passionis & mortis Christi tempore, tẽtatio quoque irruit acerrima, adeo ut diceret Christus: Omnes uos scandalum in me patiemini. Anima hominis pij, qui iam uelit conuerti ad dominum, clamare poterit ad deum cum Dauide: Domine, quid multiplicati sunt q tribulant me? multi insurgunt aduersum me. Circundederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis. Nec est quod dubites, quin magis attentiusq; multo te diabolus obseruet confitentem, quàm choreas ducentem; quoniam diaboli cum pctõre negocium, capituo detento similimum est, quem quisquis turri adhuc habet inclusum, ad seruandum eum uno contentus est custode, uel oscitante etiam & non ita multum uigili. Verum ubi ille

Eccl. 2.

Luc. 22.

Psalm. 2.

Psalm. 117

semel fugiendi occasione arrepta, consimilis aui elapsæ, effugerit, omnes statim lictores & apparitores, pperant, currunt, festinant, insectantur. Nanque eodem plane modo diabolus hominem captiuum tenet securus, effugere & ex carceribus elabi parantem sequit, detinet & moratur. quod Sapiens ille quoq; uidit, cum diceret: Extruxit munitiões per gyrum. In eius quoq; rei figuram Pharao filios Israel, fugam iam ex Aegypto meditantes, grauius multo afflixit, laboribusq; molestissimis excruciauit iuti & lateris, quàm antea. Sic homini quoq; usu uenit, q se iam uult cõuertere ad dominum, pfecto enim ubi primum de conuersione cogitârit, grauiores sentiet tentatiõnum insultus. Verum ijs ne moueamini uos, quin potius resistite etiam tunc fortius, ut inde nõ detrimentum, sed animæ uestræ salutem reportetis: quando fieri nõ põt, ut hæc tentandi alea à uobis auferatur quin subeatis. Tantũ corde & ore subinde clamate ad dominum, Ne nos induc as in tentationem. Eccl. 9.

2. ¶ Hoc quoque diligenter quisquis uere pius es, consydera, quòd nõ oras, ne tenteris: sed iuxta formulam orãdi tibi à domino præscriptam, ne ille te inducat in tentationem. quoniam admittere tentationem, potestatis est dei: qui, quia iustus est & bonus, pro illa orandus non est, eo quòd aliud longe est tentari, & in tentationem induci. quilibet enim tentatur, ut probetur. in tentationem autem inducitur, inquit Augustinus, quem deus deseruerit auxilio suo. Petere à deo nemo debet, ut tentationibus careat, quando & illa mala est tentatio, nullam habere tentationem, ut ait Augustinus, eo quòd in tentationibus esse, non raro utile est & salutare, sicut fuit illud adprime utile Paulo, sicut & Tobiæ ait angelus Raphael: Quia acceptus eras deo, necesse fuit ut tentatio probaret te. Sic Iacobus quoque, Omne gaudium, inquit, existimate fratres mei, cum in tentationes uarias incideritis, scientes quòd probatio fidei uestræ patientiam operatur. sed & cum tentatione dabit quoq; deus prouentũ. Veruntamen confidenter & fortissime sperandum hic est in deo, dicendúmque cum Dauide: In te eripiar à tentatione, & in deo meo transgrediar murum. Quomodo aũt Augustin. Augustin. 2. Cor. 12. Tobię. 12. Iacobi. 1. 1. Corin. 10 Psalm. 17

tentatio commodet in singulis casibus, nimis longum fo ret hic recensere. Sed tamen in generali casu tribulatio. nis referunt hoc doctores, quod nobis quoque hoc loco uisum est adponere.

Tribulatio.

¶ Dici nõ potest quàm amara sit herba, quam'q; ingrati saporis, tribulatio, quæ ideo quoq; in tentatione aquæ comparat' amaræ & salsæ.

1. ¶ Principio sicut aqua salsa scabiem curat, ita tribulatio impudicitiam, quæ scabies animæ longe impurissima est, ac proinde purulentam illam facit. Sane id etiam Sapiens docuit, dicens: Malitia horæ, obliuionem facit luxuriæ magnæ.

Eccl. 11.

2. ¶ Pisces quoq; in aquis salsis magis pinguescunt. eodem nanq; modo tribulatio altrix est omnium fidelium. uirtutibus enim pascit eos. Et illic quamuis salsa & amara sit aqua, pisces tamen dulces sunt & sapidissimi: ita hic quoq; qui tribulationibus exercent', patientes fiunt, suaues, probi & deo beneplaciti, iuxta illud Sapientis: Non tanget eos tormentum malitiæ.

Sapi. 3.

3. ¶ Aqua etiam salsa carnes cõseruat à putredine, sicut Ioel dicit, Computruerunt iumenta in stercore suo. iumenta, hoc est, homines beluini.

Joel. 1.

4. ¶ Arces quas undiq; aquæ circunfluunt, expugnatu difficilimæ sunt: & qui assidua circundari sunt tribulatiõe, eos nõ ita superare potest diabolus, neq; uoluptatibus carnalibus uelut titillare, & gaudijs adficere. Nã & qui tribulati sunt & anxij, facile finunt', nec ad gaudia accersunt', sicut & de Iob legit', cui nemo loquebat' uel uerbum, quoniam uidebant dolorem esse uehementem. Sic Eliseus quoq; dicebat puero suo de muliere: Dimitte illã, anima enim eius in amaritudine est. Verum quæ in planitie campi positæ sunt arces, potissimum impugnant'. Et sic qui in lætitia uitam agunt, in delicijs & uoluptate, in diuitijs, forma præclara præditi, in iuuentute & nobilitate, uelut in aquis suauissimis, plerunque labunt'. Sunt qui ægrotantes saluant', si sani sint, perituri. multi, pauperes cum sint, beant', sedem certam habituri apud inferos, si diuites essent. Nemo itaq; oret, ne tentet': sed potius, ne in tentationem inducatur.

Job. 2.

4. Reg. 4

3. ¶ Quæres autem, qnid hoc sibi uelit, quod oramus, Ne nos inducas in tentarionem. En responsum tibi: tria sunt quæ breuissima illa petitio complectitur. primũ enim hic petimus, ne nos consentire sinat deus in tentationes: cui quàmprimum uolũtatem nostram dederim⁹, iamiam in tentationem sumus inducti. Nam hoc tibi cogitandum semper propone, si quando tentaris, crede diabolum tibi extruere pontem, quem conscendas foueam aliquam superaturus. Pons hic è septem lignis est compactus, suggestione, cogitatione, uoluptate, mora diuturna cogitandi, consensu, uoluntate perfecta, facto præcipiti, & operis consummatione. Ne nos inducas i tẽtationem.

2. ¶ Deinde cum petimus ne in tentationem inducamur, nihil aliud oramus, quàm ne gratia & auxilio suo destituamur, unde confirmemur ad resistendum tentationibus. gratia nanq; diuina non animas tantum nostras & opera deo reddit accepta, sed concupiscentias quoq; malas gubernat, & easdem penitus extinguit. unde & in scriptura aquæ appellationem meretur habere. non eo tantum quòd per deuotionem irrigat animam hominis, sed quia feruorem quoq; cõcupiscentiæ delet. Johan. 4. 7.

¶ Quando itaq; gratiam suam nobis deus non confert, inducere nos dicitur in tentationem, quãuis ille hoc ipse non faciat unquam, tamen hoc ei tribui solet, cum gratiã non confert: sicut in sacris literis hoc fieri uidemus, dicique similiter, quoniam indurauerit cor hominis, nunc Pharaonis, nunc Aegyptiorum. Et sicut Isaias refert, atq; de Iudæis Iohannes, ita hic quoq; cum gratiam suam nobis non dat deus, dicimus illum nos in tentationem induxisse. Exodi. 10. 7. 14. Isaię. 63. Johan. 12.

3. ¶ Oramus hic quoq;, cum dicimus, Ne nos inducas in tentationem, ut adiutor nobis sit ille aduersus carnẽ, quæ deglutire nos conatur per uoluptatem, contra tentationes mundi, quę auaritiæ tenacitate nititur nos peruertere, & contra diabolum, ne ille nos omnis generis malitia seducat.

4. ¶ Cum dictum sit supra, multam magnamq; esse tẽtationis uirtutem, utilitatem & efficaciam, cogitare iam quis posset, an liceret etiam deum pro tentatione orare,

Psalm.25. eo q̃ Dauid mõ orauit: Proba me dñe & tẽta me. qui etiã
Psalm.138 sic dixit ad dñm, Vide an uia iniquitatis sit in me. Et hinc
sane respondet, neminẽ ultro cupere debere tentationẽ
carnis, à qua cũ liberari tam ardẽter petierit Paulus, quis
nostrum subire audebit, q̃d uas electiõis horruit Paulus?

2. Corin.12 2. ¶ Illa quoq; quæ à mundo & diabolo proficiscitur,
multum fugienda tẽtatio est. periculosum enim est quo
euadat. Ad hæc magna quoq; est hũana fragilitas. Quid
q; hostis iste uterq; robustissimus est & instanter pugnax?
ambiguus itaq; Mars ille, quem satius est intermittere.

Orare pro tentatione 3. Quod ad externã tribulationũ attinet tentationẽ,
possunt sane qui perfecti sunt orare pro ea, ut deus omni
potens hic puniat in hac uita, urat, scindat, neq; differat
Job.41. in futurã uitã. Non autẽ hoc idẽ facere debẽt imbecilles,
quãdo cõfirmati nõ sunt ad huiusmodi tentationũ uictoriam.

Augu.9. de ciuitate dei c.9. Sicut em̃ dicit beatus Augustinus, quẽadmodũ ignis
paruulus à uento facile extinguit, magnus uero etiã magis incẽdit: ita & ignis exiguus charitatis diuinæ à uento
tentationis ualidæ, dicto citius delet: ubi autẽ ignis charitatis ardentius feruet, tentatiõis uento afflatus fortius ardet.

Pro sacerdotibus. (Propterea sacerdotes fragiles non dicant illã orationẽ añ missam, Dñe Iesu Christe, rogo corde toto, ut oia
peccata mea dimittas in præsenti uita &c̃. cũ tamẽ ob paruitatẽ gratiæ nesciant, an passiones peccatis debitas sufferre patienter possint in hac uita.) Dauid itaq; tanq̃ perfectus orare potuit & dicere, Proba me dñe & tẽta me, ure
Psalm.25. renes meos & cor meũ. totũ nanq; hoc ex innocẽtia sua fecit, siquidẽ & antea dixerat, Iudica me dñe, q̃m ego i innocentia mea ingressus sum. sic etiã ad perfectos Iacob⁹ ait:

Jacob.1. Psalm.138 Pro gaudio ducite fratres mei, si in tentatiões uarias inciderit is. Sic Dauid ad dñm, Vide, inquit, si uia iniqtatis in
me est. Hoc mõ sancti dei nõnunq̃ pro tentatiõibus dñm
rogauerunt, ut hac attentiõe in bona perdurarent custodia collatæ sibi uirtutis, sicut sancta Brigitta, ut castitatẽ uirginalẽ meli⁹ seruaret, rogauit deũ pro aduersitate,
& crepuit ei pupilla oculi, oculusq; fluere cœpit. Eodẽ q̃q;
exẽplo sanctus Alexius ultro se in ærumnas, egestatẽ &
miseriam dedit, aliiq; complures, ad quod tamen faciendum nõ omnes æqualem habent animi fortitudinẽ & cõ

stantiam. quare nullus leuiter in hanc tentationē debet se præcipitare, Pulchre hic induci posset quàm uarijs modis diabolus hominē tentet, nunc malis, nunc bonis, nisi id nimis longum foret. Verum hic tu miraris forsitan, q̄ diximus hominem à diabolo tentari etiam in bono, id'q̄ adeo ut certū uideas, en casum hunc tibi. Videt diabolus forsitan hominē ad luxuriam, impudicitiam seu inconstantiam pronum. statim ita q̄ angelus iste noctis & tenebrarum, in angelum lucis se transformans, illū tentat, ut durissimum subeat Carthusianorum uel alium consimilem ordinem, quando quicquid in mundo est, nil nisi uanitas est. Hominem hunc ubi iam tentator in cucullam perduxerit, tunc demum uere eum tentare incipit, suadet exuere illā, effugere monet, eo'q̄ desperationis ipsum adducit, ut omnem tum pudorē tum honestatē unà cum cuculla abijciens, aufugiat. Idem in similibus quoq̄ fieri potest, dum ille homines tentat sub specie & prætextu boni, ut grauia & difficilima quæq̄ sibi sumant, eligant, uo ueant, nō ignarus, fore ut deinceps, cū seruare ea nequeant, resilientes ab instituto, peccent.

Tentare etiam in bono. 2. Cor. 11

¶ Ob maiorem tamen informationē puncta hæc sanctorum patrū obseruate, quæ nos hic breuitatis studio sine scripturarum testimonijs recensebimus.

1. ¶ Non quilibet diabolus in q̄uis peccati genere tētat, sed alius in alio, ita ut hic iam uelut defessus tentādo, offici sui partes uelut lampada, quod aiunt, cursu tradat alteri. sic Lucifer diabolus est superbię, Mammon auaritię, Asmodæus luxuriæ, Leuitahan inuidiæ, gulæ & ueneficij Beelzebub, Beelphegor acediæ.

Isaię. 14. Matth. 6. Tobię. 3. Job. 46. Oseę. 9.

2. Sed neq̄ diaboli oēs æq̄lis sunt furoris & prauæ concupiscētiæ, ut ait Cassian⁹, sicuti nec sapiētiæ paris sunt & roboris. Ideo'q̄ deus etiā simplicioribus nō sinit immitti diabolos callidos adeo & astutos, ut prudētiorib⁹. Cuiusmodi etiā dæmones sunt ludicri, qui in uijs eludūt hoies, qui in ædibus etiā circuncursitāt, qui mulierib⁹ adcubāt. (Incubi. Non est bonū, q̄ multū dicas de hoc uitio in publico coram simplicibus mulierculis, quæ sunt curiosæ, & ita possent assentire diabolo, ut experirentur hāc malitiam, sed solum detestando enormitatem criminis)

Dęmonū varia genera.

Augu. li. 15 ca. 23. de ciuitate dei.

quod temporibus Noę factum legimus, quando dæmones tantos generabant in terra gigantes, tantúmque fiebat in orbe mali, ut grauiter ob id iratus deus, totum diluuio perdiderit orbem, præter eos qui in arca adseruabantur cum Noe, sicut in Geneſi & Gloſſa ibidem aperte cõmemoratur. Multa hic lubens prætereo propter ſimplices, ne hic offendantur. Tantum hoc admoneo, quamuis omnis incontinentia ſit contra deum, nullo tamen eius generis uitio commouetur grauius deus, quàm horribili iſto quod cum dæmone perpetratur, quoniam cum in cæteris eius peccati ſpeciebus pœnitere liceat, in hoc tamen rariſſimum eſt, ut quis ab illo redeat conuerſus. ſiquidem miſeros homines diabol⁹ ualide adeo hic irretitos inuoluit, ut cum ipſo damnentur in æternum. Igitur quamuis iſti ſimplices appareant dæmones, ecce tamen quantum damni & incommodi pariant in anima.

3. ¶ Sunt etiam diaboli quidã furibundi plane & horribiles, qui & obſeſſos non tantum offendunt homines, auditúq; & uoce & uiſu priuant, quod in euangelio ſæpe legitur, ſed præter illos aliis quoq; nocent: ſicut apud Lucam, cum ſpiritus immundus miſerum hominem torque
Matth. 8. 2. 11. bat, ita ut ſpumaret: ſicut & filia mulieris Chananææ, quæ grauiter à dæmone excruciabatur: ſicut & Geraſeni illi obſeſſi, qui tanto furore erant perciti, ut nemo ibidem uiam illam pertranſire poterat.

4. ¶ Sunt quidam ſpiritus admodũ ſubtiles, in ipſum animum hominis ſeſe ingerentes inſenſibiliter, & cogitationibus humanis in ui imaginatiua ſe immiſcentes, ubi & uarios concitant adfectus, unde multa admiranda ſæpe loquuntur homines. Cuiuſmodi ſpiritus erat ille in
3. Reg. 22. libris Regum, qui decepturus Achab, dicebat ad dominũ: Egrediar, & ero ſpiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Sic quoq; cum iis qui futura prædicere conantur, agit: ad quos cum uentum eſt ſpe cognoſcendi futura, diabolus ſtatim in phantaſiam ſe auguris iſtius inſinuat, inſpirans illi quid dicat.

Dæmon dominat homini. ¶ Hinc iam patet, quomodo hominibus dominetur diabolus, nonnunquam in anima tantum, interdum in ſolo corpore, aliâs corpore & animo. Itaq; & ſi quando ho-

minem uides obsessum, caue illum iudices temere, quando potest id alicui cõtingere sine omni peccato, sicut sancto abbati Moysi euenit, qui cum paulo duri⁹ increpasset reprehendisset⁊ dictum Macharij, obsessus est à diabolo. Obsessus.
Nec⁊ enim raro permittit deus bonos & sanctos uiros corpore grauiter affligi ex leui aliqua causa, sicut ille prophera, qui ad Ieroboam mittebatur, cui & præceperat deus ne comederet panem, néue biberet uinum in uia. Venit autem ad eum alius propheta, dicẽs: Et ego propheta sum similis tui, & angelus locutus est mihi in sermone domini, dicens: Reduc eum tecum in domum tuam, ut comedat panem & bibat aquam. Ille nimium credulus, fide data deceptus, non multo post à leone iuxta uerbum domini dilaniatus est. Quid quòd sanctus Augustinus refert innocentes quoq; pueros, id ita permittente deo, à dęmonibus uexari? Vtiq; non aliam ob causam, nisi ut sic nobis deus miserrimam uitæ huius calamitatem declaret, in quam per lapsum Adæ incidimus. 3. Reg. 13. li. 21. c. 14. de ci. dei.

¶ Et hæc de materia tentationis dicta sufficiãt, in qua assiduo omnis uita nostra nobis terenda est aduersus carnem, mundum & diabolum, qui nos seducere conantur malis concupiscentijs in hoc mundo, in quo præter concupiscentiam carnis & oculorum, ipsam⁊ adeo superbiã uitæ, nihil est. His nos resistamus fortiter, nunc sanctis precibus, nunc eleemosyna, aliâs contemplatione sacræ scripturæ, & reliquo dei cultu, humilitate: & sicut caput nostrum Christus, diabolum uicit, ita nos quoq; deprecemur dominum, ut hoc sacro ieiuniorum tempore reconciliari deo, ab omnibus peccatorum uinculis liberemur, hic gratiam & misericordiam, illic uero in gloria & felicitate perpetua, quam nobis concedat, qui est benedictus in æuum, Amen. 1. Johan. 2

DOMINICA SECVNDA QVADRAGESIMAE, *super Euangelium Matthæi. XV.*

Marc.7.



IN illo tẽpore: Egressus IESVS secessit in partes Tyri & Sidonis. Et ecce mulier Chananæa à finibus illis egressa, clamauit, dicens ei: Miserere mei domine fili Dauid, filia mea male à dæmonio uexatur. Qui nõ respondit ei uerbum. Et accedẽtes discipuli eius, rogabant eum, dicẽtes: Dimitte eam, quia clamat post nos. Ipse autẽ respondens, ait:

Marc.7. Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. At illa uenit & adorauit eũ, dicens: Domine, adiuua me. Qui respõdẽs, ait: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. At illa dixit: Etiam domine, nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc respondens Iesus, ait illi: O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut uis. Et sanata est filia eius ex illa hora.

HOMILIA PRIMA.

Hieron. Matth. 11.

PAulo ante hoc euangelium Matthæus refert, quõ Christ⁹ pharisæos increpauit de hypocrisi, ipsorũq; uanis institutis aduersus præcepta diuina. Hinc statim sequitur historia euãgelica. Scribis nanq; sic & pha-

risæis calūniatoribus derelictis, trāsgredit in partes Tyri & Sidonis, ut Tyrios Sidonios q̄ curaret. Vbi tu si attēde ris diligētius, uidebis mystico q̄dā intellectu hic Christū prefiguraſſe, q̄ sic q̄q̄ apli sui sancti induratos relicturi es sent Iudæos, & gentibus prædicaturi euangeliū. Id inde colliges, qm̄ hic antea iā sustulerat Christus ceremonias & obseruationes ciborum Iudæis in lege prohibitorum, porcoꝝ, lepoꝝ, cameloꝝ, anguillaꝝ, ciconiaꝝ & similiū, quæ omnia uno hoc uerbo infregit, cum dixit: Non quod intrat in os, coinquinat hominem: sed quod procedit inde, id coinquinat hominem. Statim post hæc secessit ad gentes. Eodē plane mō usuuenit & contigit Petro, qui edoctus primum est legem illam de animalibus immundis esse abrogatam, cum uideret linteum & in eo omnis generis animalia, audiretq̄ uocem dicentem sibi: Surge Petre, occide & manduca. post hæc tandem Cæsaream missus est ad Cornelium. Ita hic quoq̄ prius docuit Christus, deinde secessit ueluti clām & latenter propter obstinatos Iudæos. Igitur & Marcus dicit: Surgens abīt in fines Tyri & Sidonis & ingressus domum, neminem uoluit scire, & non potuit latere. Mulier enim statim ut audiuit &c̄:

Leuit. 11.

Matth. 15

Actuū. 10

Marc. 7.

¶ Verum hic iam quæstio emergit, quoniam Christus iam ante præceperat apostolis, ne ad gentes & in Samaritanorum ingrederent ciuitates, cur ipse eis suo aliud declarauit exemplo, quām docuerat? Ad hoc respondsurus Chrysostomus: Primum, inquit, illud adducemus, quia non tenebatur ipse quæ discipulis seruanda præcepit, omnino conseruare. Verum id quidem est, nam ipse legislator, deus erat, legibus nō subiectus, sed solutus ab illis. & tamen, ut inquit Imperator, uox hæc est principe digna, ut se quoq̄ fateatur uelut uinctum legib⁹. Sed & Lucas de Christo dicit, q̄ inceperit facere & docere. Dat igit præter hāc Chrysostomus adhuc aliā solutionem, dicens quod Christus prohibuit discipulis, ad prædicationē spectasse. siquidem ille tunc eos ablegabat ad apostolici muneris functionē peragendā, & tunc noluit eos quicquam prædicare gentibus antequam ascenderet in cælum. Vere hic Christus nō ut prædicaturus uenit in fines gētiū, sed

Chrysost.

L. digna uox ff. de leg.

Christus cōtra præceptū suū.

ut per fidem mulieris huius Chananęæ filiam illius curaret, per hoc quoq; impietatem phariſæorum declaratur, qui in eum credere recuſabant: & hic q̃uis nondũ prædicabat, excludere tñ noluit q̃ ſua ſpõte ueniebãt ad ipſum.

2. ¶ Cum iam in finibus gentium eſſet dñs, uenit ad eũ mulier Chananæa, clamitans: Miſerere mei domine fili Dauid, filia mea male à dęmonio uexatur. Mulier hæc ad Chriſtũ uenire uel ex eo mota eſt, q̃ fama & nomẽ Chriſti iam diuulgabat undiq;, & miracula ipſius ubiq; inclare ſcebant. unde & ipſa credebat illum poſſe filiam ſanare. Et ſicut ipſa exiuit de finibus, ita quilibet ad Chriſtũ uenturus, exeat oportet è finibus infidelium & peccatorum: ſeq; reconciliet deo, cumprimis iam hoc quadrageſimali tempore. Neq; aduerſatur hic Marcus Matthæo, dum ille mulierem ſcribit ad Chriſtum ueniſſe in ipſis ædibus, hic autem ſecutam eam refert dominum in uia. fieri nanque potuit, ut cum iam dominum in domo conueniſſet, eundem tamen egrediẽtem & ipſa ſit inſecuta. Sed nos iã textum explicemus, & deinceps mulierculæ huius fidem prædicemus & uirtutem clariſſimam. Principio itaq; dilectiſſimi uerba ipſius expẽdite, fidem ponderate. Non ad ſuæ gẽtis cucurrit idola, ſed ad Chriſtum dominum, quò ipſam fides tanta impulit, quamuis alienigenam, quamuis ſcripturarum ignaram. Fidem autem illius ex duob⁹ colligere licet: primum, quòd non ſecum filiam adduxit ægrotantem, quod Iudęi facere conſueuerant, non credẽtes Chriſtum etiã abſentẽ curare aliquẽ poſſe. ſic adduxerunt cęcum apud Marcũ, uariosq; infirmos in Matthæo, paralyticum quoq; apud Lucam. quem & per tectum immiſerunt ante faciem domini: qui Iudæorum mos adeo pręualuit, ut electæ quoq; ſorores duæ Magdalena & Martha, mortuo ſibi fratre, dicerent ad dominum: Si fuiſſes hic, frater meus non fuiſſet mortuus. Aliter autem hæc muliercula, quæ non adduxit filiam ſuam ſecum, imò nec orauit Chriſtũ uti ad ſe ueniret, coram filiam ſuã ſanaturus, quod regulus ille fecit. Vnde conſtat fidem illam habuiſſe tantam, ut crederet ipſum ſolo uerbo uel imperio curare poſſe filiam. ideo non petijt corporalem illius præſentiam, ſed magna fortique fide tantum clamauit

Fides Chananęę.

Marc. 8.
Matt. 4. 9
Lucę. 5.

Johan. 11.

Johã. 4

ad dominum: Miserere mei domine fili Dauid. nil nisi misericordiam orat petitque, ut dominus respiciat miseriam & calamitatem ipsius, uelut inclamitans illud Sapientis: Miserere nostri deus omnium, & respice nos, & ostende nobis lucem miserationum tuarum. Eccl. 36.

¶ Hic quoq; diligenter attende insignem mulierculæ huius in filiam suam amorem. illius nanq; malum, suum reputat. Discant ab illa parentes dilectionem filiorum suorum. sicut enim liberi honorare parentes tenent ex lege, ita uicissim parentes amare debent filios suos, sicut & Isaias dicit: Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, ut nõ misereat filio uteri sui? Huiusmodi compassionem omnes quotqt uere perfecti sunt homines, habent erga quoslibet Christianos, iuxta illud Pauli: Quis infirmat, & ego non infirmor? Ita sibi mulier hæc Chananæa dolorem & miseriam usurpauit filiæ suæ, q̃si diceret: Miserere nõ filiæ meæ, sed mei miserere. Nam illa insensata iacet: ego uero quam sensus morbi nõ fugit, quæ sentiens atq; intelligens insanio, mille uexor ærumnis. Miserere igit mei domine. ego enim infelix sum & mœstissima mater. Beda putat, mulierem hanc credidisse Christum uerum deum & hominem. dum enim dominum uocat, deum fatet: filium Dauidis appellans, hominem agnoscit. Habebat autem hoc à Iudæis, unde cognoscere potuit Messiam ex genere & stirpe Dauid nasciturum. hinc erat, quòd & filium Dauid eum appellabat, quamuis & Samaritani Pentateuchum Moysi receperũt. Qua de re aliâs plura. Exodi. 20. Isaiæ. 49 2. Cori. 11. Chrysost. Beda.

3. ¶ Ad hanc tum efficacissimam fidem, tum orationẽ piam, nihil tamen respõdit dominus. siquidem tria hæc durissima illi exhibuit dominus, dissimulauit, negauit, exprobrauit. Nõ tamen hæc omnia pharisaica aliqua superbia, neq; duritia, sed nec de scribarum supercilio, ut inquit Hieronymus, qui & rationem hãc reddit, ne ipse sententiæ suæ uideretur esse contrarius, per quam iusserat: In uiam gentium ne abieritis. Nolebat enim occasionem calumniatoribus dare, perfectam q; salutem gentiũ passionis & resurrectiõis tẽpori reseruabat. Beda ratiões alias duas refert: alteram hanc, quòd respondere ei distulerit Christus durus mulieri. Hieron. Beda.

dominus, non quia misericors medicus miserorum pre-
Psalm. 9. ces despicit, de quo ueracissime scriptum est, Desiderium pauperum exaudiuit dominus: sed ut perseuerãtiam mulieris nobis semper imitabilem demonstret, quæ quo magis contempta uidebatur à domino, eo ardentius cœptis instabat in precibus. Altera causa est, quòd respondere differt, ut discipulorũ quoque suorum misericordes animos, ad postulandum simul cum ea prouocaret. Tertio respondere distulit, ne daretur occasio Iudæis calũniandi, quòd gentiles in docendo uel sanando prætulerit: quamuis Iudæi adfectum erga Christum habebant plane impium, dum eum contemnebant & calumniabantur, ille tamen nihil eo motus de ciuitate una in aliam peram bulabat, curans ægrotos & infirmos ipsorum. Hanc autem mulierem, quæ dominum adeo & miserabiliter & humiliter deprecabatur, non exaudiuit, & multi forsan, ait
Chrysost. hic Chrysostomus, eorum qui audierunt, scandalum pas-
Glossa. si sunt, ipsa autem ne commota quidem fuit. Est hic Glossa quæ dicit, ideo etiã eũ non respondisse, ut discipuli pro ea rogarent, ostendẽs per hoc necessarias esse preces sanctorum ad aliquid impetrandum.

4. ¶ Videntes itaq; fidem mulieris tantam discipuli, adfectum q; pium, audientes quoq; miseriam illius & calamitatem, misericordia moti sunt, & accesserunt ad dominum, dicentes: Domine, dimitte eam, adiuua, quia clamat post nos, nec aliquem clamandi finem facit, iuxta illud
Isaię. 62. Isaiæ: Qui reminiscimini domini, ne taceatis, & ne detis silẽtium ei, donec stabiliat. latebat etiã discipulos, quid sibi hac mora. tanto q; silentio uellet dominus, uel etiã ex
Hieron. sententia Hieronymi, importunitate eius carere cupientes, interpellabant pro ipsa. Ex illis etiam uerbis colligi
Augustin. dicit beatus Augustinus, eos iam in itinere fuisse, & mulierem secutam semper clamasse. Respondens dominus discipulis, dicit: Non sum missus nisi ad oues quę perierũt domus Israel. Non hoc intelligendum est more Lutherano secundum literam, cum utiq; uenerit Christus in redẽptionem mundi, sicut uetus nouum q; testamentum undiq; satis testantur. Non est itaq; uerborum cortex accipiendus hic, sed medulla eruenda. Verum is est sensus uerbo-

rum, quoniam dominus solus ipse Iudæis prædicauit, sed deinceps per apostolos suos uniuerso terrarũ orbi, ad designandum Christum ipsum in propria persona apostolum esse Iudæorum: ideoq; & ut plurimum Iudæis tantũ prædicauit, inter Iudæos miracula operatus est, cum Iudæis conuersatus est: gentibus omnia hæc non item, nisi personis pauculis, uel ex aduentitia & accidenti causa, ut ostenderet ecclesiam suam in gentibus quoq; fide extruendam, quod aperte etiam Paulus testatur, dicens: Dico Christum Iesum ministrum fuisse circunciſionis propter ueritatem dei, ad confirmandas promissiones patrum, gentes autem super misericordia honorare deum. quod & Iudæis ipse coram edixit Paulus, quomodo eis primũ loqui oportuisset uerbum dei. & quoniam ad CHRISTVM gentes quoque pertineant, ipse apud Iohannem testatur, cum ait: Alias adhuc oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & uocem meam audient, & erit unum ouile & unus pastor. Sed tu inter cætera mansuetudinem CHRISTI hic mihi considera, qui mordacissimos istos canes, luposq; rapacissimos Iudæos, oues tamen appellare non dedignatur: quos, prio uero suo nomine expressit uocauitq; Dauid, in persona CHRISTI loquens & dicens: Circũdederunt me uituli multi, tauri pingues obsederunt me. aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens & rugiens. Et infrà, Canes multi circundederunt me, consiliũ malignantium obsedit me. Hæc nimirum uera fuissent eorum nomina, uituli, tauri, leones & canes. Verum mitissimus dominus super hæc omnia mala ipsorum, oues eos uocat. Et forte idipsum ille fecit propter bonos, de quibus Petrus: Eratis, inquit, quondam sicut oues errantes, nunc autem conuersi estis ad pastorem & episcopum animarum uestrarum: ij scilicet, qui confitebantur peccata sua, dicentes cum propheta: Omnes nos quasi oues errauimus, unusquisq; in uiã suam declinauit. Ita excludente domino etiam interpellationem intercessionémque discipulorum, exterrita utique grauiter est muliercula, quam tamen fides illa fortissima adhuc urgebat constantius ptinaciusq; instare, salutem quoq; suam quærere. Cuius exemplũ nos

Roma. 15.

Actuũ. 13. Beda.

Johan. 10.

Psalm. 21.

Iudei oues.

1. Pet. 2.

Isaiæ. 53.

quoq; conuenit imitari, & subinde deum inuocare, nec aliquando ab oratione deficere. Rogari enim uult deus, ideoq; & Christus dixit: Quoniam oportet semper orare & nunquam deficere. Nam quis scit, si conuertatur & ignoscat & relinquat post se benedictionem? sicut iam q̃tidie precamur pro uniuerso Christianismo. Siquidem q orando perseuerat, nec deficit, hic saluus erit: hic per gratiam, ist hic perpetua beatus gloria, quam nobis donet, q est benedictus in secula, Amen.

Luce. 18.

Joel. 2.

¶ Ex sermonibus generalibus applica semper particulam ex materia cõfessionis uel ieiunij, aut de aliquo uitio principali, aut ex uno de decem præceptis.

HOMILIA POSTERIOR
eiusdem Dominicæ secundæ quadragesimæ

PErambulante domino fines gentium & Chananæorum, uenit ad eum mulier, & ardentissime deprecata est illum, ut sui misereat. Verum ipse præter morem suum, ne respõdit quidem uerbum ullũ: & interpellantibus quoq; ,p ea discipulis, non tamen exaudiuit. At hic nõdum deterrita illa, ipsum accessit dominũ, eius opem implorans, & dicens: Domine, adiuua me, & quod ante uerbis ipsum uerum cõfessa fuerat deum, nunc facto q̃q; exprimit, adcurrens & adorans dominum: Domine, inquit, adiuua me. Quàm pauci in tota erant Iudæa, qui uerum illum cõfitebantur, aut etiam credebant deum? Et ecce gentes eum adorant deum uiuum & uerum. Et obstinata etiamnum hodie gens Iudæorum credere recusat Messiam, quem etiam uenturum adhuc anxie, sed frustra tamen expectat, deum esse. Vides iam quõ multo plus de Messia hæc mulier crediderit, quàm quotq̃t nunc uiuunt Iudæi. Verum tu hic mihi uerba illius mulierculæ cõfer cum ijs, quæ dicebat alius iste ad dominum: Si quid potes, adiuua nos, misertus nostri. Quantula erat hæc fides, cum diceret, Si quid potes? dubitabat enim an id posset præstare. Non sic autem mulier hæc, quæ potestatem domini in nulla posuit dubitatiõe, tantũ implorata ope,

Marc. 9.

misericordiam petiit & adorauit eum. Possem hic clamare aduersus neochristianos, Mulierem hanc nō tantum maiorem habuisse fidem, quàm Iudæi, sed etiam quàm nostrates isti hæretici Lutherani. siquidem illa adorauit dominum etiam corporaliter, credens in illo etiam latere, quam nō uidebat oculis carnis deitatem. Isti autem uenerabile sacramentum, corpus Christi & sanguinem, nec uenerari uolūt, nec adorare, dicere nō reueriti, Christum nō ideo hic esse ut adoret. O stuporem, ò cęcitatem, ó uesaniam. Transeunti regi aut principi tuo nō exhibes honorem, etiam ea de causa nō præsenti? Quacunq; enim ille causa adsit, semper locum habet ista regula Pauli: Cui honorem, honorem. Et tamen fateri coguntur, etiam inuiti, homines isti maledici, Christum hic in sacramento esse præsentem nostri gratia aut ꝓpter nos. Aut ideó ne ille præsens salutis nostræ causa minus honoraret, quàm ob quiduis aliud? Bene autem eis deus intellectum suum ademit, excæcauit eos, & similes facti sunt iumentis. Neq; tamen inficias ibunt utiq;, sacramētum hoc à Christo esse institutum, ut eo uteremur in suam commemorationem, iuxta uerbū ipsius: Hoc facite in meā cō memorationē. Cum itaq; ipse dominus suo te ꝓprio corpore subinde uoluit admonitum, ut recordareris illius, laudares eum, coleres, adorares, gratias ageres, quid ita insanissime desipis, ut nec laudes, nec magnifices illum, neq; adores, etiam admonentem & dicentē, Ecce adsum, adsum, inquā, ego, qui te redemi, qui sanguine meo ꝓprio eripui de potestate diaboli. Et tu factus es, sicut equus & mulus, quibus nō est intellectus: transis tacitus, nec honore dignaris, nec gloria debita, quem cæli cōtremiscunt, quem trepidat terra, quem genua flexa horrent cęlestiū, terrestrium & infernoꝝ. Sed audi quid Dauid dicat: Exaltate dominum deum nostrum, & adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est. Dic age tu mihi, quodnam scabellum dei & sanctum & adorandum putas, nisi illud uenerabile corpus Christi? scabellum enim dei terra est, iuxta illud propheticum: Cælum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. Præcipit itaq; illic nobis Dauid adorari terram. Terram uero quam obsecro

Fides Christianę maior Lutheranis.

Roma. 13.

Eucharistia adoranda.

Psalm. 48

Lucę. 22.

Psalm. 32

Philip. 2.

Psalm. 98.

Isaię. 66.

adorabimus aliam, nisi sanctissimam carnem Christi, carnem illam, quam ipse de mundissimo agro sancti corporis Mariæ adsumpsit, in qua cum hominibus in terra cõuersatus est, quam nobis etiam manducandã in sui memoriam dereliquit? Nemo autem, inquit Augustinus, illam carnem manducat, nisi prius adorauerit. Vnde qd aliud re queso, colligas quàm neochristianos istos, dum corpus Christi adorare nolunt, Christianos non esse, sed schismaticos, blasphemos, hæreticos?

Augustin.

¶ Rectiorem longe fidẽ mulier hæc habuit Chananæa, ut quæ corporaliter etiã dñm adorârit, deum ipm eẽ nõ dubitans. Deũ enim ex lege quoq; adorare, & illi soli seruire iubemur. & qa humanitas inseparabiliter à filio dei est adsumpta, ita ut ipse eam dimissurus nunquam sit in perpetuum, una plane adoratio est, quo deus simul cum humanitate Christi adoratur: ubi quamuis quælibet pro se natura in sua permanet substãtia, utraq; tamen in una est persona. Neq; adhuc à priori uerbo mulier discedit, nec filiæ suæ, sed sibi misericordiam & auxilium quærit, ob rationes iam supra ex Chrysostomo adductas.

Deut. 4.

Adoratio Christi.

Chrysost.

2. ¶ Sed nos iam quid ad hanc anxiam adeo & solicitam petitionem dominus responderit, audiamus: Nõ est bonum, inquit, sumere panem filiorum, & dare canibus. O sermonem CHRISTI durum & acerbum, quo ille Iudæos filios, gentes canes appellat, secundum illud utiq; quod & dixerat in lege deus Iudæis: Si audieritis uocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis. Mea est enim omnis terra, & uos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta. Itaque quos iam ante ad apostolos loquens, oues dixerat, nunc cum muliere uerba faciens, etiam filios uocat. Per panem autem uerbum dei intelligit, miracula quoque & quicquid in uniuersum saluti nostræ commodum est. Sed interim canes ethnicos, propter idololatriam appellat, quoniam ij esui sanguinis dediti, cadaueribus mortuorum ferantur in rabiem, quorum exemplo ethnici quoque multo sanguine in sacrificijs utebantur. Posset ad longum induci, quomodo gentiles, hæretici, breuiter impij omnes canes sint, iuxta uarias canum proprie-

Exodi. 19.

Hieron.

Symbola sunt faciliora.

tates. siquidem canes uoraces sunt, libidinosi, contentiosi, æqualem non ferunt, lambunt se ipsos: quicquid uomuerint, deuorant rursus, in rabiem facile aguntur. hęc tu si uoles, applica ut lubet. Ideo nanque sicut hic eis panem prohiber, ita alibi ne sanctum canibus detur, grauiter uetuit. Paulus quoque pseudapostolos & doctores prauos, canes uocat, qui sectas faciũt, & Christianam scindunt unitatem. ita enim ad Philippenses: Videte, inquit, canes, uidete malos oparios, uidete cõcisionem. Et uecire utique canes ij sunt, allatrantes tantum euangelium CHRISTI, honestam omnem ordinationem perturbantes, uentilantes & blandientes cauda, interimq; mordentes dentibus, hæreses suas & uanissimos errores blandissimis ingerunt adulationibus, & prætextu ac fuco boni, simúlque assiduis corpus & animam morsibus impetunt, atque in rabiem aguntur quàm ocyssime. quod nunc in nostratibus neochristianis proh dolor nimium uidemus & experimur, quos etiam ideo angelus expellit, dicens: Foris canes & uenefici & impudici & homicidæ, quo nomine maxima quæque uitia per canes in sacris literis designantur, sicut dicit Isaias propheta: Canes impurissimi nescierunt saturitatem. Sed hic tu quisquis uere pius es, contemplare diligenter, quantum gratiæ tibi nobisq; adeo omnibus qui ex gentibus sumus conuocati, fecerit deus per magnam misericordiam suam. Ecce Iudæi oues erant & filij dei, imò & primogenitus Israel. & facti iam sunt canes, furiunt atrociter aduersus euangelium, latrant, mordent contra CHRISTVM, famelici in gratia & donis cælestibus, iuxta illud Psalmi: Conuertentur ad uesperam, & famem patientur ut canes, & circuibunt ciuitatem. Vicissim maiores nostri gentiles erant & ethnici, canes ideo appellati hic à CHRISTO: nos tamen per gratiam & misericordiam diuinam cum maioribus & parẽtibus nostris facti sumus filij dei, sicut & uerbum illud caro factum, potestatem dedit omnibus hominibus filios dei fieri, ijs qui credunt in nomine eius. ut iam nos quoque possimus dicere cum Daui de, Hæc illa est mutatio dextræ excelsi. Quia quod quærebat Israel, hoc non est consecutus; electio autem con-

Hęretici canes. Matth. 7. Philip. 3 Apo. 22. Judęi canes. Isaię. 56. Hieron. Exodi. 4. Psalm. 58. Johan. 1. Psalm. 76. Roma. 11.

secuta est. Tantum caueamus diligenter, ne rursus efficiamur canes per hæresim aut aliam impietatem, sicut iam ante commemorauimus. Vere enim pro diuersitate fidei ordo nominum cõmutatur, ut inquit Hieronymus.

Hieron.

3. ¶ Respõdente sic domino mulieri tam duriter, illa nõ tantum tolerauit hoc patienter in ipso tanquam Iudæo, sed ipsa quoque illud magna quadam humilitate cõfessa est, dicens: Etiam domine, nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Etiam domine, canem me confiteor, & quidem pane diuino indignam. gentilis sum, sed tu tamen, qua es erga omnes pietate, paululũ mihi gratiæ dona, ut sanetur filia mea.

Hieron.

Mira hic, ait Hieronymus, sub persona mulieris Chananitidis ecclesiæ fides, patientia & humilitas prædicatur. Fides, qua credidit sanari posse filiam suam: patientia, qua toties contempta, in precibus perseuerat: humilitas, qua se non canibus, sed catulis comparat. Indignam semet fatetur pane, indignam quæ cum patre gratiarum omnium adcumbat: tantum micas cupit sibi contingere cum catulis, tantisper dum per gratiam panes quoq; possit adsequi, confirmans in hoc domini uerbum, quomodo ipse quoque canem eam appellauerat. Et hæc, inquit

Chrysost.

Chrysostomus, subest ratio, cur dominus nec illi respõderit ante, nec apostolos pro ea interpellantes exaudierit. cur etiã ipam adeo in oratiõe perseuerantẽ & pertinacem non audierit, non quòd ei parum propicius & misericors esset, non ignarus utique se ipsam tandem exauditurum, filiamq; eius sanaturum. Verum thesaurum illum tantum fidei, patientiæ & humilitatis sciebat in pectore illius clam latentem, eum uoluit manifestari, nosq; adeo ex ipsa discere patientiam similem & humilitatem. Quo-

Matth. 8.

modo & cum centurione egit, cui promittebat uenturum se, puerumq; illius sanaturum. CHRISTVS Iudæos laudat, filios uocat. neque eo mulier mouetur, eosdem quoque dominos appellat, se uero catulum. Contrà Iu-

Johan. 8.

dæi superbiunt, dicentes: Semen Abraæ sumus, & nemini seruiuimus unquam. hinc factum est illud quod laco-

Jacobi. 4.

bus dixit: Quoniam resistens superbis Iudæis deus, gentibus humilibus dedit gratiam suam.

4. ¶ Nunc tandem post pietatem tantam, tantæq; humilitatis, patientiæ & constantiæ insignem declarationem, dominus noster IESVS CHRISTVS misericordiæ suæ radium & splendorem fulgentissimum mulieri permisit illucescere, dicens: O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut uis. Nūc manifestat IESVS causam propter quam sanationem primum distulerit, nempe ut fides & prudentia mulieris claresçat. propterea nō statim ab initio annuit CHRISTVS, sed magis illam à se amanda uit. nunc ut fides & prudentia eius manifestetur, laudat eam: Magna, inquiens, est fides tua. ob eam itaque fiat tibi sicut uis.

¶ Theophylactus hic admonet, fieri nonnunquam ut sanctis pro nobis intercedentibus non exaudiamur: ipsi autem pro nobis orantes, deinceps exaudiamur. Eius rei causam hanc refert Glossa, quòd deus nos in orationibus nostris constanter uult perseuerare, ne torpeamus simul & tepescamus, dum omnia orantibus pro nobis sanctis dei reciperemus. Chrysostomus hic dicit: Quemadmodū pro seipsa mulier orauit, ita & dominus respondens non dixit, filia tua sanetur, sed fiat tibi sicut uis. fides etenim tua maiora quàm petis posset impetrare, sicut & Sapiens dicit, Desiderium suum iustis dabitur. Fides autem quantum habeat meriti, uirtutis & efficaciæ, Paulus ad Hebræos scribens, satis testatur. Tu uide homilias de fide. Hic tamen aperte satis patet, quomodo tanta fuerit fidei huius uirtus, ut dæmonium expulerit à mulieris huius filia, etiam absente, ut iam non mireris fidem ecclesiæ sanctæ, quæ communis est parens omnium nostrum, posse efficaciter eiscere dæmonium ex infantulo, dum exorcizatur ante baptismum, quando simile factum hic est in fide mulieris: quia iis uerbis datur nobis exemplum catechizandi & baptizandi pueros, quoniam hæc mulier non ait: domine, salua filiam meam, sed, miserere mei & adiuua me. Hinc etenim descendit consuetudo in ecclesia, ut fideles pro suis paruulis fidem deo promittant, quādo ipsi non sunt tantæ ætatis & rationis, ut per se fidem promittere deo ualeant: quatenus sicut fide istius mulieris sanata est filia eius, ita & fide uirorum catholicorum peccata

Theoph.

Glossa.

Chrysost.

Prouer. 10.

Hebr. 11.

Exorcismus.

Remigius

Fiat. paruulis relaxentur. Porro hac particula, fiat, Christus deitatem suam declarare uoluit: quo uerbo qcquid uspiam est in mundo, omnipotenti sua uirtute creauit deus,

Gene. 1. sicut prima statim Genesis testatur historia. Hæc quoque historia quamuis re uera ita ut legitur, creditur esse facta, doctorum tamen sententia mysticum aliquid & spirituale designat, ad eruditionem nostram: quod quando cuique pro suæ gratiæ dono cotemplari facile est, breuiter tamẽ

Beda. idipsum libet ex sentẽtia Bedæ explicare. CHRISTVS reprehensis Pharisæis, in fines secessit gẽtilium. Eodemq;

Actuũ. 13. modo deinde post passionem suam apostoli dura & obstinata Iudæorum pectora derelicturi erant, & gẽtibus prædicaturi. Atq; ideo dicit euangelista, Mulier Chananæa à finibus illis egressa. Egredi siquidem oportebat gentiles & de finibus suis, & errores pristinos deserere, si modo gratiam nouæ fidei erant recepturi. Quomodo

Galat. 1. & Paulus conuersus iam ad dominum, & Christianus factus, proficiebat supra multos coætaneos suos. Mulier itaque hæc, totam ex gentibus congregatam designat ecclesiam: illius filia ægrota, quælibet est anima peccatrix. Gentes autem idololatria male uexabantur à diabolo, qui pro suo arbitrio tunc cum hominibus agebat omnia. pro suis igitur membris orat ecclesia, ut illuminentur intrinsecus à deo: qui quamuis errantes non statim illustrat gratia sua, perseuerandum tamen est constanter, clamandumq; ad dominum, & usq; adeo etiam intercessio sanctorum in letanijs imploranda (ubi obserua usum

Letanię. letaniarum etiam tempore Bedæ fuisse, cõtra neochristianos) ut ipsi pro illis de cælo clament ad dominum, randemq; sic uel alienis saltem precibus ecclesia exaudiatur. Neque uero aliter quilibet homo agnoscens animam suam peccatis infectam, currens ad dominum, clamet: Domine, miserere mei, quia filia mea, anima illa mea, miserè torquetur à dæmonio. Idq; adeo nobis, hoc præcipue tempore faciendum est, cum nosmetipsos reconciliare debemus deo, & adeo mũdi eẽ ac iam recẽs ex baptismo essemus egressi. Profecto enim si modo nos in oratione constanter perseuerauerimus, nec aberit, nec discedet à nobis gratia dei, quæ omnia commissa & peccata nostra

emendet, immunda sanctificet, turbulenta omnia serenet: quoniam fidelis est & iustus deus, ut peccata nobis nostra dimittat: nosq; ab omni malitia expurget, dummodo sedula uoce clamauerimus ad eum, qui uiuit & regnat in unitate spiritus sancti, per secula, Amen. 1. Johan. 1

Adde huc articulum de confessione, pœnitentia aut oratione siue ieiunio

DOMINICA TERTIA QVADRAGESIMAE EVANgelium Lucæ XI.



IN illo tẽpore: Erat Iesus eiçiens dæmonium, & illud erat mutum. & cũ eiecisset dæmoniũ, locutus est mut⁹, & admiratę sunt turbę. Quidam aũt ex eis dixerũt: In Beelzebub principe dęmoniorum eiçit dęmonia. Et alij tẽtantes, signum de cælo quærebant ab eo. Ipse autem ut uidit cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnũ in se diuisum, desolabitur, & domus supra domũ cadet. Si aũt & satanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnũ eius, quia dicitis in Beelzebub me eiçere dæmonia? Si autẽ ego in Beelzebub eiçio dæmonia, filij uestri in quo eiçiunt? Ideo ipsi iu- Mat. 9. 12 Matth. 12 Marc. 3. Matth. 12. Marc. 3.

dices uestri erũt. Porro si in digito dei eĳcio dæmonia, profecto peruenit in uos regnũ dei. Cũ
Matth. 12 fortis armatus custodit atriũ suum, in pace sunt ea quæ possidet: si autẽ fortior eo superueniens uicerit eũ, uniuersa arma eius auferet in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. Qui nõ est mecum, contra me est: & qui non colligit mecũ, dispergit. Cum immũdus spiritus exierit de homine, ambulat per loca inaquosa, quærens requiẽ: & nõ inueniẽs, dicit: Reuertar in domum meam unde exiui. Et cũ uenerit, inuenit eam scopis mundatam. Tunc uadit & assumit septem alios spiritus secum, nequiores se, & ingressi habitant ibi. Et fiũt nouissima hominis illius peiora prioribus. Factum est autem cum hæc diceret, extollens uocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus uenter qui te portauit, & ubera quæ suxisti. At ille dixit: Quinimo, beati qui audiunt uerbum dei, & custodiunt illud.

HOMILIA PRIMA.

PLurimum iam negocĳ diabolo incumbit, charissimi. siquidem quo sanctiora sunt magisq; ad pietatem nos monent tempora, eo plus laboris ipsi imminet. Videns itaq; nunc quoq; pctõrem sibi rimam, qua elabatur, quærere per pœnitentiæ sacramentum, nullũ omnino relinquit lapidem intentatum, quin moueat ad impediendum illum. Peculiariter uero conatur os ei obstruere, ne confiteatur, uel non satis integre, sed & uolens sciensq; aliquid omittat, & sic in potestate sua perma
Ecclesia. neat. Id autem nos cauere ac prospicere admonens eccle-

sia, proponit hoc euangelio hominem istum obsessum, & eundem quoque mutum, à quo quamprimum expulit Christus dæmonium, cœpit homo hic loqui, in exemplũ omnibus nobis, ne nos nimiũ ab hoc muto dæmonio obsideri sinamus: sed expulso illo, loquamur in confessione peccatorũ nostrorum, ut sic gratiam dei in potestate clauium sacerdotis adsequamur, filij dei effecti, filij inquam iustitiæ, filij salutis æternæ. Verum nos iam ipsum euangelij contextum adsumentes, excutiamus sicut sancti doctores interpretati sunt. Nam qui de suo aliquid adsuentes, noua comminiscuntur, & populo proponunt, plerũq; capitoso suo cerebro aguntur à diabolo, ut somnia, propria iactantes, facilius imponant simplicioribus. Vnde admonentur omnes non recedere uel unguem latum à patribus illis, cũ quibus si sentiant, sciant se nõ aberraturos.

¶ Consideranda hic principio nobis est regula beati Augustini, An non simile quiddam scriptum alicubi in euangelio contineatur. Ingressi itaq; canones Eusebij, canone quinto uidemus Matthæum quoque idem hoc miraculum descripsisse. ex utroque igitur euangelista medullam ueri intellectus consideremus. Obseruandum autem primum statim est, quod Matthæus dicit, oblatum CHRISTO fuisse hominem dæmonium habentem, in quo fides & pietas offerentium illum designatur, sicut in Luca cum paralytico. Quæ fortiter euincunt (contra neo christianos) & bonum esse & salutare, ut quis mediatores pro se habeat & intercessores apud omnipotentem deum. Væ enim homini qui semet solatio tanto auxilij mutui priuat. Qua de re plura in homilia de intercessione sanctorum.

Augustini regula.

Matth. 12.

Luc. 5.

2. ¶ Matthæus quoq; dæmonio obsessum illum fuisse refert mutum simul & cæcum, hinc est quòd Hieronymus ait tria signa simul in uno homine esse perpetrata, quando & cæcus uidit, & qui mutus erat locutus est, & obsessus à dæmone liberatus. Eius rei rationem Chrysostomus referens, inquit: O pestiferam dæmonis astutiam. utrãq; uiam occupauit atq; obstruxit, quibus ille erat creditur, uisum scilicet & auditum, quas tamen ambas uias Christus reserauit. Et quod ibidẽ corporaliter factum est, idẽ

Hieron.

Chrysost.

Beda. etiam hodie Beda spiritualiter fieri refert in conuersione fidelium, ut expulso statim diabolo, qui cæcus ante fuerat, lumen uideat fidei, mutáque ipsius aperiantur labia ad laudem dei & confessionem peccati. Hinc autem potestas apparet diaboli, si modo illi permittatur à deo, ut animum quoque hominis, si uelit, insanum reddat & furibundum, ipsumq; hominem cæcum, mutum & surdum faciat. quod non latuit & Iob, dicentem: Quoniam nõ est potestas super terram quæ comparetur ei.

Iob. 41.

2. ¶ Lucas tantum eiecisse refert dominum dæmonium quoddam, & illud mutum. mutum ab effectu, quòd hominem quem possidebat, reddiderat mutum. Neque hoc rarum erat in ueteri testamento, ut homines à dæmonijs obsiderentur, quando tunc longe plus potestatis habebat diabolus in hominem, quàm nunc in nouo testamento tẽpore gratiæ, quo CHRISTVS illi superato, potestatem quoq; ademit plurimam. Eiecto itaq; iã dæmonio, & loquutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ. Vbiq; hoc ex uniuerso euangelij contextu liquet, quàm ualide & potenter CHRISTVS spiritus eiecerit immundos, sicut & Iohannes testatur: In hoc apparuit filius dei, ut dissoluat opera diaboli. Quod in Genesi quoque figuratum erat, quando Sara dicebat ad Abraam:

Obsessi plurimi.

1. Ioh. 3.

Gene. 21. Eijce ancillam & filium eius, hoc est, eijce lasciuiam & concupiscentiam malam, eiúsque filium diabolum. Expulso iam dæmonio, locutus est mutus, in signum & testimonium ueri miraculi, non phantasmatis suspicionem. sed iuxta euangelium Matthæi, uidit ille quoque. Vnde infelices & nimium duri colligere debebant pharisæi, & Messiam ipsum esse, & hæc iam aduenisse tempora, de quibus Isaias dudum prædixerat: Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut ceruus, claudus, & aperta erit lingua mutorum. Diligenter hic expendunt doctores, linguæ usum datum homini ad tria, ad laudem dei, ædificationem proximi, & confessionem sui. Et quandocunque diabolus hominem peccatis obruerit ita, ut hæc tria non operetur in lingua sua, dici potest, possideri eum à diabolo, mutumq; effectum. id autem omne fit per innocenti-

Isaiæ. 35.

Linguæ usus.

am, auaritiam & ſuperbiam. ſiquidem & illud quod aliquis peccata nonnulla in confeſſione celat, ex ſuperbia prouenit, dum uideri ſe non uult coram ſacerdote peccatorem tantum. Hoc modo quiſquis à diabolo poſſideri ſe ſentit, eiicere illũ à ſe cõmodius non poteſt, niſi oratione ſedula, ſicut Dauid arcebat ſpiritum huiuſmodi à Saule p citharã ſuã. cithara autem hæc beneplacita eſt deo, ut extẽſis animi tui fidib⁹ pſallas corã deo, orãs cũ oñi fidutia. 1. Reg. 16.

¶ Super hoc iam miraculo admiratæ ſunt turbæ. Admiratio autem, ut inquit Chryſoſtomus, uia eſt ad credẽdum: quoniam qui miraculum ex ipſa dei omnipotentia conſiderat, animo ſuo eleuatur: & ſic dum illam intentus expendit, ædificatur in fide. Id plerunque turbæ fecerunt ſimpliciores, uerum maligni & in malitia ſua excæcati phariſæi, hoc in ſiniſtram partem ſemper rapuerunt. Matthæus quoque turbas dixiſſe refert, Non hic eſt filius Dauid? quibus uerbis ſignificare uoluerunt utique, Meſſiam ipſum eſſe in lege promiſſum. Chryſoſt. Marc. 7. Matth. 12. Johan. 6.

3. ¶ Mentionem eorũ quoq; facit euangeliſta, qui hãc admirationem turbæ in calumniam rapuerũt, conati miraculum illud tantum reprehendere ſimul & contemnere. Non tamen hoc iuxta ſententiam Bedæ fecerunt ſimplices, ſed ſcribæ tantum & phariſæi, qui nitebantur etiam negare miracula Chriſti; & ſicubi negare nõ poterãt, nitebãtur aliis uiis ſupprimere. idq; in hoc iam quoq; euãgelio duobus modis. fuerunt enim qui factum hoc magnum quidem ducerent & admirandum, ſed tamen Chriſto non attribuebant quaſi ipſe id propria tum uirtute fecerit tum poteſtate, ſed in Beelzebub, ueluti miniſterio ſpiritus cuiuſdã familiaris, ſicut & apud Matthæũ feciſſe leguntur & dixiſſe: In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia. quando enim miraculum culpare nõ poterant, cauſam illius conati ſunt reprehendere. Beelzebub autem, inquit Hieronymus, idolum eſt Accaron, quod uocatur in Regum uolumine idolum muſcæ. Beel ipſe eſt Bel ſiue Baal, zebub autem muſca dicitur. Principem ergo dæmoniorum ex ſpurciſſimi diaboli appellabant uocabulo, quod muſca dicitur propter immunditiam, quæ exterminat olei ſuauitatem. Bedæ. Matt. 9. 12. Hieron. 4. Reg. 1.

¶ Glossa porro quiddam apertius insinuat, referens q̃. niam Ninus patri suo Belo statuam erexerit, quò uelut ad asylũ cucurrerint omnes, qui sibi criminis alicui⁹ erant conscij. un de factum est hominũ superstitione, ut honores illi cœperint exhibere diuinos, quod uidens diabol⁹, sese statuæ insinuauit, indeq; respõsa dedit, quæ prima fuerit idololatria ibidẽ orta, deinceps per uniuersum mũdũ dispersa. Tamen quod hic Glossa de patre narrat, de filio refert Sapiens, q consimile quiddã de idololatriæ origine scriptum reliquit, dicens: Neque erãt ab initio, neq; erunt in perpetuum. Vbi notabile hoc est, quòd quẽadmodum nulla fuit ante diluuiũ idololatria, ita aliquando desitura est tota: quamuis nunc quoque ex bona parte cessauit, qñ iam nec Turcæ, nec Persæ sunt idololatræ. siquidẽ Aethi opes & Turcæ non adorant Mahometum suum pro deo, sed magno amico & propheta dei. Sequitur hinc in Sapiente: Acerbo luctu dolens pater, rapti cito sibi filij fecit imaginem: & illum qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tanquam deum colere cœpit, & constituit inter seruos suos sacra & sacrificia. Deinde interueniente tẽpore, conualescente antiqua consuetudine, hic error tanquã lex cõstitutus est, & tyrannoꝝ imperio colebãtur figmẽta. Habes hic idololatriæ originẽ ex sacris literis. nos aũt ad Glossam, unde digressi sumus, reuertamur. A Belo isto multis deinceps in locis idola Bel & Baal appellari cœperunt. Iudæi autem uelut illudentes idolum, Beelzebub uocârunt, principem muscarum, quoniam muscæ plurimæ circum illud uolitabant. Hieronymus quoque super Habacuc, testatur serpentem istum à Iudæis Reseph dictum, qui primos nostros parentes tentauit in paradiso, tentasse etiam in deserto Christum.

Sapi. 14.

Idololatriæ origo.

Hieronym. Habac. 3.

4. ¶ Expende etiam hic, quanta ista fuerit blasphemia, CHRISTVM summi dei filium, insimulare communis cum diabolo consortij, imò ex ipso deo diabolum uelle facere. neque enim aliud erat quod apud Marcum docebant, insanum eum esse & habere in se Beelzebub, atq; ideo in principe dæmoniorum eijcere dæmonia. qd tñ q̃modo declinet dominus, statim audiemus. Magi nanque

etsi impediunt ne dæmonium extrinsecus hominem offendat, illud tamen ex anima hominis nõ efficiunt, quod potenter feciſſe dominum uidemus, qui homines corpore simul & anima curauit, dum eos à morbo & ægritudine naturali sanauit, unde & dicebat, Totum hominem sanaui in sabbato. Joh5.7.

¶ Nunc quoq; aliorum mihi malitiam considera, qui miracula Christi depressuri, pro nihilo illa reputare uolebant, petentes signum de cælo. Signorum, inquit Beda, aliquod è cælo quærebant, cuiusmodi aliquãdo facta fuerant à prophetis, sicut Moyses columnam igneam cęlitus exhibuit populo ex Aegypto proficiscenti, sicut Samuel mugire fecit tonitrua messis tempore, in ea regione qua id solitum fieri non erat, sicut Elias è cælo euocauit ignẽ super sacrificium: & alibi, quando ignis de cælo descendens, consumpsit duos quinquagenarios. Similiter cum canentibus Ionatha & sacerdotibus, ignis de cælo incendit sacrificium. Et quando sol pugnante Iosue stetit, uel ægrotãte Iezechia retrocessit. Verum in hoc isti tantum tentabant dominum, qui si tale aliquod miraculum maxime exhibuisset, culpatum tamen ab eis fuisset, tantum abfuit ut crederent, sed uel uariæ operationi ipsius naturæ uel diabolo attribuissent. Beda. Exodi.19. 1.Reg.7. 3.Reg.18. 4.Reg.1. 1.Mach.1 Josuę.7. Isaię.38.

¶ Quod si hic quæris, an dæmones quoq; operari possint miracula, quando hic miraculorum effectum principi dæmoniorum attribuunt, respondeo id fieri posse nõ minus, quàm Antichristus quoque multa miracula facturus est: sed miracula, teste Paulo, mendaciorum tantum. Et tamen quia potestas diaboli qualiber alia super terrã maior est, fit ut multa possit ille super communem naturæ cursum operari. ideóque & Augustinus ait, per magiam sæpe facta esse miracula æqualia iis que ministri dei faciunt, sicut in Exodo habes de maleficis Pharaonis, Iannes & Mambres. Cæterum quando dicit ille pseudoprophetas multa signa & prodigia facturos, admonet utique ut intelligamus quædam miracula etiam sceleratos homines facere, qualia sancti facere non possunt, nec tamen ideo potioris loci apud deum esse arbitrandi sunt: & ita uult plus commendari sanitas ab operibus iustitiæ, quàm 2.Thessa.2 Job.41. Augustin. Augustin. lib.83.q.

à miraculis. Verum omnia hæc istorum signa sunt mendacia, quando non in honorem & gloriam dei dirigunt, sed plerunq; uelut præstigia exhibentur, oculis hominũ imponentes: ut ea quis magnum quid esse putet, cum nihil sint: aut si quid etiam esse constat ex efficaci dæmonis potestate, non tñ cedunt in cõmodũ hominis, cuiusmodi ridiculum hoc est quod Apollonius Tyaneus arbores ambulare faciebat & statuas loqui.

Philostratus.

¶ Tale est, cum diabolus tempestates aeris concitat, nõ ignarus naturæ & operationis elementorum, neq; inscius quomodo materiam pluuiæ grandini faciendæ attemperet. Eius generis est, quod & potuit diabolus homines uariis morborum generibus debilitare, quos deinceps ad idola currentes, sola nocumenti ablatione curasse uisus ẽ. Quæ omnia non uera sunt miracula, quoniam non fiũt potestate aliqua supernaturali. uel enim diabolus hoc q̃d agit, per deceptionem & uanam impostura facit, uel ex naturalibus causis: deus autem etiam naturæ moderator & dominus est, adeo ut creaturæ omnes omnipotenti suo uerbo parere cogantur sine ulla ulteriori ordinatione. quo modo uerum est illud prophetæ, Qui facis mirabilia solus. Hæc eo libuit explicare diffusius, quòd plerunq; homines siue adeo simplices, siue nimiũ stolidi admirari solent maleficos, qui faciunt ut equum simul cum quadrigis quis deuoret, atq; instar Antichristi, homines quoq; armatos ex aquis proferat. Impostura & uanitates meræ sunt ad decipiendos Christianos, quoniam miracula ista (si modo sunt hac appellatione digna) nec ad gloriam dei, neq; ad hominum faciunt ædificationem & salutem. Quid quòd ij etiã qui has nugas tractant, plerũq; pauperrimi sunt? & ubiq; habitantes, nusquam habitant omnia perluſtrantes, omnes alios decipientes, ipsi penè fame misere depereunt. Hoc autem certum habe, si quem dñs hoc iam tempore ad pœnitentiã, cõfessionem & emẽdationem uitæ uocat, ut mutũ ab eo dæmoniũ efficiatur, opus maius est omnibus omnium maleficorũ præstigijs: imò non minus est impium iustificare, quàm creare cælũ & terram. Hæc uobis considerandà sunt charissimi, ut qui nondum gratiam dei impetrârunt, adhuc deum orẽt ꝙ

Psalm. 71.

Lactanti.

Augustin.

expulsione dęmonij muti, pro compunctiõe cordis: qui uero tam confessi gratiam dei habent, loquantur cũ hoc muto, benedicant & laudent dominũ, gratias agant illi qui est benedictus in secula, Amen.

HOMILIA SECVNDA TERTIAE dominicæ in Quadragesima

DOminus noster Iesus Christus eiecit dæmonium mutum, admiratæ sunt turbæ, calumniati statim sunt pharisęi, dicentes illum ex diaboli facere potestate. Quem adfectum cognouisse Christum cum audis, duo obserua: alterum, quòd quia imprudentissima erat talis cogitatio, isti etiam timore multorum perterriti, nõ ausi fuerunt in publicum efferre, sed mente secum assidue uersabant: alterum, quòd occulta cognitione cogitatuũ Christus euidens suæ demonstrauit diuinitatis argumentum, quoniam prauum, inquit Ieremias, est cor hominis & inscrutabile. quis cognoscet illud? ego dominus scrutans cor & probans renes. sic Dauid quoq; dicit, domin⁹ probat renes & corda. domin⁹ etiam ipse ad Samuelem, Homo uidet ea quæ patẽt, dominus autem intuetur cor. Respondit autem dominus (ut ait Hieronymus) cogitationi, non sermoni illorum, si qua ratione mouere eos posset ad credendum omnipotentiam & uirtutem suam, quoniam ipse & occulta cogitationum cognosceret, quod opus est soli deo proprium, sicut & Dauid ad Salomonem dicebat: Omnia corda perscrutatur dominus, & uniuersas mentium cogitationes intelligit. Cogitationes cordium ipsorum rationabilibus causis dominus refutauit, nõ tamen exprobrans, neq; dicẽs, Huiusmodi quiddã cogitatis in cordib⁹ uestris, ꝙd alibi apud Matthæũ ipsum fecisse legimus, cum diceret: Quid cogitatis mala in cordibus uestris? similiter in Marco & Luca. Vnde discendũ est prædicatori, ne temere aduersus magistratus & potentiores dicat, q̃ hinc plerunq; mala emergunt, in quo peccare nunc grauiter uulgus neochristianoꝝ uidemus, dũ ardẽter plebẽ aduersus utriusq; ordinis seu cõditiõis magistratũ accẽdũt, inique satis & improbe, qm̃ ei⁹ rei nullã

Chrysost. Jere. 17. Psalm. 7. 1. Reg. 16. Hieron. 1. Par. 28. Matth. 9. Marc. 2. Luc. 5.

habent in sacris literis cõmissionem. Vitia quidem & odisse, ut ille ait, & aduersus ea inuehi debet prędicator: eorum modo, ratióq; moderatione, ut quicquid dicit, ad hominum faciat emẽdationem. Ecce enim cum soli penè cũ
Watth. 23 Christo essent pharisęi, absente populo, duriter adoritur eos dominus, & de mala cogitatione increpat: hic uero præsente plebe, ne meminit quidem alicuius mala cogitantis, quo minꝰ animos uulgi cõcitaret aduersus ipsos.

¶ Ita Paulus suum quoq; docuit Timotheum: Seniorẽ
2. Timo. 5. inquiens, ne increpaueris, sed obsecra ut patrem. Regulã hanc si secuti Lutherani fuissent, reliquos & superstites adhuc iam haberemus multos bonos uiros, quorum plu-
Anno. 1525 rima millia sic misere in tumultu rustico perierunt, culpa & uitio prædicatorum peruersorum & deprauatæ doctrinæ. uerum illi quando corpora perdiderunt, animã tamen saluam faciat deus in diem iudicij.

¶ Admirari etiam quis hic posset, quando Christus in sua tentatiõe diabolum sacrę scripturæ telis à se abegit, cur non idem hic quoq; cum pharisæis fecerit, quorũ co-
Cyrillus. gitationes rationibus firmis fortiter infregit. Huic sane respondeat Cyrillus, dicens nõ attendisse ipsos, falso eas exponentes, ideoq; ex ijs respondit quæ cõmuniter acci-
Johan. 5. dunt. Plerunq; alias antehac scripturas eis proposuerat, quas & scrutari eos serio iussit, sed frustra hæc oĩa. nam q; dum illas ad sinistrũ sensum torquere semper conabãtur, quod nunc quoq; faciunt Iudæi in declinandis scripturis, quæ de Messia aperte sunt scriptæ, si quomodo fucum prætexerent, quasi aliò referantur. Ideo nunc maxime sapientia dei patris omisso sacrarum literarũ testimonio, probabilibus rationibus, & eiusmodi quibusdam, quæ in rebus humanis accidũt quotidie, cogitationes eorum refutauit. ipse enim scit cogitationes hominum, qm uanæ sunt.

2. Primam nunc mihi cognoscite causam, quamobrem
Psalm. 93. uana fuerit istorum cogitatio. Omne, inquit dominus, regnum in se diuisum, desolabitur. Quoniam & Hieronymus hic post Salustiũ dicit, concordia res paruas crescere, discordia etiam maximas quasq; dilabi. Verum est etenim & certum, bonis legibus & ordinatione sana respublicas

& politias ciuitatum retinere: ubi quamprimum discordiæ seminarum aliquod pullulârit, statim omnis quę bona fuerat, perit ordinatio, unde q̃modo non sequeretur destructio & desolatio miseranda? Posset hoc historijs uetterum innumeris dilatari. Quis Turcam hostem, imò canem sæuissimum trans mare adduxit? nonne duorum imperatorum Constantinopolitanorum dissidium, quando alter ex Turca quærebat auxilium? (Anno 1380.) Quis præterea tributariã Turcæ Cyprum effecit? regũ discordia. Quis insuper Turcam Rhodum adduxit? nunquidnõ Cancellarij istius ambitio, qui magnum non adsequutus erat magistratum? Ita nobis faueat Christus, ut non hæc quoq; dissensio in Vngaria aliquid mõstri alat, magnum det aliquando malum. Sic dicit Isaias: Tumultuabitur puer contra senem, & ignobilis cõtra nobilem. Et sequitur: Ruit Ierusalem & Iudas concidit. En hic dissensionem Iudæorum, totius regni miserandum sequitur excidiũ. tãta autẽ semper fuit inter Iudæos discordia, ut obsidentibus iam Hierosolymam Vespasiano & Tito, dissensiones inter se mutuas sint meditati, autore Iosepho. Eodẽ plane modo nobis quoq; eueniet: quia ante imperij Christiani excidium, tantum discordiarum & bellorũ erit inter Christianos, ut uniuersum tandem nostrum corruat pereatq; regnum, id prædicẽte etiã Christo: Surget gens contra gentem, & regnum contra regnum, bella quoq; erunt & sedi tiones. An non hæc uobis iamiam adpropinquare tempora uidẽtur, de quibus uaticinatus est Christus? Aut quis unquam uel uidit uel audiuit, in quo tot natiões, proceres, principes, reges, breuiter, innumeræ omnis generis hominum congregationes fuerint conuolutæ & implicitæ, sicut in hoc bello quod per uniuersam annis iam aliquot grassatur Italiam? Sic utiq; etiam filij Ammõ & Moab, quũ inter seipsos seditionem concitarent, corruentes, mutuis q̃q; trucidati periere uulneribus. Quid igitur obstat, quin rectissime dixerit hic dominus, Omne regnum in se diuisum desolabitur, & domus supra domũ cadet? hoc est, unius dissensionis secta & pars super aliã. Ita Isaias quoq; de Ierusalẽ: Videbitis, inquit, in die illa scissuras ciuitatis Dauid, quia multiplicatæ sunt. Si autem & satanas in seipsum

Turcæ.

Isaiæ. 3.

Li. 6. c. 10.

Matt. 24. Lucę. 21

Bellũ Mediolanen.

2. Par. 20.

Isaiæ. 22.

diuisus est, quomodo stabit regnum eius, quia dicitis in Beelzebub me eijcere dæmonia? sic Oseas etiam ait: Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Verum sathanas sibi ipsi aduersarius non est, quando alius alium in malignitate etiam fortiter adiuuat. non consistit itaq; quod uos cogitatis, me in Beelzebub eijcere dæmonia. Agnoscite itaq; & considerate latentem in me diuinam uirtutem, in uno illo & indiuiso regno dei.

Osee. 10.

3. ¶ Alio iam argumento cõtra Iudæos utitur Christus, dicens: Filij uestri dæmonia eijciunt, non tamen in uirtute Beelzebub, & ego igitur idem hoc nulla diaboli facio potestate. Sunt qui putent hic Christum intellexisse exorcistas templi in Ieruſalem, qui per nomen dei dæmonia eijciebant, quod hic Hieronymus & Beda commemorant. Multa etiã fabulosa extant de exorcismis & adiurationibus regis Salomonis. Ego uero declarationem istam missam hic facio, quando & mihi nec uerisimile uidetur, nec fidem magnam facit, potuisse tunc Iudæorum ministros in templis suis eijcere dæmonia. profecto enim si id fecissent, quid opus erat turbas adeo mirari, q̃d Christus iam uelut nouo miraculo cũ suis dæmonia eijciebat? Quid quòd ipsum etiam Iudei exprobrassent domino, q̃d non ideo filius Dauid esset siue Messias, quoniam alij quoque Iudæi idem hoc possent? Sed & tam obdurata erãt ceruice, imò & cæcitate tãta, ut prohibuissent quoq;, ne quẽpiam hominem obsessum Christo adducerẽt. Hinc omnino fit, ut persuadear magis accedere alteri sententiæ Chrysostomi, Cyrilli, Hieronymi & Bedæ, dicere q̃ Christum hic per filios apostolos suos intellexisse, & eos qui in nomine suo eijciebant dæmonia. Iam etenim Christus discipulos suos ablegârat, data illis potestate eijciendi dæmonia. unde & ad ipsum deinceps reuersi, dæmonia iam sibi obedire dicebant. Quamuis & alij quoq;, qui nec Christi erant discipuli, nec ipsum sequebant, dæmonia eijciebãt, sicut & Iohannes ad Christum dicebat: Præceptor, uidimus quendam in nomine tuo eijciẽtem dæmonia, & prohibuimus eum, quia non sequitur nobiscum. & ait ad illũ Iesus: Nolite prohibere, qui enim non est aduersum nos, pro nobis est. De ijs iam nunc quoq; loquens Christus, di-

Hieronym. Beda.

Exorcistæ.

Chrysost. Cyrillus. Matth. 10

Luce. 10.

Luce. 9.

cit: Filij uestri in cuius potestate eijciunt dęmonia? Perspi cis hic, inquit Chrysostomus, quàm mitis sit sermo. non dixit, discipuli mei aut apostoli, sed filij uestri: ut siquidē ad eandem cum illis animi nobilitatem uenire uelint, magnam hinc opportunitatem atq; occasionem nanciscantur: sin uero id facere recusarent, ecce quàm statim pœna sequitur, ipsi iudices uestri erunt: ij inquam quos nostis, qui è uobis nati sunt, sub uobis educati, dæmonia eijciūt in nomine meo, nō in Beelzebub. Desinite iraq; mala hęc cogitare in cordibus uestris. aut quomodo suspicamini me in Beelzebub pellere dæmonia, cum idem hoc nō cogitetis de discipulis meis, qui & ipsi in nomine meo eijciunt? Tantum abest ergo ut euadatis supplicium, ut cruciatu etiam maiori torquendi sitis, discipulorum meorum iudicio. Chrysost.

4. ¶ Ecce in tergo statim peccati pœnam. Ipsi iudices uestri erunt, quia enim è uobis nati mihi obediunt, iudices uestri erunt in die nouissimo. Non tantum sicut Niniuitæ & regina Saba, sed ut adsessores magnifici, iudicabunt & ipsi uniuersum mundum, iuxta illud domini promissum: Amen dico uobis, quòd uos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & uos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Certum est, apostolos quoque testimonium daturos domino aduersus malignitatem Iudæorū, quoniā sic de eis scribit Isaias propheta: Vere uos testes mei, dicit dominus. & sicubi illos tanquam simplices ex uulgo homines & imperitos contemnere uoluissent Iudæi, ecce hic magnificentiam, amplissimam dignitatem, & splendidissimum honorem eorundem dominus aperit, dum iudices eos futuros ostendit: quod & Paulus declarauit ijs uerbis, dicens: Iudicabit id quod ex natura ē præputium, legem consummans, te, qui per literā & circuncisionem præuaricator legis es. Lucę. 12. Matth. 12 Matth. 19 Isaię. 43. Roma. 2.

¶ Refutata iam ratione ualida aduersantium Iudæorū cogitatione, ex altera porro parte concludens dominus ait: Si in digito dei eijcio dæmonia, profecto peruenit in uos regnum dei. per dei digitū nō est quod aliud intelligas, quā significationē uirtutis & spiritus dei, quomodo Lucę. 11.

Exodi.8. & malefici Pharaonis dicebant, esse hic digitum dei, hoc est, tum potentiæ, tum spiritus diuini manifestationem.

Matth.12 Hinc Matthæus quoq; clarius dicit: Si in spiritu dei eiicio dæmonia, quoniam spiritus sanctus in dæmoniorum expulsione arguitur magnæ esse & uirtutis & gratiæ. Atq; omnino sicut digito rem aliquam demonstrare soiemus, ita uirtutem & omnipotentiam dei miracula monstrant atq; arguunt. Habent igitur hæc uerba, & continent in se grauem quandam non institutionem tantũ, sed & correptionem Iudæorum, quasi diceret dominus: Quid cogitatis iniquissimi in cordibus uestris, q̃ in Beelzebub eiicii dæmonia? digitus hic dei est, uirtutis diuinæ magna & insignis manifestatio, quam & malefici Pharaonis cognouerunt, & uos cognoscere erubescitis, siue contemnitis?

Beda. Beda concludit hic, manum & brachium dei, filium esse: digitum uero illius, spiritum sanctum: quoniã sicut digitis nostris dona expendimus, ita & spiritus sanctus gratiæ suæ munera fidelibus impertitur, ut iam rectissime digitus ille dei uocetur, teste etiam Paulo ad Corinthios.

Lucę.1 Augu.de-quę.euan. 1.Cor.12.

¶ Postremo, manifeste Iudæis declarat dominus, quid illis commodi, quid fructus prouenturum esset, si uera cõstantiq; fide crederent Christum in digito dei, ipsoq; adeo spiritu sancto eiicere dæmonia, cũ ait: Quia peruenit in uos regnum dei. Regnum illud, utiq; gratiæ, regnum fidei, regnum, inquam, euangelicum, imò Christus ipse, regnum hoc scilicet in uos peruenit, regnum istud quod

Lucę.17. & intra uos est. Cumq; diabolus tanto hactenus tempore regnârit in mundo post lapsum Adæ, usq; adeo etiam ut homines totos obsideret, nunc demum, dæmonia me eiiciente, peruenit utiq; in uos regnum dei, dum ille iam per me regnat in bonis, pulso diabolo, peruenit, inquam in uos regnũ fidei, unde regnũ acquiratis salutis æternæ.

Hieron. ¶ Vel etiam hoc illo cælorum regno seipsum iuxta Hieronymi sententiam significat, de quo in alio loco scriptum est: Regnũ dei intra uos est. Vel certe illud regnũ, quod & Iohannes & ipse dominus prædicauerant, pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum,

Matth.3 Est & tertium regnum scripturæ sanctæ, quod auferetur

Matth.21 à Iudæis, & tradetur genti facienti fructus eius. Hic iam

uidere licet immensam spiritus sancti & ineffabilem maiestatem, cum quo simul in nos peruenit regnum dei. Vbi considerandа nobis proponitur mitissima CHRISTI benignitas, qui quàm salutaribus monitis Iudæos perducere conatus est ad fidem, & ne tanta miracula diabolo ferrent accepta. quasi dicere uellet: Cur in beatitudine uestra tanto mœrore turbamini? cur aduersus uestram salutem arma confertis? Cur miracula quæ in uestrum commodum facio, contemnitis? Ecce si in digito dei eiscio dæmonia, iamiam in uos peruenit regnum dei, iam præsto adest gratia illa dei, quam tantopere tot retro seculis maiores uestri & uos summis uotis exoptastis. Itaq; cõtra cõmodum, salutem & honorem uestrum nolite cõtendere, nolite malignari, ne sitis ipsi cõtrarij uobis, iam in uos peruenit regnum dei. Id adeo nobis concedat dominus noster Iesus Christus, Amen. Chrysost.

HOMILIA TERTIA
tertiæ Dominicæ in quadragesima.

EIecit dominus dæmonium ex homine, admiratæ sunt turbæ, pharisæi autem non sine contemptu in sinistram partem rapuerũt, suspicantes in Beelzebub eum hoc facere. Suspicationem hanc & malignam cogitatiõem dominus refutauit, ratiõibusq; firmissimis reiecit. Primum, cum dixit: Quoniam omne regnum in se diuisum, desolabitur. ideoq; dæmonium unum alterũ non expellit, alias dispergeret seipsum.

¶ Deinde ait: Filij quoque uestri dæmonia eiciunt, nõ autem in Beelzebub. iniquum est igitur id mihi tribuere. Postremo iam idem hoc tali similitudine refellit: Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quæ possidet. Ecce ut radicitus conceptam istam persuasiõem ex animis Iudæorum euelleret dominus, & apertissima & aptissima utitur similitudine. Breuiter, fortem hunc armatum, diabolum intelligit, cuius arma omnium sunt genera pctõrum, in quibus iste cõfidit. Atrium suum mũdus est uniuersus, qui in maligno positus est totus. hunc iste in pace possedit, sed tyrannorum tantum more, à pri 1. Ioha. 4.

ma paradisi irruptione usque ad aduentum CHRISTI, totus enim tunc mundus idololatriæ deditus erat, dempto unico isto, sed exiguo tamen Iudææ angulo. Idololatria cæteraque innumera quædam uitia, quæ per longum Paulus ad Romanos scribens, recenset, grassabantur in mundo continue, donec fortior ueniret, qui & diabolum ex idolis expulit, & illius potestatem confregit adeo, ut simulacra quoque gentilium coram Christianis obmutescerent, corruerentq;, sicut in Vitis apostolorum sanctorum hinc inde legitur.

Roma. 1.

¶ Quis itaque tam cæcus est, qui non iam uideat Christum hic, per fortem, intelligere diabolum, per fortiorem autem, seipsum? de diaboli fortitudine communis est ille locus Iob, quòd non sit potestas super terram quæ comparet ei. & alibi, Terra data est in manus impij, uultum iudicum eius operit. Quid multa? uere ueriss imũ est q̃d Habacuc dicit, Totum in hamo subleuauit.

Iob. 41. 9.

Habac. 1.

¶ Dices autem, Si per fortem hunc intellexit dominus diabolum, quomodo consistit quod sequitur, in pace esse omnia quæ possidet? si quidem uerum est illud Isaiæ, dicentis: Non est pax impijs, dicit dominus. Respondeo, pacem non esse impijs, uerum est de pace quæ intrinsecus pacata reddit conscientiam, cuiusmodi in homine malo non est: sed intelligendo de afflictione extrema, certum est plerunque in maxima pace uiuere homines etiam pessimos, dum nõ est qui uel eis aduersetur, uel malitiam ipsorum impediat, sicut & Isaias dicit: Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Et iterum: Vniuersam terram ego congregaui, & non fuit qui moueret pennam.

Isaiæ. 40

Isa. 38. 10.

2 ¶ Fortior autem qui superuenit, dominus noster Iesus CHRISTVS est, sicut & nos iam diximus, & testatur idem Iohannes, cum ait: Data est ei corona, & exiuit uincens ut uinceret. Nanque cum filius dei factus est homo, dominus ille exercituum, tunc statim diabolum superauit, arma ei ademit, ipsúmque adeo inferno adligauit & astruxit, limbum confregit, patres inde eripuit: & qui iam paulo ante captiui fuerant, tunc in cælo diuisi sunt per choros angelorum. Vide iam hic, quàm

Apo. 6.

Hieron.

valide cogitationes Iudæorum infringat atque refutet dominus. illi cogitabant CHRISTVM in Beelzebub ejicere dæmonia, CHRISTVS uicissim probat se, ut potentiorem, dæmonum principem quoq; superare & spoliare, unde potestatem diabolicã nullo modo isti tribuere domino debebant. Quando certum hoc signum est, Messiam ipsum esse, ex eo quod Matthæus cõmemorat, ipsum etiam ligare fortem, Luciferum puta, quamuis ille modico tandem adhuc tempore sub Antichristo solutus liberabitur. Chrysost. Apo. 20.

¶ Arma porro fortis istius, mali doli & innumera sunt peccatorum genera, à quibus cauere nobis nos pru denter monuit Paulus: Non regnet, inquiens, peccatum in uestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentijs eius, sed neque exhibeatis membra uestra, arma iniquitatis pctõ. Arma hæc dominus illi ademit per gratiam suam, quam nobis in sacramentis communicat, quorum ope & auxilio omnibus insultibus & dolosis tentationibus diaboli queamus resistere, iuxta illud Iohãnis: In hoc apparuit filius dei, ut destruat opera diaboli. Nõ debemus itaq;, inquit beatus Hieronymus, esse securi. Aduersarius noster fortis, uictoris quoq; uocibus, comprobatur. Vicissim tamen hoc quoq; solatio esse nobis poterit, quòd hostis iste quantumcunq; fortis, uincere tamen neminem potest nisi uolentem. Roma. 6. 1. Johan. 3 Hieron.

¶ Arma quoque fortis, insuper aufert fortior, in quibus confidebat, & spolia eius distribuit. Id supra quoque memoratum est de patribus ueteris testamenti, de quibus Paulus ait, quòd CHRISTVS ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Hoc illud est quòd in ecclesia catholica spolia distribuit, diabolum profligauit & strauit. & in ecclesia quosdam dedit apostolos, alios prophetas, euangelistas nonnullos, quosdam etiam pastores & doctores. Quid multa? hoc ipso Iudæos à falsa suspicione abducere uoluit dominus, probans se miracula non in diaboli facere potestate, quando ijs esset uiribus, ut ipsum etiam diabolum uincere ac superaret, tantum abesset, ut ulla eius ope indigeret & auxilio. Ephe. 4.

¶ Alia iam rursus ratione falsitatem cogitationum, quas Iudæi habebant, euincit, dicens: Qui nō est mecum, contra me est. Nihil hic mediī. uel deo quis sit coniunctus oportet, uel contra ipsum. Itaque cum diabolus & membra sua cum deo non erant, contra eum fuisse certum est: quando & ipsa diaboli opera, operibus dei contraria sunt. diabolus condemnationem uult animarum,
Hieron. CHRISTVS salutē & liberationem: ille prædicat idola, hic unius dei notitiam: ille trahit ad uitia, hic ad uirtutes reuocat. quomodo ergo possunt inter se habere concordiam quorum opera diuersa sunt? Congregat CHRISTVS animas in felicitatem æternam, diabolus dispergit in condemnationem. Quid itaque suspicamini me in Beelzebub eiicere dæmonia, cum iste mihi in omnibus cōtrarius, opera quoque mea dispergat? Omnia hæc eo proposuit CHRISTVS, ut ostenderet inimicitias quæ sibi essent cum diabolo.

Chrysost. ¶ Chrysostomus, ut alīi quoque, hæc de diabolo intelligit, & insuper tamen ad Iudæos refert, qui CHRISTO semper aduersabantur: qui quicquid ille congregabat, dispergere conabantur. Sensus hic in sacrarum scripturarum regula solide firmatus est, quoniam illæ interdum de capite, nonnunquam de membris, aliâs de utrisque simul loquuntur: atque ideo quamuis hæc uerba dominus contra diabolum præcipue dixerit, possunt eadem tamen recte intelligi de membris ipsius, hæreticis & schismaticis: qui quando cum CHRISTO non sunt, contra eum esse agnoscuntur, in omni semper discordia dispergentes, iurgia miscentes, seminantes mala, quia nulla omnino hæresis sine dissensione concitatur & seditione & bello, quod ipsi quoque infelici hoc nostro seculo non
Hæretici. Neutrales. sine magno damno experti sumus. Verum hinc quoq; redargui possunt, qui neutrales eē cupiūt, & nec pro antiq; sanctæ ecclesiæ, eaq; indubitata fide stare, nec Lutheri partibꝰ fauere uolūt: qđ q̄ fieri nō possit, hic apte Christꝰ docuit, cum ait: Qui non est mecū, cōtra me est. De cōgregatione CHRISTI, qui pacem & unitatem semper quæ-
Psal. 105. rit, tota undique plena est scriptura. Ecce enim Dauid dicit: Saluos nos fac domine, & congrega nos de natio-

nibus, ut laudemus nomen sanctum tuum. Sed & dominus quasi dolenter ait: Quoties uolui filios tuos congregare, sicut gallina congregat pullos sub alis suis, & nolu isti? & in alijs multis locis. Vnde luce clarius cognosci potest, & uelut certo quodam argumẽto discerni, quòd hæc illa sit ecclesia catholica, quę & unica ẽ & in unitate uiuit. Contrà quoque id certissimum est, ecclesias hæreticorum dispersas esse, scissas, sibíq; ipsis contrarias, & in partes ac sectas innumeras diuisas: quamobrem & sectæ appellari solent, ut hodie ex Lutheranis prodierunt Capharnaitæ, parabaptistæ, pneumaticí. Matth. 23. Cant. 1. Ephe. 5.

¶ Astutiam diaboli nunc eis proponit dominus, quod nonnulli in uniuersum sic intelligi uolunt, quòd hic dominus homines oẽs submonitos uoluerit, ut sibi à dolis & astu diaboli prospicerent, & expulso illo semel ex cordis habitaculo, quod iam hoc tempore sacro in multis factum speramus, ne amplius illi daretur per uictoriam tentationum regressus. Sunt rursus, qui putant hoc eum peculiariter cõtra Iudæos esse locutum, inter quos beatus Ambrosius: In uno, inquit, homine totius Iudaici populi comparatio est, à quo per legem spiritus immundus exierat: sed quia in nationibus & gentibus per fidem Christi requiem reperire nõ potuit, regressus est ad gẽtem Iudæorum, factaq; sunt posteriora illius prioribus peiora. Factum enim est deinceps, ut iuxta prophetiã Danielis, non fuerit ei⁹ populus, qui eum abnegauerat. Vtrũque hunc intellectum uerum iudicamus, itaq; & sub breuitate libet percurrere. Ambro. Cyril. Daniel 9.

¶ Beda de quolibet hæretico uel schismatico, uel etiam malo catholico hoc idem accipit, è quibus in baptismo spiritus immundus eijcitur, per passionem diuini nominis & abrenunciationem diaboli & pomparum suarum omnium. uerum pulsus ille, quærit statim & pulsat ubique, sicubi conscientias inueniat lubricas: & si requiem nullam habere potest, septem sibi spiritus adiungit se longe nequiores, hoc est, tentationes septem peccatorum mortalium: qua fraude si quem ceperit, fiunt posteriora illius peiora primis. Vnde colligunt quidam, Christianorum peccata grauiora esse quàm eorum qui Christi Infidelitũ peccata.

nomen & fidem non agnoucrũt: quod in ſpecialibus peccatis facile concedo, in generalibus non perinde admitto. Do etiam hoc tibi, adulterium Chriſtiani fidelis, grauius eſſe peccatum quàm Turcæ adulterantis, cæteris ſaltem paribus. Verum ſi Turca non agnoſcens nec confitens nomen dei uiui & ueri, blaſphemans contemnet & CHRISTVM dominum, & omnes ritus Chriſtianæ fi-
2. Petri. 2. dei, eum ego ſane magis ſceleratum aſſero quàm Chriſtinum adulterum, raptorem & potatorem, niſi ſic quoque à CHRISTI fide deficiat, & abneget illam, cui melius longe futurum erat, Chriſtianum nunquam fuiſſe: quomodo intelligi debet illud Petri, Melius erat illis nõ cognoſcere uiam iuſtitiæ, quàm poſt agnitionem retrorſum conuerti ab eo, quod illis traditum eſt ſancto mandato. Contigit enim eis illud ueri prouerbij: Canis re-
Proue. 26. uerſus ad ſuum uomitum, & ſus lota, in uolutabro luti.

¶ Egreſſus ergo, imò expulſus ab homine ſpiritus immundus, non ociatur, ſed abit per inaquoſa & arida lo-
1. Pet. 5. ca, undique circumiens & quærens quem deuoret, ſicut
Iob. 1. Petrus ait, cui reſiſtere nos oportet fortes in fide. Sed & & apud Iob ſic inquit ſathan ad dominũ: Circuiui terram, & perambulaui eam. Inueniens autem loca arida, corda inaquoſa, in quibus aqua nulla eſt, nullus malæ concupiſcentiæ humor & peccatorum affluxus. ſic enim Iudæi quoque per aridam ambulantes euaſerunt, Aegy-
Exodi. 14. ptij in medijs aquis ſubmerſi perierunt. Neque ullam inueniens requiem, non conſentientibus ſcilicet animabus bonorum hominum in ſuggeſtiones & tentationes diaboli, quia eius habitationem Iob deſcribit in hunc mo-
Iob. 40. dum: Sub umbra dormit, in ſecreto calami, in locis humentibus. Sub umbra, inquam, hoc eſt, in conſcientijs tenebricoſis: in ſecreto calami, in hypocriſi, ubi præter fucum externum nihil eſt quod lateat intrinſecus: & in locis humentibus impudicitiæ. Horum trium ſi nullum omnino in pijs & ſanctis hominibus inuenit diabolus, ita ſecum loquitur ipſe: Reuertar in domum unde exiui.

5. ¶ Eò ueniens, ſtatim hominem illum rurſus ten-
Beda. tat. Qui uerſiculus, ut ait Beda, timendus eſt nobis, non exponendus, ne culpa quam in nobis extinctam crede-

bamus, per incuriam nos uacantes opprimat. Domum illam autem scopis purgatam inuenit, quod nonnulli ad externam tantum boni speciem referunt, quam hypocritæ prætexunt: unde eos dominus quoque sepulchris comparauit dealbatis, & intus fœtentibus. sic Beda & Ambrosius exponunt. Verum alio adhuc sensu purgatio quæ fit scopis, in scriptura plerunque pœnitentiam significat, sicut Dauid ait: Exercebar & scopebam spiritum meum. Et Isaias: Scopabo eam in scopa, ideoq; textum hunc non arbitror esse de hypocritis intelligendum, quorum corda aperta semper & patentia diaboli sunt habitacula, qui etiam non aliorum plurium indiget auxilio dæmoniorum. Sed accipiendum utiq; hoc totum est de quolibet peccatore, qui cum pœnitẽtiam egit de peccatis suis, & sic animam suam expurgauit scopis sacramenti ipsius pœnitentiæ, diabolus tamen à festis paschalibus non cessans, redijt: sed animam inueniẽs expurgatam, iterum alios sibi adiungit dæmones septem se nequiores, hoc est, adfectiones septem peccatorum capitalium, & ingrediuntur in animam per illius ad peccata consensum, sicut & pharisæis accidit, qui hic temere adeo dominum & iudicabant, & inique persequebantur: atque deinceps fiunt postrema hominis illius, prioribus multo peiora. Hic firmiter fundatum est, peccata hominis alicuius post pœnitentiam grauiora esse quàm ante eam: idq; ob ingratitudinem, quæ peccati pondus grauat. Qua de re plura in sermonibus de pœnitentia. Tu adde aliqua de confessione.

Matth. 25.

Beda.
Ambro.
Psalm. 76
Isaiæ. 14.

Postremam huius euangelij partem de muliere, quæ uocem suam extulit & eleuauit in laudem domini, quære in homilijs de festiuitatibus Mariæ.

DOMINICA IIII.

QVADRAGESIMAE EVANgelium Iohan. VI.

Matth. 4.
Marc. 3.
Luc. 4.



IN illo tẽpore: Abiit Ieſus trans mare Galilææ, quod eſt Tiberiadis, & ſequebatur eum multitudo magna, quia uidebãt ſigna quæ faciebat ſup̃ iis qui infirmabantur. Subiit ergo in montem Ieſus, & ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis. Erat aũt proximum

Matt. 14.
Luc. 9.

Matt. 14.
Marc. 6.
Luc. 9.

paſcha, dies feſtus Iudæorum. Cum ſubleuaſſet ergo oculos Ieſus, & uidiſſet quia multitudo maxima uenit ad eũ, dicit ad Philippũ: Vnde emẽmus panes ut manducẽt hi? Hoc autem dicebat, tentans eum. Ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus. Reſpondit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes nõ ſufficiunt eis, ut unuſquiſq; modicum quid accipiat. Dicit ei unus ex diſcipulis

Matth. 14
Marc. 6.
Luc. 9.

eius Andreas, frater Simõis Petri: Eſt puer unus hic, qui habet quinq; panes hordeaceos & duos piſces, ſed hæc quid ſunt inter tãtos? Dicit ergo Ieſus: Facite homines diſcumbere. Erat autẽ fœ-

nũ multũ in loco. Discubuerũt ergo uiri numero q̃si quinq; millia. Accepit ergo Iesus panes, et cum gratias egisset, distribuit discumbentibus. Similiter & ex piscibus quantum uolebant. Vt autem impleti sunt, dixit discipulis suis: Colligite quę superauerunt fragmenta, ne pereãt. Collegerunt ergo, & impleuerũt duodecim cophinos fragmentorum ex quinq; panibus hordeaceis et duobus piscibus, quæ superfuerunt his qui manducauerant. Illi ergo homines, cum uidissent q̃d Iesus fecerat signum, dicebant: Quia hic est uere propheta, qui uenturus est in mundum.

Matt. 14. 7. 15. Marc. 6. 8 Lucę. 9.

Supra. 4. Lucę. 7

HOMILIA PRIMA.

MAnifestaturus iam dominus noster Iesus Christus uenerabile sacramentum altaris corporis & sanguinis sui sanctissimi, quæ nobis in sui memoriam relicturus erat perpetuam, magnum & stupendum prius exhibuit miraculum in specie panis: quoniam in eadem sacramentum illud erat instituturus, ut animos audientium permoueret ad credendam sublimẽ huius sacramenti altitudinem, simul'q; non ueterum tantum Iudæorum, sed nostratium quoq; neochristianorum corda pœna & correptione digna argueret. Cum enim ueteres Capharnaitæ & nouelli dicunt hæretici, Quomodo potest hic carnem suam nobis dare ad manducandum, posse hoc se facere, ipse adeo dominus docet uel hoc admirando miraculo, quando quinq; millia hominũ quinq; satiauit panibus & duobus piscibus: quod si naturã solã cõsideres, utrunq; est impossibile, Verum apud deum nõ est impossibile omne uerbum.

Iohan. 6.

Lucę. 1.

¶ Sed ut ad euangelij textum ueniamus, transfretatio hæc domini facta est, cum iam Iohannes decollatus esset

Marc.6. ab Herode, tunc enim dixit dominus discipulis suis: Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillũ. Ascẽdentes ibi itaque in nauim, abierunt. Hic sancti patres considerare & expendere solent, quid sibi hoc ipso dominus uoluerit, quod apostoli, si persecutionem sentirent, fugere deberent de una ciuitate in aliam: id nimirum, quoniam nos quoq; interdum uenenata liuoris & inuidiæ tela declinare debeamus. sicut & dominus fecit, eoq; maledicos & feros, repugnando magis exasperamus, cedendo autem mitigamus facile, & eorũ mollimus insaniam. Ita nanq; Christus quoq;, ut Iudæorum inuidiam & Herodis effugeret furorem, transfretauit mare Galilææ, Mare inquam, non illud magnum Oceani, sed iuxta consuetudinem loquendi Iudęorum, congregationem quandam aquarum, quia stagnum hoc in longitudine passus habebat uicies mille, in latitudine quinquies mille. An autem idẽ fuerit cũ stagno isto Genesar, scholis relinquim⁹.

Matt.10

Chrysost.

Ptolem. Plinius. Solinus. Prolemæus unius meminit, similiter & Plinius. sed Solinus duos ponit lacus (adde Nume. caput trigesimũquartum, & primi Machabæorum undecimum) Genesar lac⁹ apparet superior, sed minor. Tiberiadis inferior & maior Tiberiadis nomẽ accepit ab urbe Tiberiade adiacẽte, quã Herodes in honorẽ Tiberij extruxerat, autore Iosepho, Adiacebat & in proxima Bethsaida, quod ex Luca colligitur. sed à regione, in qua erat lacus, dicebatur mare Galilææ, & mystice significat turbidum & fluctuosum mare huius mundi.

lib.18.c.2

2 ¶ Euangelista porro commemorat turbam plurimã secutam esse dominum, puta ad recipiendam gratiã sanitatis & escam spiritalem, doctrinam quoq; & refectionem cælestem, summa (ut Beda inquit) munera. Siquidem etiã ex Matthæo constat, quod audientes turbæ Christum secessisse in desertum, secutæ sunt eum ex ciuitatibus. Marcos uero ex omnibus ciuitatibus turbas adcurrisse, & ante Christum trans mare refert uenisse. Tanto tenebantur ardore & desiderio salutarem Christi doctrinam audiendi, quamuis non idem omnibus erat in illum adfectus, q⁹ alij ipsum ex charitate sequebantur, alij ob necessitatem ut infirmi, alij ex pręsumptione quadam temeraria, non

Beda.

Lucę.4. Johan.6.

nulli ex inuidia & cupiditate capiendi eum in sermone atque tradendi. Quod nunc quoque in hodiernum diem fieri certū est, ut non oēs ex pietate audiant uerbum dei. Matt. 22.

¶ Ecce autem ipse quoq; euangelista rationem cur secutæ dominum sint turbæ, ostendit, quia uidebant signa quæ faciebat super ijs qui infirmabantur. Vnde duo colliguntur: alterum, quòd quamuis fides donum dei est, esse tamen possunt causæ aliquæ externæ, quæ nos ad credendum moueant, sicut hic uidemus miracula Christi tantā in hominibus fidem causasse, ut cupidissime dominum sequerentur. Sed dicis cur miracula hæc non æqualiter mouerunt omnes, sed alios fortiter, alios minus, alios nihil omnino? Respondeo, quod non sola miracula in causa fuerunt, ut crederent homines, sed ipsa quoque uidentium uoluntas, quam cum quidam adeo habebāt deprauatam, ut ipsa quoq; miracula domini calumniarentur, sicut de pharisæis die ab hinc octauo audiuimus in euangelio, ideo neq; crediderunt. (Hoc est, fides non caret suo medio, illud tamen non est sufficiens absque imperio uoluntatis.) Johan. 6. Roma. 12. 2. Cori. 12. Luce. 11.

¶ Posterius quod ex secutis dominū propter miracula turbis colligitur, est, quoniam (cum Iohannes duo tantū torius huius anni miracula descripserit, de reguli filio & &paralytico) uerum sit illud, quo Iohannes euangelium suum cōcludit, multa etiam alia signa feciſſe dominum, quæ scripta non sunt in hoc libro. ea nempe uidit populus, & secutus est ipsum. Jo. 4. 2. 5 Johan. vl.

3. ¶ Narrat euangelista ascendisse Christum cum discipulis suis in montem, ut doceret eos quoq;, uenientem ad se populum inspicere, quoniam sic quoq; uenturi & festinaturi essent hoīes ad prædicationem illorum.

¶ Erat autem proximum pascha dies festus Iudæorum. Vbi quæret forsitan aliquis, quare iam hoc tempore à Ierusalem secesserit dominus, quo Iudæis omnibus uenire præceptum erat in lege. Respondetur, mandatum id quidem fuisse, sed tamē à lege exceptos tum infirmos, tū eos qui inimicitias haberent capitales: ideoq; dñm excusatū fuisse, cui iam mortem minabantur & quotidie intentabant pharisæi.

Matth.5. Actuũ.15. 2. ¶ Deinde quoq; quamuis dominus uenerat legem spiritualiter implere, tamen eam ad literam soluebat, sicut deinceps & apostoli fecerunt in primo statim generali concilio Hierosolymitano, paulatim ergo legem dominus soluit, cum Iudęorum malitia occasionem acceperit, seruans autem legem, hominem se monstrat: soluens, aliquod ultra hominem, deum uerum: quamuis & hoc animaduertentibus ostendere uoluit, cessasse figuram ut aduenit ueritas. Fuit autem hoc paschale tempus miraculo illi aptissimum, quia conuiuium hoc panarium, typum gerebat sacrosancti sacramenti altaris, quod nos adhuc tempore paschali suscipimus, sicut eodem Christus instituit, autore Euangelista per hoc totum caput, ubi grauissime refert Christum de sacramento loquentem.

Chrysost. Theoph.

¶ Eleuaris iam hic oculis, dñs uidet multitudinẽ ad se uenientem, quæ & designabat magnam illam hominum copiam, qui ad confessionem fidei & nominis Christi uenturi essent, atq; euãgelicam ueritatẽ susceperuri. Docere uoluit hoc ipso etiam dominus, prælatos solicitos & anxie curiosos esse debere de necessitate subditorum, sicut & uetetes episcopos fecisse, & ipsum quoque Paulum, certum est, qui solicitus subinde fuit de collectis pauperum. Tu quoq; hinc discе, quomodo misericors dominus oculos suos attollit, si modo ad eum uelles accedere. Cunctis em ad se uenire cupientibus gratia misericordiæ cælestis adcurrere consueuit, omnes clementissima uoluntate uult saluos fieri, dummodo nullum in nobis uitiũ, nullus maneat defectus. Ecce enim hic dominus in mõte docens discipulos, arcana utiq; fidei nostræ mysteria, nõ tamen turbæ obliuiscit, quã erat admirabili pascendi mõ satiatur.

1. Cori.16. Beda. 1. Tim.2.

Marc.9. Lucę.6. 4. ¶ Dicit Philippo, Vnde ememus panes ut manducent iſ? Matthæus, Marcus & Lucas scribunt discipulos uesperi domino dixisse, ut sineret homines abire in proximas quasq; uillas, ubi cibũ emerent. Variant quidem hic doctores, an idem sit hoc miraculum cum illo apud Lucã. Chrysostomus em duo, Augustin⁹ unum tantum esse cõtendit. Ad scholas pertinent hæc, q̃is nõ ita magni sunt momenti. Cur autem præ oñibus interrogârit dominus Philippum, causa adsignari solet huiusmodi, q̃ ille in fi-

Chrysost. Augustin.

nibus istis natus erat, & hominibus præ cæteris notus, id eoq; magis etiam quàm alij discipuli, misericordia erga turbas mouebatur. Sed quia Andreas quoq; & Petrus ibidem erant progeniti, alia adhuc causa redditur, cur Philippum interrogârit dominus, q; hic nondum confirmatus erat animo & intellectu in rebus diuinis. eruditione itaq; adhuc indigebat, sicut & ex ipsius petitione patet post cœnam: Domine, ostende nobis patrem, scilicet quo Johan. 14
ad personam suam. In uniuersum autem constat, dominum interrogasse prius Philippum, quàm miraculũ hoc tantum exhiberet, ut illud eo magis clarescceret & innotescceret, si per Philippi responsum defectus argueret panis: sicut & uini penuriam in nuptijs prius permisit innotescere pluribus, quàm ex aqua uinũ faceret. Verum hæc ipsa Christi interrogatio arguit, quàm ægre hic naturaliter licebat panem alicunde habere. Ait enim: Vnde emamus panes? quasi diceret, ea sumus rerum & pecuniæ egestate, ut emendis etiam nõ sufficiat panibus. Ideoq; & Marcus refert eos dixisse, Ducentis denarijs ememus panes. Sunt tamen qui interrogationem hanc ad locũ referunt, qui desertus erat totus, ad hæc à uillis & oppidulis, ubi cõparari panes poterant, paulo remotior. Vtrunq; non male conuenit, & pecuniæ hic fuisse & panis defectum

5. ¶ Euangelista quo animo hæc dominus dixerit Philippo, insinuat, quia tentans eum. Neq; enim interro- Coloss. 2.
gauit, ut ignarus quid responderet ille, cum & omniscius esset ipse, & thesauros scientiæ ac sapientiæ omnes in se haberet absconditos. Sed quicquid hoc fuit quod quæsiuit dominus, in commodum Philippi & aliorum factum est, ut sic attentius considerarent miraculum. Quomodo Exodi. 4.
& Moysen interrogauit deus, quid gestaret in manu, nõ inscius utiq; uirgam esse: ita hic cum Philippo similiter egit dominus, quem interrogauit eo maxime dominus, ut tarditatem ipse fidei suæ cognosceret, & per miraculum Beda.
emendaret & castigaret, prouida id totum dispensatione agens, quoniam ille nullo modo dubitare debebat, considerans coram hic adesse rerum omnium conditorem, q; Psalm. 103.
& panem educit de terra, multo facilius pauculis panib⁹ multa hominum millia eundem esse satiaturum. Sic Phi-

lippum Christus tentauit.

¶ Sed quia suspectum est illud tentationis uocabulum, quod plerunq; & diabolo tribuitur, & ipsi nos in quotidiana oratione auersari & deprecari solemus, dicentes, Ne nos inducas in tentationem: sciendum est, tali tentatione quæ prouocat ad malum, deum neminem tentare, sicut Iacobus dicit: Nemo cum tentatur, dicat, quoniam à deo tentor. Adhuc tamen alia tẽtatio est, uelut probatio quædam, qua periculum & experimentum de aliquo sumit. sic deus tentauit Abraam, an filiũ suũ sibi immolaturus esset. sic Dauid precatus est dominum, Proba me domine et tenta me. Tentationem huiusmodi siue probationem, deus facit non propter se, sed uel in ipsius hominis uel aliorum commodum. Nisi enim durum & graue adeo mandatum Abraæ dedisset deus, adhuc nos & fidem illius tantã & ardentissimam erga deum charitatem nesciremus. Philippus quoq; hic responsione ista sua, fidei suæ cognouit infirmitatem, quam deinceps miraculi tam excellentis uirtute posset confirmare. Quoniam uero tentauit eum dominus, non q̃d ex eo quicquã scire cuperet, uerba ipsa testantur apertissime: quia sciebat ille quid esset facturus ex sua uirtute diuina. Philippus autem potentiam hanc non agnoscens, dicebat: Ducentorum denariorum panes non sufficient. ubi Augustinus dicit, Quod hic Philippo Iohannes tribuit, idem hoc alios euangelistas in communi de apostolis referre, iuxta morem scripturæ, quæ loqtur de uno in plurali numero illius multitudinis, cuius ẽ pars. Philippus igitur ratus emendos esse panes, ducẽtos commemorat denarios, quòd tantum forte pecuniæ habebant, quam Iudas ut dispensator ferebat. Nihil omnino omnipotentiam Christi attendebat. Christus autem non dispensatorem ipsum Iudam hic interrogauit, quia interrogatio hæc in bonum cedebat discipulorum: uerum Iudas iam reprobatus erat totus, nec aliqua in eo spes emendationis reliqua erat, iuxta illud uerbum Christi: Nonne duodecim uos elegi, & unus ex uobis diabolus est? Philippus itaque non cognoscens potentiam Christi, interrogauit dominum, qui statim postea miraculum exhibuit, ut fides in eo confirmaretur. Deus nobis quoque fidem

Matth. 6

Iacobi. 1

Gene. 22. Psalm. 25.

Augustin.

Johan. 6

noſtram tum augeat, tum confirmet contra diaboli & hęreticorum omnium inſultus, nunc & in hora mortis noſtræ, ut ad ſatietatem peruenire mereamur æternam, ubi edamus & bibamus in regno dei. Amē.

HOMILIA SECVNDA DOMINICÆ IN MEDIO QUADRAGESIMÆ.

EGreſſus dominus trans mare in deſertum, ſedebat in monte, docens diſcipulos: ſubleuatisq; oculis miſericordiæ ſuæ, uidit populum ad ſe ex ciuitatibus undiq; properantem: ueſperi tandem miſertus eſt ſuper illum tanto ardore ſe ſequentem, ut cibi quoq; iam eum cepiſſet obliuio, & uolens inſuper fidem diſcipulorum erigere ad agnitionem diuīnæ omnipotentiæ, interrogauit Philippum, unde emendi eſſent panes, qui putauit etiam ducentis denariis coemptos panes nō ſufficere. Andreas autem dixit, Eſt puer unus hic, qui habet quinq; panes hordeaceos & duos piſces. ſed hæc quid ſunt inter tantos? Vbi Chryſoſtomus, Prudentior, inquit, quā Philippus Andreas, non tamen penitus rem intellexit. nāque credidit ille tantum poſſe dominum panes iſtos multiplicare, ſicut Eliſeus uiginti panes hordeaceos uiris centum multiplicauerat. Verum tot hominum millia tam exiguo pane paſcere poſſe, fidem quoq; ſuam longe ſuperabet. quamuis ſunt qui putant Andream tantundem credidiſſe ac Philippum. neſciebant enim etiam omnes apoſtoli, credentis populi cibum non eſſe uenalem, ſed gratuito deo donatum, ait Ambroſius. Chryſoſt. 4. Reg. 4. Ambroſ.

¶ Quicquid tamen ſit hoc, conſtat utrunq; illud reſpōſum, plurimū feciſſe ad magnitudinem miraculi, q̄ alter reſpondit ducentorū denariorū non ſufficere panes: alter quinq; illos in tanta hominum multitudine panes quoq; ni. profecturos, quos puer habebat, & ipſe utiq; uel diſcipulus uel diſcipulorum comes.

¶ Dices hic Chriſtum illis prohibuiſſe, ne quicquam ſecum portarēt, neq; ſacculum neq; peram in uia. cur itaq; hic panes ſecum acceperat? Reſpondetur, hoc illis dominum præcepiſſe, ad prædicādum proficiſcentibus & per Matth. 10

Gregori⁹. hoc ex sententia Gregorij declarasse, quòd prædicatoribus omnia sint danda necessaria. Verum hic à prædicatione redibant iam apostoli, & rursus secuturi dominũ, ex consuetudine aliquid secum acceperant, sicut alio in loco
Matth.16 commemoratur, eos fuisse panes oblitos.

Chrysost. ¶ Hinc, inquit Chrysostomus, delicijs deditj intelligãt, quid magni illi uiri & admirabiles comederint, quàm uilis & modica eorum mensa fuerit. Intueantur in omnibus eorum abstinentiam. Tantum panes habebant hordeaceos, cibum utique pauperum, & pisces duos. hic totus erat apparatus. Super hac fidei, quam habebant discipuli, paruitate, induci potest infidelitas Iudæorum, clamantium in deserto: Quis poterit nobis dare carnem ad
Nume.11. psalm.77 uescendum? & apud Dauidem: Male locuti sunt de deo, dixerunt, Nunquid & panem poterit dare, aut parare mẽsam populo suo?

2. ¶ Iussit deinde dominus discipulis, ut facerent homines discumbere. Innata, ait Cyrillus, sibi mãsuetudine
Cyrillus. nec increpat dominus, nec ullo modo reprehendit discipulos tanta pusillanimitate affectos, sed rebus ipsis ad fidem inducit: Facite, inquiens, homines discumbere, & cognoscetis omnipotentiam meam in panis istius multipli
Chrysost. catiõe. Vbi tu cõsidera, quonam pacto ex omnibus mentes erigit, & differentiam demõstrat. siquidem nondum uisis panibus, ut intelligas quę nõ sunt, sicut ea quæ sunt,
Roma. 4. ei subdita esse, ut Paulus testatur, uocans ea quæ nõ sunt, sicut ea quę sunt. Vide etiã q̃ subito apostoli in fide creuerint, quoniam iubente domino ut homines facerent discumbere, nõ iam amplius interrogârunt, quid inde futurum esset, quando q̃d ederetur nõ aderat, sed statim domino paruerunt. Et dum audis quòd apostoli fecerunt homines discumbere, cognosce prælatorum & eorum q̃ in magistratu positi sunt, esse officium, ordinatiões in ecclesia cõstituere, leges sancire. neq; id laicorũ est, ut
1.Cori.14 Paulus Corinthijs pręcepit, debita ordinatiõe inter ipsos omnia fieri debere.

¶ Cõmoditatem q̃q; sedendi in hoc loco euangelista insinuat, cum ait, fœnum multum fuisse ibidem, id̃q; ex magno regiõis illius calore, quo celerius omnia mature-

scunt. neq; enim mirum est, fœnum ibi iam fuisse tempore paschali, quo frumenta noua offerre etiam in lege præceperat dominus. Theophylactus tamen hic gramen intelligit. Cogitabant utiq; ipsi apud se discipuli, quõ Elias uiduæ isti urceolum olei & uasculum farinæ benedixisset, ut nil desideraret in uictu, donec dominus iterum pluuiam daret super terram: & sicut Eliseus plurima illa uasa uiduæ ipsius prophetæ impleuit, ut debita exolueret, similiter ut ex uiginti panibus homines centum sati asser, remanentibus etiam adhuc reliquijs. Hinc omnino credebant apostoli simile quid miraculi operaturum esse Christum, cum homines iuberet discumbere. Leuit. 23. Theoph. 3. Reg. 17. 4. Reg. 4.

3. ¶ Discubuerunt itaq;, ut in euangelio sequitur, uiri numero quasi quinq; millia. Ita Marcus ãq; & Lucas testãtur. Sed Matthæus ait, Manducantium fuit numerus qnq; millia uirorum, exceptis mulieribus & paruulis. Quoties enim, inquit Hieronymus, sacerdotes atq; Leuitæ & exercitus uel turbæ pugnantium describuntur, serui & mulieres & paruuli & uulgus ignobile absq; numero prætermittitur. Matt. 14. Hieron.

¶ Accepto autem dominus pane, gratias egit. Primũ, quòd panes in manus suas accepit, & cum ijs miraculum tantum exhibuit, hæresim infregit Manichæorum. Hinc & Hieronymus dicit: Audi Marcion, audi Manichæe, qnq; panes & duos piscículos ad se afferri iubet Iesus, ut eos sanctificet atque multiplicet. Quòd si à diabolo fuissent creaturæ illæ corporales, nunquam ijs dominus in miraculis suis usus esset. Accepit autem in suas uenerabiles manus, ut per hunc contactum uirtus operaretur diuina. Matthæus insuper refert eum suspexisse in cælum, ut maior ei fides daretur, quòd nõ sit contrarius deo, sed cælitus & à patre uenerit. Aspicit in cælum, inquit Hieronymus, ut illuc oculos dirigendos doceat. Hieron. Theoph. Hieron.

¶ Sed quid tandem? cum sanaturus esset paralyticum, cum resuscitaturus mortuum, cum maris sedaturus tempestatem, nõ agit gratias. hic agit, & ita in minori miraculo gratias agit. Respõdet ad hęc Chrysostomus, ut ostẽdat ante cibum gratias deo agendas, more & pio & laudato, quod uetereς quondam Christiani arctissime ob- Chrysost.

Plinius li. 10. epi. 96. seruârunt, autore & teste homine ethnico Plinio: qui idem hoc in quadam ad Traianum refert epistola, à quo commissum ille habebat, de Christianis puniendis & uel extremo supplicio afficiendis. & rescripsit Imperatori deinceps, solitos illos conuenire, carménque deo suo dicere, & se sacramento obstringere, similiter quoque ad cibum capiendũ conuenire innoxium. Sic Paulus etiã ad 1. Timo. 4 Timotheum: Omnis, inquit, creatura dei bona est, & nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. sanctificatur enim per uerbum dei & orationem. Quamuis proh dolor mos ille, ut maxime pius erat & Christianis hominibus dignissimus, ita minime nũc obseruatur, non in uulgo tantum, sed & in ipsis principum aulis, sicut & aliæ consuetudines bonæ, pleræq; iam sunt intermortuæ: contrà, mores (ut ille ait) mali quasi herba irrigua succreuerunt huberrime, eorum licet iam messem metere maximam. Nec desunt tamen ex plebe homines, qui ante cibum uel pauculis uerbis affectum declarant & animum deo gratum, dicẽtes: Benedicat nobis dominus noster quicquid adpositum est aut adponetur cibi & potus. similiter post cibum, Gratias tibi agimus omnipotens æterne deus, tu quoq; animas defunctorum omnium pascere dignare. Ah quantum esset, tantulum saltem præstare hominem, neque omnino impium Turcã effici aut ethnicum? Quàm præclare uero huiusmodi quid principum quoq; deceret aulas, ubi nunc aulicos inuenias, qui si tale quiddam mediteris pium & sanctum, te subsannẽt & explodant. O secula, ô mores.

Cyrillus. ¶ Aliam adhuc causam Cyrillus reddens: Gratias, inquit, agit, partim ut exemplo se nobis præbeat, partim ut naturæ deitatis, uirtutem miraculi sicut homo attribuat, Orauit enim ut homo, non ut deus. Et fuit iste modus sibi conueniens, ut more humano ante passionis tempora, dignitatem suæ deitatis occultaret, & simul seculi huius principem omnia ista laterent. Satis hoc erat Christo, Johan. 11 fidem hanc populo persuadere, se uerum esse Messiam à deo missum, sicut & in resuscitatione Lazari dicebat, Propter populum qui circunstat dixi, ut credant quia tu me misisti.

¶ Tertiam rationem Chrysostomus addit huiusmodi: Quoniã multitudo magna aderat, quã persuaderi oportebat, diuina id fieri uoluntate, suspexit itaq; in cælum, gratias egit, panem benedixit, ut sic omnis tolleretur suspicio phariſæorum, miracula tanta autori diabolo attribuentium, ipsumq; adeo dominum insimulantium uelut deo patri contrarium. Verum si quando Christus miraculum solus exercebat, non tantum orationis nec gratiarũ actionis faciebat, nobis in exemplum, ut nos hinc discamus coram hominibus sancte exhibere, & nullũ inde quærere illicitum & arrogãtem honorem, instar phariſæorũ, qui uideri tantum cupiebant coram hominibus: sed ad proximi ædificationem, qui deum immortalem quàm facile offenditur, si ex te boni nil uideat, sicq; te cæteris, nõ uiuere conformem in moribus toroq; conuictu aspiciat. Sic, inquit dominus, luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum qui est in cælis. Chrysost. Luce.11 Joh.5.7 Matth.6 Matth.5

¶ Quarta etiam hæc causa esse potest, quia si semper & in omnibus suis miraculis orasset Christus, cogitare quis posset, eum illa nõ ꝓpria fecisse uirtute: ideoq; maxima quæq; miracula sine gratiarũ actione fecit, in minoribus tm orauit & gratias egit, hoc mõ declarans se nõ necessitate orare: quia si necessario oratiõe opus habuisset in paruis miraculis, multo magis in magnis. Et minora itaq; & maxima miracula ille propria sua fecit uirtute.

4. ¶ Euangelista Christum distribuisse panes refert, sed apertius Matthæus dedisse eum illos iam fractos ait discipulis, qui eos deinceps proposuerint turbis. Hieronymus miraculum hoc in ipsa factum putat fractiõe, ita ut panis ille quem fregit dominus, fuerit seminarium escæ. Et idcirco ex subiecta quoq; materia operatus est, ne imaginatio quædam existimaret, cõtra Iudæos. Atq; ut intelligatur eum materia usum nõ propter necessitatem, nec quòd ea ꝓ fundamento indigerer, sed ut hæreticis silentium imponeret, quamobrem reliquias quoq; uoluit esse superfluas quæ colligerentur. Omnium horũ sensum & intellectum mysticũ in iustam homiliam differimus. Hieronym. Chrysost.

¶ Similiter, inquit, & ex piscibus quantum uole-

bant scilicet turbæ, ut sic pro desiderio suo satis haberẽt
Psalm.77. piscium. ea enim est cælestis cibi natura, ut cuique pro
sui palati dispositione sapiat. sic ait Dauid, Desiderium
eorum attulit eis, non sunt fraudati à desiderio suo. sic
ut de manna referunt doctores, quod magis uoluntati
credentis, quàm quisquam alius cibus inseruiat. unde &
Sapi.16. Sapiens de eo loquens, sic inquit: Angelorum esca nutri-
uisti populum tuum, & paratum panem de cælo præstiti
sti illis sine labore, omne delectamentum in se habẽtem
& omnem suauitatem. & paulo post: Deseruiebat uniuſ-
cuiusq; uoluntati, ad quod quisq; uolebat, conuertebatur.
Ideoq; qui uoluntatis erant peruersæ, illis insipidum erat
manna. dicebant enim: Anima nostra nauseat super cibo
Nume.21. istoleuissimo. bonis aũt cibus gratissimus erat, iuxta illud
Psalm.64. Dauidis: Parasti cibum illorum, quoniam ita est præpara
tio eius. Verum super hac re aliâs plura in materia sa-
cramenti.

¶ Quæstio tamen hic oritur, Cum auditum sit à prin
cipio huius euangelij, panes tantum hordeaceos hic ad-
fuisse, cur nõ ex illis triticeum quoq; panem fecerit domi
nus, sicut in nuptijs ex aqua uinum fecit nobilissimum.
Johan.2. Sane ad hoc responderi potest, quòd in nuptijs aquam
in uinum conuertit optimum, factum id esse ad lætitiam
& recreationem cõuiuantium: ideoq; merito uinum illic
à Christo ex aqua factum nobile, quo discumbentes ala-
criores redderent. Verum hic necessariam tantum turbæ
egestatem iuuare uoluit, quę cõtenta erat satisq; omnino
habebat in panibus hordeaceis, quos quisquis edere non
Chrysost. poterat, famelicus utique non erat. Panis quoque for-
mã in nihilo immutauit, ne utiq; gulæ deseruire uideret.

¶ Postremo, quando dictum iam est, miraculum hoc
esse factum inter manus domini in ipsa panis fractione,
Augustin. cogitare posses, quomõ id acciderit. Augustinus inquit:
Ille in manib⁹ suis multiplicauit quinq; panes, qui de pau
cis granis multiplicat segetes. Panes isti quinq; ut semina
fuere, non tamen in terram proiecta, sed ex ijs quæ terra
produxerat, multiplicata. Verum unde Christus materiã
tantę multitudinis panis creârit, ille qui ex sua omnipotẽ
tia hoc mirabile magnum fecit, dominus omnium nouit

utiq; in altissima sua sapientia. (Legimus in Genesi, deum ex dormientis Adæ latere costam desumptã in mulieris formam præparasse, locumq; costę carnibus impleuisse. Qui itaq; costam in totam muliebris corporis potuit cõformare imaginem, uiuumq; adeo & iustę magnitudinis habitum perducere, multo facilius hic potuit ex quinque panibus tantam satiare hominum multitudinem, ut etiam fragmenta manerent reliqua. Aut nonne maius est multo, quòd ex nihilo creauit cælum & terrã, quàm quòd ex quinque panibus aliquot mille panes faceret? Sed quid hic uel miremur uel longius immoremur? eius potius omnipotentem laudemus misericordiam, qui sanctos suos in æterna felicitate fine omni cibo sustẽtat, in gaudio & exultatione, in lætitia & suauitate: quibus ille nos quoque coniungere & associare dignetur, qui est in secula benedictus, Amen.

Gene. 2.

Gene. 1.

HOMILIA TERTIA
quartæ Dominicæ in quadragesima.

QVod alibi in euangelio legitur, dominum dixisse Iudæis, gaudium esse in cælo super uno pctõre pœnitentiam agente, magis quàm super nonagintanouem iustis, qui non indigent pœnitentia, hodie quoq; comperitur esse longe uerissimum. si enim tantopere gaudent angeli in cælis super uno peccatore pœnitẽte, quanta erit eorum tum lætitia tum exultatio super tot conuersis & confessis? qui cum paulo ante pctõres fuerint, luto uitiorum demersi profundissimo, pœnitentia nunc acta, tam sancto ieiuniorum tempore uitam cœperunt uiuere sanctam & piam, de quorum conuersione tota hodie exultat, & uelut triumphat ecclesia cum filijs suis: quibus, nimirum deo reconciliatis, gratulatur, proponens nobis in matutinali statim officio liberationem Iudæorum ex captiuitate Aegypti. non autem aliud designat Aegyptus, quàm tenebras, in quibus captiuati omnes seruiunt pctõres durissimam sane & acerbissimam seruitutem. uerum ab ea per pœnitentiam & confessio-

Luc. 15.

Exodi. 1.

nem liberantur. Ideoq; supremus ecclesiæ prælatus pontifex maximus, hodie rosas benedicit: unde & dominica hæc rosarum appellatur, à gratissimo utique odore iis saltem, quorum mentes & animæ odorem bonum conceperunt omnium gratiarum & uirtutum. Tanta fuit maiorum nostrorum pietas, ut nefas ducerent & piaculum, ante hanc dominicam non confiteri: quod si uos quoque faceretis, gaudij tanti támque immensæ lætitiæ fieretis utique participes. Vere enim animum habet liberum, quisquis pondus & sarcinam peccatorum per synceram confessionem deposuit. Atque in huius lætitiæ signum ecclesia hodie missam auspicatur illo prophetico: Lætare Ierusalem, ecclesia sancta uel anima fidelis & pia, & conuentum facite omnes qui diligitis eam: gaudete cum ea gaudio uniuersi, qui lugetis super eam, ut sugatis & repleamini ab hubere consolationis eius. Hinc sequitur Psalmus: Lætatus sum in iis qnæ dicta sunt mihi, in domum domini ibimus. Gaudio hoc priuantur quotquot indurati sunt & obstinati, neque dum à peccatis auertuntur, nec confiteri uolunt, qui etiam scienter aliquid in confessione tacent. & ideo ecclesia ordinauit statuitque euangelium hodie legi de quinque panibus, quibus dominus satiauit turbam, & exhilarauit. eodem nanque modo spiritualiter ille quoque animam tuam pascit, dum conuerteris ad eum per pœnitentiam, cuius gratia claues etiam post se reliquit in ecclesia, ut sic certum in hoc sacramento signum habeas, per absolutionem sacerdotis peccata tibi remitti.

Isaię. 66

Psalm. 121

Johan. 6

Johan. 20.

¶ Cum igitur quinque tantum panes, & duo pisces hic adessent, accepit illos dominus, benedixit, fregit, dedit discipulis, ut ipsi distribuerent turbæ: qua saturata, iussit rursus fragmenta colligi, ne perirent. Vbi miraculum manifestatum esse euangelista insinuat, dum eos ait esse satiatos: quia inde colligitur, plus panis dominum dedisse turbis, quàm Philippus ducentis denarijs empturus erat, ut etiam quisque modicum acciperet Atque hic liberalitas nobis commendatur, & quasi magna uoce dicitur: Quanto plura dabis liberaliter atque misericorditer, tanto tibi largius plura confluent.

Johan. 6

Cyrillus.

Nam & discipulis dominus pro panibus hordeaceis copiosissimam fragmentorum multitudinem largitus est. Ita docemur propter minima quæ ad gloriam dei cõsumimus, ditissimam nobis à Christo gratiam esse præparatam. piscium enim reliquiæ nullæ superfuerũt, inquit Chrysostomus. Chrysost.

¶ Quæstio hinc emergit, si ad hominum necessitatem hoc factum à domino est miraculum, cur tantum fuit reliquum? Respondet Chrysostomus, superasse quidem fragmenta, uerum ea non fuisse superflua: sed & ideo factum, ne imaginatio uel phantasma esse uideretur. Ratio etiam adsignari alia potest, quoniam hæc panis multitudo non uitiosa fuerit, sed euidens maximæ uirtutis declaratio, quando quod mansit reliquum, pauperibus erogatur, iuxta illud Nehemiæ: Comedite pinguia & bibite mulsum, & mittite partes ijs qui non præparauerunt sibi, quia sanctus dies domini est. Apud se quisque cogitet, si multa bona ipsi donet deus, id eo fieri, ut ex ijs quæ sibi sunt reliqua, bene faciat pauperibus, ad remissionem peccatorum suorum, iuxta illud domini: Quod superest date eleemosynam, & omnia munda erunt uobis. Ex illis etiam adseruatis præcipiente domino reliquijs, discant patresfamiliâs prouidentiam. quantum enim sæpe perit in neglecta domo, quod nemini cedit in bonum? quod si ad adseruatum daretur pauperi, iuuaret illum plurimum, esset q; beneplacitum deo, sicut Dauid ait: Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculũ seculi. Quisquis es itaq; familiæ tuæ studiosus, & de illa solicitus, impera idem quod hic dominus, Colligite fragmẽta ne pereant, & date pauperibus. Sed quanam, inquit hic Chrysostomus, gratia non dedit turbæ, ut ferrent, sed discipulis? Quòd scilicet hos magis erudiri uolebat, qui totius orbis erant futuri magistri, & ut ij omnipotentiæ illius non obliuiscerentur, uoluit eos subinde corbium istorum meminisse, quamobrem apud Matthæum quoq; exprobrauit eis, dicens: Quid cogitatis inter uos modicæ fidei, quia panes non habetis? Nondum intelligitis, neq; recordamini quinq; panum in quinque millia hominum, & quot cophinos sumpsistis?

Nehe. 8.

Matth. 23

Psalm. 111

Chrysost.

Matth. 16

Quamuis mystico etiam non caret intellectu, ſicuti alibi explicabimus.

2. ¶ Collegerunt, inquit porro euangeliſta, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorũ ex quinq; panibus hordeaceis, & duob⁹ piſcibus. unde colligi põt, piſciũ quoque aliquid reliquum manſiſſe, quamuis non refert. Chryſoſtomus tamen putat de piſcibus nihil ſuperaſſe, ſed plus mihi apparet hoc dignitatem CHRISTI magnificare, ſi de piſcibus etiam aliquid ſuperfuerit. Græcus quidem contextus hic de piſcium reliquijs nihil habet, neque Vaticanum, quod & permouit forſitan Chryſoſtomum. Cophinos itaque duodecim reliquijs plenos ſeruârunt apoſtoli, arguentes, quatenus nos quoque libenter, ſæpe & multum dare debeamus eleemoſynam, ut uiciſſim deus nobis hic & in futuro retribuat abundanter, iuxta illud Pauli: Qui adminiſtrat ſemen ſeminanti & panem ad manducandum præſtabit, & multiplicabit ſemẽ ueſtrum, & augebit incrementa frugum iuſtitiæ ueſtræ, Tu ſi largiter diſtribuas pauperibus, & reddet tibi deus abundanter: quia beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem, ſiquidem in die mala liberabit eum dominus, ſed & qui dat pauperi, non indigebit. Paulus quoque Hieroſolymam profectus ad apoſtolos, diſceſſionis ſuæ mandatum Galatis refert: tantum, ut pauperum memor eſſet, quod etiam ſolicitus fuit hoc ipſum facere. Et quãuis toto anno eleemoſynas dare opus piũ eſt & ſalutare, hoc tamẽ tempore præcipue, quiſquis uel mediocriter per facultates ſuas poteſt, debet quotidie aliquid erogare pauperi, miſſas audire, diligentius ieiunare, & abſtinere etiam ab ijs quæ aliâs licent. Bona enim eſt oratio cum ieiunio & eleemoſyna, magis quàm theſauros auri recondere: q̃niam eleemoſyna à morte liberat, & ipſa eſt quæ purgat pc̃tã, & facit inuenire uitam æternam.

2. Corin. 9

Pſalm. 40

Proue. 28.

Gala. 2.

Tobiæ. 11.

Chryſoſt.

¶ Admiratur hic Chryſoſtomus immenſam domini ſapientiam, quòd tantum omnino reliquiarum ſuperfuit, ut cophini implerent duodecim: quod ſane mirari oportet nõ tantum quoniam ſuperfuerunt panes, ſed etiã quanec plures, neq; pauciores, quàm qui numero pares eſſent apoſtolis cophini reliquiarum, ut omnes geſtent, & neq;

Theoph.

Iudas ipse expers relinquatur. Ideo merito ex hoc miraculo debebat didicisse, magistrum suum esse deum, & ex hoc profeciſſe, quamuis etiam hoc propter malitiam eius in condemnationem ipsius cesserit. eum enim qui tantas reliquias fecerat, de quibus & ipse cophinum portauit, prodidit. Aut certe mystice saltem hoc designare uoluit dominus in cophinis, ubi licet ministerium suum nõ peregerit Iudas, locum tamen ipsius Matthias suppleuit, sicut & Dauid iam olim in spiritu prouiderat, dicens: Episcopatum eius accipiet alter. Psal. 108.

3. ¶ Miraculum illud tantum, quõ non uelut attonitæ admirentur turbæ? dixerũt enim: Hic est uere prophe ta, qui uẽturus est in mundũ. O gulæ (inclamat hic Chrysostomus) incredibilem auiditatem. Maiora ĩs miracula & quidem innumera operatus est Iesus, neq; hoc unquã confessi sunt, nisi nunc exaturati. Non iam cogitabant ipsum transgredi legem sabbathi, obliti erant eum Moysi aduersari, nihil horum curabant iam saturi: prophetæ ipsis habebatur, imò & regem illum iamiam erant creaturi. O instabilitatem, ò inconstantiam gulæ. Veruntamẽ uerborum illorum primo aspectu sensus facilis est, illos iam hoc miraculo confirmatos, plus tribuere Christo q̃ cuiuis alteri ex plebe homini. sed & prophetam uocabãt eum, q̃uis plus quàm propheta fuerit. si enim ipse dominus Iohannem plus quàm prophetã appellauit, quanto magis & dignius hoc de Christo prophetarum omnium domino dici debebit? Pulchre hoc idem Augustinus explicat: Sicut angelus, inquiens, ab Isaia uocatur dominus, Et uocabitur nomen eius angelus magni cõsilij, secundũ Septuaginta, rex tamẽ angelorũ existit, & hic in prophetia angelus dictus, q̃ præsentẽ nobis annunciauit salutẽ, ita etiam, quia futura prædixit nobis infallibili ueritate, propheta appellatur. quomodo dixit etiam: Cælũ & terra transibunt, uerba autem mea non transibunt. Christꝰ autem in quantum filius erat & uerbum patris cælestis, dominus quoq; erat angelorum & prophetarum. Et sic intelliges quõ propheta sit Christus futurorum omnium conscius, simulq; propheta rum dominus. nanq; & secundum animam suam contemplator erat essentiæ diuinæ, Matth. 11. Augustin. Isaiæ. 9. Matth. 24

unde & omniscius fuit, non ex uisione uel inspiratione, sicut cæteri prophetæ. prophetam tamen eum appellá-
Lucę.24. runt discipuli quoq; illi duo, potentem in uerbo & opere coram deo omniq; populo.

¶ Attentius tamen paulo turbæ huius uerbá considera. habent enim aliquid in se energiæ, dum non simpliciter prophetam, sed eũ qui uenturus erat in mundũ, insinuant. eo enim hoc declarare uolebant, q̃uis ante hunc prophetæ plurimi fuerant, officium tamen tm̃ habebãt, prophetam illum adnunciandi, qui uenturus erat in salutem & redemptionẽ hominũ: hic cum iã uenisset, utique
Deut.18 merito prophetarum omnium propheta summus & erat & dicebatur, Messias ille iam olim in lege promissus. dixerat em̃ de illo deus ad Moysen in lege, Suscitabo illis prophetam de medio fratrum suorꝫ, similem tui. Sicut ergo legis lator antiquæ fuit Moyses, ita succedere illi oportebat prophetam alium nouæ legis autorẽ. huiusmodi nimirum prophetã hic dñm turbæ confessæ sunt, hunc em̃ expectabant, in Christo iam utiq; uidentes omnẽ de Mes-
Matth.16 sia ꝓphetiã impletã. Atq; ideo alibi discipulos suos dñs interrogauit: Quẽ dicunt homines esse filiũ hominis? Qui
Theoph. respõderunt, Alĩ Iohannem Baptistã, alĩ Eliam, nõnulli alium prophetarum, ut testatissimum sit, plebem eum habuisse pro ꝓpheta. Postremo pro altera conclusionis parte, discendum quoq; hic nobis est ex euangelio, ne pusillanimes simus in angustijs & paupertate, neq; timidi simus in hospitalitate & communione, sed credamus, q̃ & si unum habeamus panem, illum multiplicaturus sit, nec unquam nos in necessitate destituturus. quapropter soli-
Matth.6. citudinem etiam nimiam prohibuit apud Matthæũ, quãdo & superflua appetere non raro incommodat magis, q̃ quod prosit. Vt recte omnino duo hæc sibi dari petierit à
Proue.30 domino Sapiens, cum diceret: Vanitatẽ & uerba mendacij longe fac à me, mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, tribue tantum victui meo necessaria. Id uos quoq; petatis à domino deo, quem nunc oremus omnes, &c̃.

HOMILIA QVARTA ET
ultima in medio Quadragesimæ

QVi signa, inquit Beda, & miracula domini ac saluatoris recte cum legunt uel audiunt, accipiunt: nõ tam in ijs quid foris stupeant attendunt, quàm quid horum exemplo intus agere, quid in ijs mysticum perpendere debeant, inspiciunt. Eandem regulam beatus Augustinus quoq; refert, Christum uerbo simul & opere docuisse, atq; ideo quicquid euangelistæ operum suorum descripsere, nobis accipiendum esse ut certissime factum sit: & tamen insuper facti illius significationem mystícam, ad eruditionem & instructionem nostram esse cõsiderandã. Quis itaq; iam dubitet, euangeliũ hodiernũ ad literã ita ut lectũ est esse factum, q̃d cõcorditer adeo unanimes omnes descripserunt euangelistæ, quando etiam intellectu non ita difficile est, quinq; panibus hordeaceis & duobus piscibus satiasse dominum quinq; millia hominum, pueris & mulieribus exceptis? Verum quid hæc sibi historia mystice uelit, quidq; ex ea nobis sit colligẽdum, hoc sane nõ ita apertum est omnibus, sed ex alijs aliter deducitur. Nos non nostro capiti, uerum probatissimis sanctorum patrum sententijs & autoritati innixi, afferem⁹ huius rei explanationem. neq; immerito sic illorũ sequemur autoritatem, qui & diuinitus illuminati & ab ecclesia deinceps accepti, quæcunq; scripserunt, sacrarum scripturarum collatiõe illustrarunt, ut Augustinus, Ambrosius, Beda, &c̃. Beda. Augusti⁹ Johan. 6. Matt. 14. Marc. 6. Luc. 9.

¶ Principio quòd Iudæam egressus est dominus, significare potest hoc, quod Iudæos dereliquit & deseruit, ꝓfectus in Galilęam gentium, quas scilicet in ecclesiam suam adsumpsit & elegit, cum idololatriam suam dimitterent, & dominum sequerentur in fide uirtutum optimarũ operatrice. Non hic referre animus est, quomodo mare sit hic mundus, ubi transfretauit dominus in ligno seu naui cula sanctæ crucis in uitam æternam. contenti sumus explicare tantum, mare Galilææ designare mundũ hunc miserijs & calamitatibus undiq; plenum, in quo quicũq; grauiter peccando offendunt, uelut in profundo natant ut pisces, non attollunt animos suos in altitudinem cælestium gaudiorum. Quo etiam uox ipsa Galilęæ deseruit. quæ rotã significat, aut quicquid uolubile c̃. sic eñ mũd⁹ Theop⁹ Beda.

homines uoluptatibus inuolutos & immersos uelut, uestiginosos efficit, ut nequeant iam amplius meditari cælestia. sic Dauid quoq; dicit: In circuitu impij ambulant. Cũ uero iam transfretaret per mare hoc dominus, & fluctus uoluptatum mundi huius infringeret, tribulationem simul uinceret & mortem, tunc nimirum secutæ sunt eum turbæ plurimæ, ex uniuerso terrarum orbe collectæ, euangelicam doctrinam amplexæ sunt, & dixerunt: Domine, ad te cõfugi. doce me facere uoluntatem tuam. Quia post passionẽ Christi, cum iam apostoli & miracula operarentur tanta, & tam salutarẽ undiq; disseminarent doctrinam, secutæ sunt illos turbæ magnæ, & crediderunt in dominum.

Psalm.11

Psal.142

Actuũ.5

¶ Quòd itaq; sedit in mõte dominus, hoc designabat, quoniã intelligẽtibus plurima & immensa reuelat mysteria: uerũ infirmos iam ante curat inferius ad radices mõtis, q̃ ñ cum uarijs uitijs & peccatis languidi ad altitudinem montis pertingere non possunt eò, quò innocentes manibus & qui mundo sunt corde, tantum perueniunt. Deinde q̃ sublatis oculis dominus uenientem ad se uidit turbam, argumentum est immensæ misericordiæ illius, qua paratus est occurrere omnibus ueniẽtibus ad se: q̃m sicut pater ille filio occurrebat perdito, ita peccatori obuiam uenit deus per gratiam & innumera dona sua, modo peccator secum recogitet in corde suo, dicatq; cum filio prodigo: Ibo ad patrem meum & dicam, Pater, peccaui in cælum & coram te.

Psalm.23.

Lucę.15

2. ¶ Panes hordeacei quinq;, libros quinq; Moysi designant: puer qui panes secum fert, Moyses ipse est. Recte autem hordeacei sunt illi, quia & isti libri ueteris sunt testamenti: & sicut hordeum ægre ab inuoluulo seu palea qua continetur, diuelli potest, ita ueteris quoq; testamenti litera cruda & crassa est, operta sacramentis carnalibus, quæ spiritalis intellectus granum contegebant. Quamuis referri idẽ hoc quoq; potest ad duritiem legis & mãdatorum ueterum, quam Petrus quoq; fatebatur, in quiẽs: Quid tentatis imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neq; nos, neq; parentes nostri portare potuimus?

Augustin. Hieron.

Actuũ.15

¶ Granum illud legis intimum apud Iudæos sub uelamine corticis latuisse, Paulus quoq; testatur, cum ait: Vsque in hodiernum diem cum legitur Moyses, uelamẽ positum est super cor eorum. Quando itaq; ignorantia turbæ sub lege erat, eo faciebat, ꝙ dominus Philippum interrogauit, ignorantem adhuc mysterium illud magnũ, quod facturus erat ipse. Veniens autem dominus, uelamẽ ademit ijs qui conuertebantur: in cuius rei signum, uelũ templi quoq; scissum est in morte Christi. 2. Corin. 3 Matth. 26

¶ Porro pisces duo, ex sententia beati Augustini uiden tur nobis significare duas illas in ueteri testamento sublimes personas, quæ ungebantur ad populum sanctificandum & regendum, sacerdotes & reges. Sacerdos autem & pontifex Christus quoq; est, ut qui semetipsum obtule rit deo patri sacrificium & hostiam uiuam: rex etiã, quoniam ab ipso omnes gubernamur in regno fidei. Beda ꝙ pisces duos, geminam intelligit scripturam, psalmorum & prophetarum: quoniam illi canendo, hi loquendo futura prædixerunt. Augustin Heb. 7

¶ Panes quinque fregit & distribuit dñs. Quamdiu puer, hoc est, populus Iudæorũ, panes quinq;, quinq; libros Moysi apud se gestauit, non distribuebantur illi populis gentium, sed non intellectos etiam istos penes se seruabant Iudæi. Verum quàmprimum natus est dominus noster Iesus Christus, panemq; accepit simul & fregit, hoc ẽ, intellectum aperuit latentem, quomodo discipulis duobus in Emaus abeuntibus panem fregisse dicitur, cum inciperet loqui de Moyse & prophetis, explicans quæ in ijs de se scripta essent, tunc sane multiplicati sunt libri Moysi: quia per uniuersum terrarum orbem diffuse explicati, atq; adeo apostolis dati, qui deinceps gentibus proponerent: hoc est, quod potestatem dedit apostolis posterisq; eorum, librorum Moysi interpretationem toti mundo prædicare. Quamuis enim Christus docere incepit euangelium, tamen & ij qui illud ex ipso audiebant, profecti ꝑ dicauerunt ubiq;, domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis. Quod autem fœno seu gramini insederunt turbæ, ad homines referendum est, qui carnales sunt. siquidem omnis caro fœnum, inquit Isaias. Luc. 24 Marc. 16 Hieron. Isaiæ. 40

huiusmodi hominibus panis scripturarum & uerbi dei proponendus est, ut aliquando carnalem tum intelligentiam tum concupiscentiam omittentes, uoluptates quoq; mundi huius uelut herbam quæ iam exaruit fugientes, corpus iam redigant sub obsequium spiritus. Id fit, cum quinquageni discumbunt, secundum Lucam, hoc est, cum pœnitentiam agunt, inquit Hieronymus. Et hoc contra eos facit, qui bonis tantum prædicare uolunt euangeliũ, quo multo magis indigent qui mali sunt, ut conuertant: boni uero, ut in boni cœpto perseuerent, & de uirtute in uirtutem progrediantur. Neq; à prædicationis officio & diligentia sedulus deterreatur prædicator, si uideat multos malos sibi esse auditores, apud quos nihil promoueat: quoniam si unam saltem animam lucretur prædicatione sua, plus iam lucri habet, quàm quotquot in mundo sunt mercatores. Atq; hoc illud est quod Christus dixit, sanos non indigere medico, sed male habẽtes: ideoq; tantũ sub inde peccatores ueniunt ad dominum. sed & per prophetam idem hoc ipse de se testatur, dicens: Vt mederer contritos corde, & prædicarem captiuis indulgẽtiam, & clausis apertionem. Neq; semper Christus bonos tãtum habuit prædicationis suæ auditores, imò & in magno illo miraculo, decem curatis leprosis, unus tantũ rediit ad Christum, qui gratias egit.

Luc. 9.
Hieron.
Matth. 9.
Isaiæ. 61
Luc. 17

¶ Satiatis iam turbis, præcepit dominus apostolis colligere fragmenta, ne perirent. Quæ sunt autẽ, ait Augustinus, illa fragmenta, quæ populus non potuit mãducare: intelligantur ergo quædam secretiora intelligẽtiæ, quę multitudo non potest capere, ea adseruanda sunt utiq; & collecta iis tradenda, qui alios etiam queant docere, cuiusmodi sunt prælati & doctores. penes illos remaneant pleni cophini fragmentis, quia pleraq; sunt arcana diuinorum eloquiorum, quæ uulgi sensus non capit: non nulla quæ per se quidem minus docti assequi nequeunt, sed à doctoribus exposita mox intelligere queunt. Audiant hoc nostrates neochristiani, audiant rudes ex plebe & indoctissimo uulgo homines, audiant uetulæ quoque garrulæ, & discant non ita temere sacras tractare scripturas, ex quarum lectione, arrogantia tantum & inani fa-

Augustin.
Beda.

ſtu inflati, in abyſſos errorum cadunt præcipites. Ecce nō præcepit hic dominus turbis ſecum auferre reliquias panis, ſed apoſtolis colligere: ex horum cophinis, quod tibi difficilius & grauius eſt, tu collige. Diſcant hinc quoque prælati commiſſum ſibi eſſe uerbum dei diſtribuendum ex cophinis plenis, non iura ciuilia, non poetarum illecebras: ſed quicquid panis euangelici reliquum eſt, turbæ enucleare, explicare. &(quo ſibi uitam comparent æternam) elucidare. Impleuerunt apoſtoli cophinos duodecim, & unuſquiſq; eorum de reliquijs ſaluatoris implet cophinū ſuum, ut habeat unde poſtea gentibus cibos prębeat. Omnis itaq; hic ſpiritualium doctorum chorus exprimitur: qui obſcura ſcripturarum, quæ per ſe turbæ ne queunt meditando colligere, & meditata & mandata literis, ſuo pariter & turbarum uſui conſeruare iubentur. Ecclī.24. Hieronym. Beda.

Hoc ipſi fecere apoſtoli & euangeliſtæ, hoc ſequaces eorū ecclēſiæ toto orbe magiſtri, etiam integros utriuſq; teſtamenti libros diligentiori explanatione diſcutiendo. Diſce hinc errare oēs iſtos, quotquot nec credere iam neque tenere quicquam uolunt, niſi quod in ſcripturis bibliēis habetur expreſſum. Aliter nos hic docemur, panē quidem euangelicum à Chriſto fractum, nos quoq; proponere debere turbis, ſed inſuper etiam eorum quæ difficiliora ſunt fragmēta, ex cophinis illorum qui diuinitus ſunt edocti, non contemnere, cuiuſmodi ſunt Auguſtinus, Dionyſius, Cyprianus, Hieronymus, Chryſoſtomus & alij nonnulli. Ex ijs fragmenta ſcripturarū nos ſumere oportet, non ab Arrio, Heluidio, Vuicleff, Huſs, Luthero, Zuinglio, quibus non commiſit dominus colligere fragmēta: quādo nec apoſtolorum ſunt ſucceſſores, uel ab ijs ad hoc munus miſſi, ut ſic ſcripturā ſanctam lanient, lacerent & reijciant: ultro enim ſe ingerūt, ut fures & latrones, nec; uera ianua ingrediunt, quo ſic uocarent ab ijs, qui ius uocatiōis & ad huiuſmodi officia miſſiōis debitæ haberent. Galat.4. Hebr.7.8 7.9. Johan.10.

4. ¶ Quis hic doctores multū uariāt ſup expoſitiōe. 5. panū & duoꝝ piſciū, tñ ex multis ſunt q referāt ad 5. partes pœnitētiæ, oñdentes etiā quō ſinguli ſint frāgendi, ſicut facit Robert⁹ Anglic⁹. Nec deſunt q panes illos expoūāt potiſſima iſta q̄ ad uitā Chriſtianā ptinēt. S. Bernard⁹ Facias hic ſermonem vt placuerit Bernar.

ad ſtatum religioſorũ pertrahit. Rurſus ſunt alij, qui panes quinq; interpretantur quinq; rationes ſiue cauſas, quibus ad pœnitentiam promouemur. Alij referunt ad quinque illa, quibus anima noſtra paſcitur. Poſtremo ſunt q̃ anagogicè panes iſtos exponunt quinq; illa, quibus animæ ſiue ſpiritus ſanctorum ſatiantur in æterna beatitudine. Ea omnia miſſa hic facio, tantũ quæ Ambroſius habet, breuiter percenſebo. Ex multis circunſtantijs cõſtat, hic & Matthæi decimoquinto, non unam atq; eandem eſſe hiſtoriam: quoniam hic quinq; panes, illic ſunt ſeptem: hic ſupra fœnum, illic in terra ſedent: hic quinq; millia, illic quatuor tantum millia ſatiantur: hic duodecim cophini, iſthic ſeptem ſolummodo implentur: ut iam ope ræpreciũ ſit, omnino nõ unam hanc eſſe hiſtoriã. Ambroſius quoq; exactius adhuc ſignificationem illius explicãs, ait: Videntur illa quinq; millia quaſi quinq; corporis ſenſus, adhuc corporalibus proxima accepiſſe alimenta de Chriſto: quatuor uero millia, & ſi adhuc in corpore ſint, & in hoc mundo, qui ex quatuor conſtat elementis, non ocioſe tamen feruntur myſtice accepiſſe eſcã quietis. Numerus enim hic quaternarius, ut ait Hieronymus, ſemper in laude ponitur: & quadrangulus lapis non fluctuat, & non eſt inſtabilis: atq; ob hanc cauſam etiam euangelia in eo numero conſecrata ſunt. Quatuor hæc millia ſatiãtur panibus ſeptem, cibo nimirum ſancto quietis: quia ſic dies ſeptimus requietioni datus eſt, & omnis hæc uita noſtra uiciſſitudine & continua ſeptem dierum reuolutione peragitur. Quiſquis igitur hic uiuit deo beneplacitus, & panes illos ſeptem quietus & in omni ſanctimonia uitæ hic manducat, panem tandem octauum in illa quoq; cœna manducabit, quando æterna fruetur beatitudine, poſt reſurrectionem. Atq; ideo Matthæus ait, Chriſtum teſtimonium illis dediſſe, q̃ triduo ſecũ ſuſtinuerint, ſicut olim Iudæi profectionem triduanam (quæ pœnitentiam deſignabat perfectam) domino uolebant offerre in deſerto.

Ambro.

Johan. 6
Matth. 15

Ambro. ſuper Lucam lib. 6

Hieron.

Gene. 2

Luc. 14

Matth. 15

Exo. 5. 8

¶ Id adeo ſubtiliter quoq; ſanctus Iohãnes inſinuauit, dum iſtorum quinq; millium panẽ hordeaceum deſcribit, panem utiq; horridum, ſicut & homines iſti duri ad

huc erant & minus perfecti. Verum perfectioribus illis quatuor millibus, panis datur mundissimus. Carnales quoque isti fœno insident, ut qui nondum penitus uoluptates carnes reliquerunt: quatuor millia autem hominum sedent in terra, quæ frumenta, uinum & oleum, producit, ut inde plus gratiæ diuinæ acquirant, qui ad regnum cælorum ex quatuor mundi partibus perueniunt, iuxta illam CHRISTI uocem: Multi ab oriente & occidente uenient, & recumbent cum Abraam, Isaac & Iacob in regno cælorum. Et sicut hic apostoli panem diuiserunt turbis, ita deinceps corpus quoque & sanguinem domini distribuerunt. Ad extremum CHRISTVS quoque fregit uetus testamentum, & reliquias illius atque fragmenta apostolis proposuit, quod in multis locis apud Matthæum ostenditur, de libello repudij, & apud Paulum de duobus filijs Abraæ. De perfectione porro numeri septenarij plurima sunt in sacris literis argumenta manifesta, quia septem sunt dona spiritus sancti, septem gradibus ascenditur in templum, septem quoque sigillis obmunitus est liber dei: quibus omnibus cõsortium adipisci possumus spirituum septem, qui sunt ante faciem throni dei: ubi tandem cum omnibus sanctis angelis & electis dei, deũ laudemus in secula benedictum, Amen.

Matth. 8

Wat. 5. 18.

Gala. 4.

Isaię. 11

Apoc. 5.

DOMINICA QVINTA QVADRAGESIMAE,

quæ eadem & Dominica in Passione dicitur, Euangelium Iohannis VIII.



IN illo tempore: Dixit Iesus turbæ Iudæorum & principibus sacerdotũ: Quis ex uobis arguet me de peccato? Si ueritatem dico, quare non creditis mihi? Qui ex deo est, uerba dei audit. Propterea uos nõ auditis, quia ex deo non estis. Respondẽrũt ergo Iudæi & dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Respondit Iesus: Ego dæmonium nõ habeo, sed honorifico patrem meum, & uos inhonorastis me. Ego autem non quæro gloriam meã. est qui quærat & iudicet. Amen amẽ dico uobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non uidebit in æternum. Dixerunt ergo Iudæi: Nunc cognouimus quia dæmoniũ habes. Abraam mortuus est & prophetæ, & tu dicis, si quis sermonẽ meum seruauerit, non gustabit mortem in æternũ. Nunquid tu maior es patre nostro Abraam, qui mortuus est? & prophetæ mortui sunt. quẽ teipsum facis? Respondit Iesus: Si ego glorifico meipm, gloria mea nihil est. Est pater meus qui glorificat me, quẽ uos dicitis qa deus noster est, & nõ cognouistis eũ. Ego aũt noui eũ. Et si dixero qa nõ scio eum, ero similis uobis mendax. Sed scio eũ,

1. Joha. 4.

Supra. 7

Supra. 7

& sermonem eius seruo. Abraam pater uester exultauit ut uideret diem meum. uidit, & gauisus est. Dixerunt ergo Iudæi ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraam uidisti? Dixit eis Iesus: Amen amē dico uobis, antequā Abraam fieret, ego sum. Tulerunt ergo lapides ut iacerent in eum. Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo.

HOMILIA PRIMA.

SI quod est euangelium nobis ab ecclesia propositū, quo domini nostri Iesu Christi immensa benignitas, innocentia & summa mansuetudo declaratur, ac uicissim Iudæorum inuidia & malitia extrema ostenditur: hoc utiq; est præsens hoc nostrum, atq; ideo ab ecclesia sancta per spiritum dei sanctum quoq; institutum est, ut illud hodie legatur in dominica, quæ à passione domini nomen sumpsit. Et in hoc animum Iudæorum tum inuidia tum odio & maleuolentia exacerbatum nobis demonstrat, unde colligamus, quomodo à uerbis ad opera, à calumnijs & opprobrijs ad uerbera, flagella & crucem denique deuenerint. Sed quæres hic initio statim, unde hæc dominica in passione dicatur, quando die ab hinc decimatertia demum, quæ est ipsa parasceues, passus est dominus.

¶ Responsionem ad hoc ipse nobis offert euangelij Iohannis contextus. Lazarum enim à morte suscitauit dominus prima die Neomeniæ: deinceps die quartadecima à noua luna manducabant agnū ex p̄scripto legis: & ea statim nocte capt⁹ in mōte Oliueti dñs, sequēti die, q̄ erat parasceues, mēsis illius decimaquinta, crucifixus ē. ferias aūt agebāt ex lege Iudæi in neomenijs, ideoq; multi homines ibidē aderant, quādo resuscitauit dñs Lazar⁹. Quæ etiam ratio est, cur proxime trāsacta feria sexta instituit

Iohan. 11
Exodi. 12.
Num. 28
Iohan. 12

ecclesia legi in missa debere euangelium istud de Lazaro, quoniam totidem diebus eum ante diem parasceues resuscitauit dominus. Narrat autem euangelista multos ibidem interfuisse Iudæos, & quosdam abijsse ad pharisæos, eisq; denunciasse quæ fecisset Iesus. Hinc sequitur, collegerunt principes & pharisæi cõcilium, in quo quid cõclusum sit, tandem euangelista indicat cum ait: Ab illo die cogitauerunt ut interficerent eum. Atque ideo iã nõ amplius palam ambulabat dominus apud Iudæos, sed abiit in regionem iuxta desertum, in ciuitatem quæ dicitur Ephrem. Quando itaq; prima die neomeniæ resuscitatus est à domino Lazarus, qua die pharisæi quoq; & summi sacerdotes, ut se sanctificarent ad imminens festũ paschæ, undiq; proficiscebantur Hierosolymam, sicut in Exodo præceptum erat, & de cæteris etiam Iudæis euãgelista cõmemorat: ea quoq; ipsa die fama peruenit Hierosolymã, quoniam inde duobus tantum miliaribus distabat Bethania: statim illo sabbato inito concilio, consultârunt de morte Christi. Quo nomine heri quoq; in uesperis erecto crucis uexillo, ecclesia cœpit passionem Christi meditari. Eoq; magis euangelium hoc hodie proponit, quo declaratur, quàm atrociter, odiose & impie dominum tractârint Iudæi. Nos itaque nunc textum illius in manus adsumamus & explicemus.

Exodi. 40
Johan. 11

1. ¶ Primum omnium dixit ille Iudæis: Quis ex uobis arguet me de pctõ? Pensate, inquit Augustinus, charissimi immensam Christi benignitatem: pctã uenerat relaxare, & tamen dicit, Quis ex uobis arguet me de pctõ? Non dedignatur ex ratione ostendere se pctõrem nõ esse, qui ex uirtute diuinitatis poterat pctõres iustificare. Ad hoc autem dicendum quid mouerit dominum, adsignari principio potest, quoniam quærentibus iam Iudæis ipsum interficere, sicut ipse eis in eodem hoc capite exprobrauit, uerbis illis ostendere uoluerit, quicquid molirent & pararent isti, id omne facere eos nec amore nec zelo iustitiæ, sed mera quadam malignitate, quãdo ne insimulare quidem ipsum alicuius possent pcti. Alia ratio huic non dissimilis dari potest: Iactantibus Iudæis filios se esse Abraæ, cum dominus illis diceret, Vos ex patre di

Augustin.
Johan. 8

abolo estis, iam nunc declarare uult iis uerbis, eos de ipo dicere similiter non posse, ut sic immerito eum odio prosequerentur. quasi diceret, *Si dei estis filij, utiq; peccantem debetis odio habere. Me uero quando odio prosequi mini, nec tamen de pcto arguere potestis, non utiq; estis filij dei, ut iactatis. Itaque ob ueritatem tantum me odio habetis. Recogita autem hic tu peccator, imo nos oes homines, dempta Maria, quod nemo in ueritate dicere* Theoph. *potest, Quis me arguet de pcto? quoniam omnes nos peccauimus & egemus gloria dei. Atq; adeo natura eramus* Roma. 5 Ephe. 2 *filij iræ, sicut & alij, ut si diceremus nos peccatum no habere, seduceremus nos ipsos, & ueritas in nobis no esset.* 1. Joham. 1 *Solus hic dominus noster Iesus Christus est, qui peccatu* 1. Petri. 2. *non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, ideoq; serio dicere potuit Iudæis: Quis ex uobis arguet me de pecca-* Origenes *to? Et si de peccato nullo accusare potestis, quomodo mihi mortem intentabitis? Quãdo peccati nullius scitis cõscium, & ego tamen ueritatem dico uobis, quare nõ creditis mihi? Veritatem autem annunciasse Christum Ma* Malac. 2. *lachias q; testat, cũ ait: Lex ueritatis fuit in ore ei, & iniquitas non est inuenta in labijs eius. In pace & in æquitate ambulauit mecum, & multos auertit ab iniquitate.*

2. ¶ Quàm pulchre iam ex illo quòd non crederent ipsi, concludit dominus aduersus Iudæos, inquiens: Qui ex deo est, uerba dei audit. propterea uos non auditis, qa ex deo non estis. Terribile ualde est, ait Gregorius, quod Gregori. *sequitur: ideo uos non auditis. Penset ergo apud se unus quisque uestrum, si hæc uox dei in cordis eius aure conualuit, & quia iam ex deo sit agnoscit. Ecquid in se uerba dei continent, appeti uitam æternam, cõcupiscentias malas conteri debere, honores mundi contemni & respui, aliena non concupisci, sed & propria bona cum gaudio & hilaritate distribui? Hæc in cuiuscunque animo & corde firmiter hærent: & qui de ijs libenter audit dici, agnoscit quia ex deo ẽ, dummodo opere quoq; & facto illa adimpleat: quoniam multi sunt qui libenter & cum lachrymis suscipiunt uerbum dei, sed statim rursus ad uomitum redeunt peccatorum. Isti autem uerbum dei non audiunt, qui illud opere exercere differunt, sicut in euan-*

gelio auditis semen non in unam terram cadere, sed partim in spinas, partim in petram, partim ad uiã & semitã.
Luc. 8. Dicit itaq; Gregorius: Reuocate fratres uitam uestram ad
Gregorij oculos mentis, & alta cõsideratione uerba diuinæ ueritatis timete, Ideo uos non auditis, quia ex deo nõ estis. Sic
Iezech. 3. ad Iezechielẽ quoq; dixit dominus: Domus Israel noluit audire te, quia nolunt audire me. Ecce contumeliam quoque suam reputat deus, si tu prædicatores ipsius audire contemnis, si uerbum illius non amas. Vt nunc misere res agitur circa uerbi dei prædicationem, neochristiani iam multum gloriantur, & suos nobis iactant prædicatores, multis modis eos commendant: qui tamen calumnientur magis, & uituperent ceremonias omnes, pias ordinationes, sacramenta, opera bona, imò & ipsos sanctos dei in cælo. Neque immerito eos laudant ipsi, cum & ipsi sint huiusmodi, quales in Isaia leguntur esse
Isaiæ. 30 q dicũt: Nolite nobis aspicere quæ recta sunt, loqmini nobis placẽtia, uidete nobis errores, auferte à me uiã, declinate à me semitã, cesset à facie nostra sanctus Israel. Diligẽtius attẽde & cõsidera loca, in quibus nõ sustinere iam uolunt uiam sibi prædicari salutis æternæ, an non ita agantur omnia, an non ita sæuiant isti, qui sanctos è cælo, sacramenta & imagines è templis deturbare conantur. Sed hæc aliâs.

¶ Qui ex deo est, inquit dominus, scilicet natus per fidem, bonorum operum operatricem, qui à deo prædestinatus est ad uitam æternam, is sane uerbum dei sanctum audit: neque sonum illius tãtum & uocem, sed cum cõsensu etiã & obedientia, sicut alibi beatos quoq; dominus pronunciat, qui audiunt uerbum dei & custodiunt
Iacobi. 1 illud. Sic Iacobus, Estote, inquit, factores uerbi, & non auditores tãtum, fallentes uosmetipsos. Atque hoc dictum Christi diligenter attendentes doctores sancti, collegerunt inde, uerbum dei audire libenter, certum esse prædestinationis argumentum ad uitam æternam. Contra etiam quicunque uerbum dei nec curant, neque audire magni faciunt, sed uel ad conciones sacras non ueniunt, uel inde sine graui causa statim abeũt, eos à deo reiectos esse in perpetuum.

3. ¶ Dixerunt Iudæi: Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Quando nullũ iam peccatum Iudæi poterant obiicere Christo, quia ut Iob ait, Non potest iustificari homo comparatus deo: atque ideo quamuis deus in ueteri quoq; testamento ius dixit homini, sicut per Isaiam dicit, Habitatores Ierusalẽ iudicate inter me & uineam meam. Et in uniuersum ad pctõrem ait, Reduc me in memoriam & iustificemur simul, narra si quid habes ut iustificeris. semper tamen penes deum tanquam summum bonum sententia est, iuxta illud Dauidis: Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris. Non desinunt tamẽ furere & insanire hic Iudæi, sed blasphemias moliunt, dum pctm̃ nullum exprobrare domino possunt. Quis em̃ arguet coram eo uias eius?

Iob.25. Isaię.5 Isaię.43 Psalm.50 Iob.11.

¶ Ecce doctoris est uitam uiuere inculpatam: proximum, doctrinam quoq; habere sine uitio. ex utroq; illo Christus hic optimum se profitet magistrum. de uita namq; sua ait: Quis ex uobis arguet me de pctõ? Quo ad alterum, si ueritatem dico uobis, quare uos non creditis mihi? Contra utrunq; quando afferre nihil poterant Iudæi, calumnias tantum intendunt: aduersus uitæ sanctimoniam, Samaritanum ipsum uocant: contra ueritatem doctrinæ, clamitant eum dæmonium habere. Primum Samaritanum nominant, hominem impurum, neq; fidei rectæ, cuiusmodi nunc quoq; temporibus nostris comperiũtur, quoniam Samaritani tantũ libros qnq; Moysi & prophetas recipiebant, cæteros nequaquam. Et ij sunt quos Cutheos uocat Iosephus, eratq; perpetuũ odium inter eos aliosq; Iudæos. Ratiões aũt tres assignant doctores, cur eum Samaritanum appellârint, & recte quidem hic Chrysostomus ex hoc loco intelligi dicit, Iudæos etiam sępius eo in Iesum usos uocabulo, quamuis nõ meminerit adhuc euangelista Samaritanum Iesum ab ipsis uocatum. hanq; cum dicunt, Nõne bene dicimus nos, qa Samaritanus es tu, insinuant se utiq; & sæpius & merito dominũ Samaritanum dicere. Ex ratiõibus uero, prima hæc est, quòd apud Samaritanos fuerat, illosq; docuerat. Secunda, quia in parabola Samaritannm laudaucrat magis, q̃

Iohan.8. Lib.9. antiqu.c.15. Chrysost. Iohan.8 Iohan.4 Luc.10.

Lucę.17. uel ſacerdotem uel Leuitam. Tertia,quoniam Samaritanum illum ſolum gratum commendârat præ cæteris nouem leproſis,quorum nullus ad dominũ redierat gratias acturus. Præcipue quoq; eo Samaritanum uocabant, q̃ dominus ex eorum ſententia & iudicio legem nec totã nec conſtãter ſatis ſeruaret,ſicut Samaritani. Quamob rem toties Moyſen adducebant contra eum, apud Iohã-
Ioh.5.6.7 Johan.9 nem etiam clamabant: Nõ eſt hic homo à deo,qui ſabbatum non cuſtodit. Poſtremo dominum calumniantur, quaſi qui dæmonium habeat. Ecce qui ipſi erant dæmoniis pleni,ex patre etiam diabolo nati,benedictum in ſecula dominum noſtrum infimulant dæmonium habere. Qui diabolo potenter imperat,ipſumq; adeo ex hominibus expellit,pro dæmoniaco accuſatur. An nõ hæc Iudæorum inſignis tũ impietas eſt tum malitia? Dæmones ipſi Ieſum dominum ſuum eſſe fatent, & Iudæi negant,dæ-
Matth.8 Marc.5 monium ip̃m habere clamantes. Geraſeni iſti duo clamabant ad dñm: Quid nobis & tibi Ieſu fili Dauid? q̃d ueniſti ante tempus torquere nos? Similiter & dæmoniacus ille apud Lucam dicebat: Sine,quid nobis & tibi Ieſu Naza-
Lucę.4. rene? ueniſti perdere nos? Scio te qui ſis, ſanctus dei. Vſq; adeo dæmonio magis impij lõge q; ſceleratiores erant Iudæi. Et quia dæmonium habere dominum infimulabant,faciebãt duplici de cauſa: primum, ob ſublimitatem ſuæ doctrinę,q̃m multa eis referebat de deo patre occulta illis & latentia, intellectumq; eorum longe ſuperantia, & quòd de cælo deſcendiſſet, quòd carnem ſuam eis da-
Johan.6. turus eſſet manducandam. Deinde,quia uidebant tanta ipſum operari miracula,facilius fiebat ut dæmoniũ ip̃um
Matth.12 habere dicerent,ſicut alibi expellente eo dæmonium,dicebant in Beelzebub hoc ipſum facere. Theophylactus
Lucę.11. quoque refert Iudæos cum uiderent Chriſtum cogitati-
Matth.9 Marci.2. ones ſibi ſuas toties manifeſtare,id tribuere tentaſſe dæmonio,quod tamen opus eſt ſoli deo proprium. Et hic
Lucę.11. Auguſtinus ſolicite conſiderare nos admonet, ut ipſi q̃que patientes ſimus, uidentes nos Chriſtum habere uirtutem & maieſtatem dei immenſam, & quando quilibet homo potens eſſe cupit,nos quoq; imitari debemus ante omnia patientiam Chriſti, ſi potentiæ illius uolumus

esse participes. An quis nostrum sustineat patiẽter, si sibi dicatur, quòd dæmonium habeat? quod tamen ei dictũ est, qui & homines saluat, & dæmonijs imperat. Dominꝰ noster Iesus Christus per meritum amarissimæ suæ passionis & mortis, nobis gratiam suam concedere dignet, qua suffragante, in prosperitate non efferamur, & in aduersis simus patientes: atq; in ea ipsa patientia possidẽtes animas nostras, uita tandem perfruamur æterna, Amen

HOMILIA SECVNDA DOminicæ in Passione domini

DOminica Septuagesimæ, qua ex more ecclesiæ sanctæ interceptum fuit Haleluia, audistis dilectissimi in Christo, quomodo ecclesia ordinauit dominicas septem continuas ante hanc hodiernã de passione & morte domini. Priores illas quibus & Bacchanalia festa peregistis, uolens prætermitto, quoniam ijs carnis operibus magis quàm spiritui uacastis: quæ deinceps secutæ sunt, eas paucis ad animum reuocare lubet. Prima enim quadragesimæ dominica ecclesia nobis Christi ob oculos posuit ieiunium, ut illius exemplo nos quoq; ieiunare moneret. Secunda, exemplum nobis statuit mulierẽ istam Chananæam, quæ nos doceat sedulo, constanter & perseuerãter simul atq; humiliter pro nobis nostrisq; orare deum. Tertia uero dominica euangelij lectione declaratum est, quomodo Christus dæmonium eiecerit mutum, quo obsessus qui prius mutus erat, loqui cœpit: Vnde docentur ignaui & tardi, ut confiteantur peccata sua: & dæmonium mutum quo occupantur, efficiant per pœnitentiam: & sic loqui incipiant, confitentes peccata sua. Dominica porro quæ media est in Quadragesima, consolatur ecclesia filios suos iam cõfessos, ut lætentur, eo q; deus eos pascere uelit gratia sua & uirtute diuina. Et ne qui iam tunc bene cœperunt, subito nunc à bono proposito resiliant, uexilla passionis dominicæ erigit, uelut exclamans iam ecclesia cum sancto Bernardo: Si Christus tanta patitur pro alienis peccatis, quanta nos patiemur pro

Ecclesia.

Matth. 4.

Matth. 15

Luce. 11.

Bernard.

proprijs? Deinde ut gratiæ quoq; diuinæ efficiamur participes: quoniam opera nostra, ieiunia, eleemosynæ, pœnitentia & confessio, nihil omnino profutura sunt, nisi uirtutem & efficaciam omnē haberent ex passione Christi, qui dixit, Sine me nihil potestis facere. Imò & sacramenta omnia, ipsumq; adeo sanctum missæ sacrificium, omne meritum suum & uirtutem omnem, habēt à Christo. Proponit etiam ecclesia hic in euangelio nobis, quomodo Iudæi persecuti sunt & contempsere dominum, quem & Samaritanum appellârunt, & dæmonium habere dixerunt. Sed ad hæc omnia mitissimam Christi audite & mansuetissimam responsionem. Ego enim, inquit, dæmonium non habeo, sed honorifico patrē meum. Ecce hic dominus, quamuis duo sibi à Iudæis obiecta erant, alterum tantum refutat, ad primum nihil respondet, neque id utiq; frustra. Nanq; & Augustinus idipsum obseruans, dicit: Samaritanum se non negauit Christus: nō te mere hoc fratres. Samaritan⁹ enim interpretatur custos, sicut & Christus uniuersæ ecclesiæ est custos, iuxta illud Dauidis: Non dormitabit neq; dormiet qui custodit Israel. & in alio loco, Nisi dominus custodierit ciuitatē, frustra uigilat qui custodit eam. Christus itaque deus noster, conditor, redemptor, custos etiam est & Samaritanus. Quod in illa parabola euangelica idem ille dominus docuit, quādo Adam à Ierusalem descendit in Iericho, & in uia in latrones prolapsus diabolos, spoliatus est ab ipsis & priuatus gratia sancta dei, uulneratus insuper in donis naturalibus. Quem nec sacerdos Mosaicus iuuare poterat neq; prophetæ, donec Samaritanus ille ueniret Christus dñs, qui illū denicq; imposuit iumēto suo, gratiæ suæ diuinæ, uel super crucem passionis suæ, & in ecclesiam sanctā detulit atq; ideo Samaritanum appellari se passus est. Quis & ratio illa reddi potest, quod Christus, cum lapis ille esset angularis, qui faceret utraque unum, qui Iudæos simul & gentes in unam adduceret fidei atque ecclesiæ communionem, excludere se noluit à Samaritanis.

Joh. 15.

Augustin.

Psalm. 120

Psalm. 126

Psalm. 117

¶ Causam nonnulli tertiam adsignant huiusmodi, qm̄ Iudæis omnibus constabat, CHRISTVM natum esse Iudæum: ideóque opus non erat, apertum adeo & manife-

stum mendacium refutare, c. nonne de præsumption.

¶ Calumnia altera, ꝙ dicebant dæmonium eum habere, petinde erat iniq̃: atq; ideo & paucis & mitissimis uerbis ad ipsam respondit dominus, inquiens. Ego dæmonium non habeo. Quibus uerbis ait Gregorius, quid aliud nisi superbia nostra confunditur, quæ si exagitata uel leuiter fuerit, atrociores iniurias reddit quàm acceperit? Hic quamuis dicere poterat dominus, Vos ipsi dæmoniũ habetis, id tamẽ noluit facere, ut nos sic doceret, si quando contemptum & calumnias sustinemus, pro necessitate nostra tantum uti respondeamus, famam nostram & & nomen bonum defensuri, iuxta illud Sapientis: Curam habe de bono nomine. hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille thesauri preciosi & magni. Quamuis etiam bona nobis sufficeret conscientia, tamen & fama bona necessaria est proprer proximum. Hinc liquet, famæ nostræ integritatem tueri nos posse, nunquam uero licere contra calumniari: q̊d quàm nunc est in usu, tam iniquũ est & impium, siue iustam tu habeas causam, siue iniustã, nisi forte id facias amore & causa reipublicæ. An quid aliud hic nobis innuitur, nisi ut eo tempore quo à proximis ex falsitate contumelias accipim⁹, eoꝝ etiã uera malataceamus, ne ministeriũ iustæ correptiõis in arma uertamus furoris? Ne itaq; tu ab alio etiã fur increpat⁹, illũ rursus increpa contumeliose latronem: siquidem id ciuilib⁹ etiã cautũ est legibus, l. eũ qui nocentẽ ff. de iniur. & li. fa.

Gregori⁹

Ecci. 41

Proue. 22

Gregori⁹.

2. ¶ Pulchre hic expendit beatus Chrysostomus, ꝙ Christus cum habere dæmonium insimulatur, lenissimũ se exhibet, & mansuetudine utitur. Et paulo ante in eodem capite reprehendit eos acriter adeo & plurimis uerbis, quando filios nunc Abraæ se esse iactarent. Hinc discẽdum nobis proponitur, ut & ipsi si qñ res nostra agit, simus modestiores: sin uero honor & gloria dei uertatur, ibi uero uel maxime serio agamus. Simili exemplo quomodo & qualem in tentatione diaboli se gesserit domin⁹, require in dominica prima quadragesimæ. Rationem iã porro subiungit dominus, dicens: Quoniam ego honorifico patrem, & uos inhonorastis me. quasi diceret, Non magni istas uestras facio calumnias, tantũ gloriã dei q̃ro,

Chrysost.

Johan. 8

Matth. 4

Johan. 8

atq; ideo frustra me insimulatis, quasi contrarius sim & repugnem deo patri. Atque interim uos adeo resistitis, & eundem patrem uestrum adfirmare non dubitatis. Deo autem in hoc repugnatis, q̄ me inhonoratis. Quisquis enim apostolos & ministros dei contemnit, deum ipsum contemnit, sicut ipse discipulis dixit dominus: Qui uos spernit, me spernit: & qui uos audit, me audit. Sed & in die nouissimo dicturus est: Quicquid minimo ex meis illis feciſtis, mihi feciſtis. Hic iam dominus excusationis suę causam esse docet, non mundanæ gloriæ cupiditatem, dū suam se gloriam non quærere insinuat, nec honoris appetentem se esse confirmat, sicut superbi & arrogantes facere solebant Iudæi, de quibus euangelista dicit: Dilexerunt gloriam hominum magis quàm gloriam dei. Non autem sic honorem priuatum quærebat dominus. cuius etiam exemplum ille, nō malus utiq; optimi magistri discipulus, Paulus imitatus: Mihi, inquit, absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu CHTISTI. Multa hic dici possent de fastu, superbia & ambitione quorundam, quibus nunc totus penè abundat mundus, quorum iniquitas eo usq; peruenit, ut in pessimis etiam rebus glorientur, atq; adeo exultent cum male fecerint. Christus non honorem suum, sed gloriā quærit dei, cui soli honor & gloria, ut ait Paulus. Contrà aūt faciunt homines, qui omissa gloria diuina, suam tantum quærunt, opere utiq; diabolico: quoniam tentator iste sicubi aliâs, hic sane diligētissimus est, ut quacunq; uia gloriā dei imminuat, suam uero astruat: quod in idolis gentilium feciſſe cernitur, & nunc rursus attentare idem incipit in neochristianis istis, qui cultum dei omnem neglectui & contemptui habent, qui autorem & suasorem sequentes diabolum, Missæ sacrificium, horas septem, processiones, Letanias & quicquid canticorum est & pietatis, tollunt: & pro omnibus illis furibunda Bacchanalia, omne genus insanię, cōuiuia, ebrietates & pompas exercent, idq; diligentius, quàm omnibus retro sit factum seculis.

Luc. 10
Matth. 25

Johan. 12.

Gala. 6.

Proue. 2.

1. Timo. 1

3. ¶ Dices, An ne gloriam Christus nullam habet, dū nullam quærit? Id refutans & sibi quoq; gloriam esse demonstrans, consequenter dicit: Est qui quærat & iudicet,

Johan 8

Vox hæc electorum omnium est, qui gloriam nullã quærunt, sed deus tamen eorum loco quærit. Ecce, Petrum tibi piscatorem propone & Paulum apostolum. quid unq̃ mundanæ gloriæ quæsierunt? nonne cum Christo illud semper dixerunt, Est qui quærat & iudicet, deus ille pater cælestis? Et ecce in maiori adhuc hodie illi sunt honore, quàm omnes isti quotquot tunc glorioſi hominibus uixerunt, & maximi habiti sunt. Aut quid potuit inuenire imperator, quod non potuit inuenire piscator? Imperatorum, consulum, & uirorum fortium, qui orbem armis domuerunt & subiugauerunt, sepulchra sunt Romæ. At quanto plures Romam profecti sunt, qui sepulchra Petri & Pauli inuiserent, quàm qui pulueres & cineres Iulij, Augusti aut Neronis uiderent, eorumq̃ marmora & corrosa uetustate epitaphia? Qui sic? quoniam Iulius ut erat arrogantissimus, ita primas ubiq̃ tenere uoluit, nulli q̃ cedere. Vnde & cum oppidum quoddam aliquando pertransiret, interrogatus à quodam ex suo comitatu, an in eo q̃q̃ de principatu essent dissidia, respondit, malle se hic primum, q̃ Romæ esse secundum. Itaq̃ cum priuatę gloriæ fuerit appetentissimus, qcqd omnino habuit tum honoris, tum maiestatis, præterijt ut umbra. Id Christus q̃q̃ notauit, dicens Iudæis: Quomodo uos potestis credere qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam q̃ à solo deo est non q̃ritis? Iulius ergo q̃ndo infidelis fuit, in eadẽ sua infidelitate perijt, & nunc flammas sustinet gehennę. Cõtra autem Petrus & Paulus, q̃ndo nullã q̃sierunt sibi gloriam, à deo in tantum honoris & ueræ gloriæ euecti sunt apicem, ut nunc per uniuersum celebrentur orbẽ, sintq̃ beati in perpetuum. Huiusmodi q̃dam apud se recogitẽt, q superbiæ fastu inflati sunt & turgidi, atq̃ deinceps omnem ambitionem & arrogantiam omittant. Nanq̃ & pro membris suis hoc dixit dominus: Est q gloriam meam q̃rat, deus ille pater cælestis, simul ac iudicet, q unicuiq̃ gloriam & coronam meriti sui retribuat. Cuius certũ se Paulus profitebatur, quoniam redditurus esset deus sibi coronam iustitiæ, sicut & Christo tribuerat, quando audiebatur uox de cælo: Et clarificaui, & adhuc clarificabo. Quod ipse etiam peracta cœna, dominus coram discipulis

Iulius.

Johan. 5

1. Tim. 4.

Johan. 12.

Johan. 17.

Johan.5 pulis testatus est'. Sed iam hic quæstio incidit, quō hoc loco patrem iudicare dicat, quem paulo ante neminē iudicare, sed omnem iudicium filio dedisse asseruit? Vbi luce clarius uideant oportet, quātumuis cæci homines isti & neochristiani nostrates, quomodo opus sit distinctionibus in literis sacris: quod ipsum quàm nolebant primū nobis permittere, tam nunc multis nostris ratiōibus impulsi fateri coguntur: & eo tamen multum abutuntur ad dilaniationes sacrarū scripturarum. Multas hic amba

Augustin ges facit & per longum procedit beatus Augustinus, & tamen in eo tandem illius consistit sententia, q̄ Christum cum diceret patrem neminem iudicare, asserit locutū esse de extremo iudicio, ubi impij iudicati & condemnati supplicijs deputabuntur æternis, id'q̄ Christo ita iudicante. Aliud adhuc autem iudiciū est discretionis, quo boni secernuntur à malis: atq̄ hoc deus pater subinde exercet ab ipso iam inde mundi initio, usq̄ ad finem eiusdem. Et

Psalm.42 illud à deo expetens Dauid, inquit: Iudica me deus & discerne causam meam de gente non sancta, ab homine iniquo & doloso erue me. Eodem'q̄ hic modo Christus dicit esse, qui gloriam suam, & quærat & iudicet: ut hinc appareat quantum illa à reliquorum hominum uana & inani gloria distet. Distare enim eam multis'q̄ modis ab ista differre, iam olim Dauid quoq̄ in spiritu præuiderat, dicens: Vnxit te dominus de⁹ oleo lætitiæ præ consortibus

Psal.44 tuis. Testatur idem Ieremias etiam, cum ait: Tu domine

Jeremi.15 Sabaoth, qui iudicas iuste, & probas renes & corda, uideā ultionem tuam ex eis: tibi enim reuelaui causam meam. Hoc itaq̄ illud est, quod mansuetissimus dominus noster Iesus Christus calumniantibus & contemnentibus ipsum Iudæis omne iudicium patri suo cælesti relinquit, nec q̄quam sibi uel iudicij uel uindictæ reseruat. Quo exemplo

Gregorij⁹. nos etiam docuit patientiam obseruare, non ultionē quę rere, sed eam omnem deo tanq̄ propriam & peculiarem

Roma.12 dimittere. Quod aliâs nos Paulus quoq̄ monuit diligenter, dicens: Non malum pro malo reddētes, non uosmetipsos defendentes, sed date locum irę. scriptum est enim, Mihi uindictam, ego retribuam, dicit dominus. Id etiam

1. Petri.3 ipsum est, quod legimus secundum translationem nostrā

in Deuteronomio: Mea est ultio, & ego retribuam in tempore suo. Nos quoq; iam coniunctis omnes precibus supplices deprecemur deum, ut ille gratiam nobis suam cõcedat benignus; qua suffulti, nec odium neq; rancorem aliquem radices agere sinamus in cordibus nostris: sed ut munda & libera mente orare possimus omnipotentẽ deum, quatenus debita nostra nobis dimittat, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: nec alicuius efficiamur uindictæ cupidi, sed ultiõem omnẽ & uero & summo atq; adeo unico iudici relinquamus deo: qui ut cõstituit, ita oĩa q̃q; in mensura, põdere & numero certo cognoscit. Deinceps ut eiusdem etiam gratiæ diuinæ præsidijs adiuti, nosmet q̃q; exerceamus iugiter in operibus bonis, in hac militare, in rerum mundanarum cõtemptu, quatenus tãdem deus pater nostram etiam quærat gloriam cum oĩbus sanctis in uita æterna. Id adeo nobis tribuat clementissimus ille gratiæ bonorumq; omnium dator, qui & benedictus est in æuum, Amen

Deut. 32

Matth. 6.

Sapien. 11

HOMILIA TERTIA
super Euangelio Dominicæ in passione.

SIgna sua toto anni circulo uolare per omne uitij flagitijq; genus finit diabolus, quibus proh dolor innumeros homines militiæ suæ adiungit. Decet itaque, & id sane nimium tum decorum tum æquum est, quod hodie ecclesia sancta dei uexillum erigit CHRISTI Iesu, uexillum sanctæ crucis, uexillum illud nobile precioso CHRISTI sanguine aspersum & rubricatum: idq; nõ sine adclamatione gratulabunda fidelium omnium. Statim enim cõspectis signis illis, cõcinunt pij homines, Vexilla regis prodeunt, fulget crucis mysterium. Et deinceps erumpẽte adfectu, pstratisq; in terra genubus, adclamatur ab omnibus: O crux, aue spes unica, hoc passionis tempore auge pijs iustitiam, reisq; dona ueniam. Et hoc Christiana requirit disciplina, ut quoties per hoc tempus passionis dominicæ uersus hic canitur, genua flectant. Legit præterea ecclesia iã hodie epistolã illã Pauli,

Heb. 9. qua Apostolus Hebræis enarrat, quomodo Christ⁹ per sanguinem suum proprium ingressus sit in sancta sanctorum, ut sic aliq̃ modo pia mater & benigna filios suos ad crucem Christi adduceret. Quid ꝙ omnes uersus, antiphonæ, responsoria & cantica omnia, tam in matutinis quã cæteris diuinis officijs eò tendunt, ut passionem Christi nobis inculcent? de cuius fructibus & commodis multa dici solent in die parasceues. Verum hic iam uel tandem omnis desinat leuitas, cesset & fugiat omnis uanitas, à peccatis & malis omnibus sibi caueant omnes homines, offensiones etiam proximorum & speciem quamlibet horreant peccati. Quis enim superbiat, uidens Christum regem gloriæ misereadeo contemptum? Quo ore etiã impudentissimus quisque gulam sectabitur, considerans sal tem felle & aceto dominũ potatum? Et sic de similibus q̃ que uitijs dici potest. Quamuis autem toto hoc q̃dragesi mali tempore deceat nos honestatem sanctioremq̃ uitã uiuere, tamen & hoc postremum tempus diligentius adhuc reliquo est obseruandum, ieiunijs, eleemosynis, orationibus & reliquo cultu diuino, atq̃ pijs exercitationibus, quatenus sic nos quoq̃ meriti amarissimæ passionis Christi efficiamur participes. Quo nomine legere nunc ecclesia incipit prophetam Ieremiam, qui plurimis & si-

Jeremi. gnis & argumentis passionem Christi prædixit. Eò quoq̃ hodiernũ totum uergit euangelium, quo audiuim⁹ Christum à Iudæis extreme contemptum, & pro Samaritano habitum, qui & dæmonium habeat. Verum ad hęc opprobria omnia mitissimus dominus tantum, & id quoq̃ simpliciter, negat: Ego, inquiens, dæmonium non habeo, neq̃ gloriam quæro meam. Deus ille pater est qui nõ quærat tantum, sed & iudicet. Nos iam porro reliqua euangelij huius uerba breuiter excutiamus.

Johan. 8 1. ¶ Dicit dominus, Amen amen dico uobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non uidebit in æternum. Attende & uide hic mirabilia. Iudæi Christum contempserant, ut qui maxime: contra iam dominus doctrinam eis proponit salutarem. Vnde discẽdum nobis ẽ, ꝙ cum malorum peruersitas crescit, nõ solum prædican-

Gregori⁹. do frangi non debet concionator, sed & augeri, id enim

ſuo nos hic exemplo dominus admonet, qui poſtquã habere dæmonium dictus eſt, prædicatiõis ſuæ beneficia largius impendit. Quæſtionem de gloria ſua remittit ad patrem, ipſeq; ad prædicandum accingitur, quaſi dicturus: Vos me Iudæi dæmonium habere perhibetis, ſed ego interim ad uitam uos uoco æternam. Sermonem itaq; meum ſeruate, & non moriemini in æternum. Hic iam Samaritanum ſe eſſe uerumq; adeo cuſtodẽ declarat, qui ſolo uerbo ſeruare eos queat, ne moriantur unquam. Si qs, inquit, ſermonem meum ſeruauerit, mortem nõ uidebit in æternum. Vbi Chryſoſtomus dicit, non mõ intelligendam eſſe fidem, ſed uitæ etiam puritatem. Audite hæc, audite inquam neochriſtiani, & diſcite fidem iſtam nudã nõ ſufficere, ꝙd uos ſubinde clamatis, & ſimplicem credulamq; plebem ſeducitis. Ecce & uitæ puritas neceſſaria ẽ, porci, non homines, hirci ſqualidi & fœtidi, aſini ignauiſſimi. Ecce fides ſola uobis nil proderit, quia ſine operib⁹ mortua eſt tota. Quia tunc quiſq; doctrinam ſeruat Chriſtianam, cum tandem operibus implet.

Auguſtin. Theophy. Chryſoſt. Iacobi. 2

¶ Theophylactus hic quoq; nos conſiderare admonet, quõ omne Iudæorum propoſitum infringat dominus. Illi enim diu noctuq; aliud ne cogitabant quidem, niſi ut aliquo modo Chriſtum perderent & occiderent. Viciſſim dominus oſtendit eos fruſtra cõtra ſe furere & inſanire, uelut dicens: Quid me paratis occidere, quando qui ſermones meos ſeruant, nõ morientur? multominus ego morior, qui uitam præbeo ſeruãtibus uerba mea. Aut quæ uos agitãt intemperiæ, q̃ nolẽti mihi eripere uitã cogitatis?

Theoph.

¶ Verum hic tu quæres quis horum ſit uerborum ſenſus, Mortem non uidebit. Quis enim etiam moriens eſt, q̃ mortẽ uideat, quando iamiã morituris oculos ipſa mors claudit, ut amplius uidere nil queant? Deinde quõ Chriſtus adhuc mortalis adeoq; cum mortalibus hic conuerſatus & locutus, dicere potuit eum, qui ſermones ſuos ſeruaret non moriturum, quando & ipſe domini exitus per mortem factus fuerit, iuxta antiquum illud Dauidis oraculum? Præterea electi quoq;, æternam iſtam uiſuri ſunt mortem damnatorum, teſte Iſaia qui dicit: Egredientur & uidebunt cadauera uiroꝝ, qui p̃uaricati ſunt in me.

Pſalm. 67

Iſaiæ. 66.

Augustin ¶ Augustinus ad hæc respondens, Videte, inquit, locutiones scripturarum, mortem nō uidebit, id est, gustabit & experietur. Quo uno uerbo prima simul & tertia soluitur obiectio. nam ut maxime quis mortem uideat suā, tamen experitur utiq; sed sancti mortem non experientur damnatorum, quamuis eandem ad beatitudinis suæ augmentum sint uisuri: sic Dauid, Lætabitur, inquit, iust⁹ Psalm. 57 cum uiderit uindictā. Deinceps mors quoq; gemina est: altera temporalis, de qua hic Christus nō loquitur, quādo ea dissolutio tantū corporis & animæ ē, abiectio & depositio corporis huius nos grauantis. Hæc etiam cuique peccatorum onere & sarcina carenti, uia est ac medium ad uitam æternam. Mors altera animæ est in æterna damnatiōe, mors ppetua, mors inferni: mors à qua ut redimeret nos, uenit dominus, hanc nō uisurus est in ęternū, quisquis uerbum dei non memoria tātum, sed per charitatem & operum bonorum adimpletionem seruat: qm etiam Sapientis testimonio, Qui custodit præceptum, nō Eccl. 8. experietur quicquam mali, eo quòd conseruatio legis incorruptionis perfecta consummatio est: & quamdiu lumē secum ardens retinet quispiam, tamdiu ei tenebræ non Origenes superuenient, ut ait Origenes. Inde quoq; responsio patet ad uerba prophetæ: Quis est homo qui uiuit, & non uidebit mortem? Ille nimirum qui uerba dei seruat.

2. ¶ Sed iam ad tam salutarem Christi doctrinam, inuidentium audite calumniam Iudæorum. Nunc enim, inquiunt, cognouimus, quia dæmonium habes: Abraā mortuus est & prophetæ, & tu dicis, Si quis sermonem meum Johan. 8. seruauerit, nō gustabit mortem in æternum. Vbi Gregorius dicit, quòd sicut bonis necesse est, ut meliores etiam Gregori⁹. per contumelias existant, ita semper reprobi de beneficio peiores fiunt. Et hic quoq; considerandum uenit diligentius, q̄ omnino ueracissimus historiæ Euāgelicæ scriptor sit Iohannes: quem etiam non pudet tantas describere contumelias, quas de Christo Iudæi cogitārunt & protulerunt. Deinde fastum quoq; Iudæorum expende & supercilium. ita enim inquiunt: Nunc cognouimus, quia dæmonium habes, id antea certo nesciebamus, nunc Augustin, uero scimus. Vbi & stupiditatem eorum uide, eo quòd dū

sibi uidentur certissimi, turpissime labuntur & errãt, non intelligentes dominũ de morte loqui damnationis æternæ, quod ipsi, qua erant in cognoscendo uero tarditate, ad mortẽ corporis referebãt. Siquidẽ & tũc quamuis iam mortuus erat Abraã corpore, gratia tamẽ dei uiuebat adhuc, sicut alio in loco euãgelij dñs aduersus Saducæos probat, cum ait: Non legistis quod dictum est à deo dicente uobis, Ego sum deus Abraã, & deus Isaac, & deus Iacob? Nõ est de⁹ mortuorum, sed uiuentiũ. En Abraamum tibi etiam tunc maxime uiuentẽ, cum corpore iam mortu⁹ erat: & uicissim (ut hic de uita & morte dominus loquit) Iudæos tum, cũ sibi maxime uiuere uidebãtur, omnino demortuos. Sic ergo, ait Augustinus, morte ista, quam dominus uult intelligi, nec Abraam mortuus est, nec prophetæ. illi enim mortui sunt, & uiuũt: Iudæi aũt uiuebãt, & mortui erant, neq; mortem illam tamen uidebant, in qua iam sepulti iacebant: sed potius, dum suæ mentis præ furore nõ erãt, maioris etiã se stultitiæ reos profitentur: quia si dominus dæmoniũ, ut insimulabãt isti, habuisset, quomodo non stolidi & fatui omnino fuissent, qui illũ diligenter adeo obseruabant? ita Chrysostomus. Verum id omne ex germana sua malitia faciebant, quod ex multis adeo Abraam domino obijciunt: ideo nimirum, ut uel sic eum uulgo magis redderent odiosum, si ille se maiorem Abraa assereret, quem Iudæorũ gens tota maximi faciebat, ut erat sane honore magno dignissimus, quãuis Christo multis modis inferior. Quoniam Abraæ circuncisio data est, Abraæ Christus promissus est, in cuius semine quoque futurum ut benedicerentur omnes tribus terræ. Abraæ terra illa promissionis primum oblata est. Odiose ergo domino exprobrabant Iudæi, Quem teipsum facis? & sic tanquam arrogantem atque superbum reprehendebant, qui se etiam Abraæ anteponeret & prophetis, sed male in hoc loquebantur, quod dicebant Christum sese tantum facere, atque sic cæcutientium fuit hæc prolatio: quoniam non se fecit Iesus id quod est, sed à patre recepit, iã inde ab æterno, sicut & dicebat ipse: Nunc clarifica me tu pater apud temetipsum claritate, quam habui, priusquam mũdus esset, apud te. Magnus

Matth. 22
Exodi. 3
Augustin.
Chrysost.
Gene. 17. 22. 18. 12.
Johan. 8
Origenes.
Johã. 17.

itaq; fuit, non quòd ipse semet fecerit magnum, sed quia talem eum ab æterno genuit pater: q̃uis & ipse cum tan-
Philip.2 tus erat, semet humiliauit, & in forma dei existens, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed semet-ipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo, humiliauit semetipsum &c̃.

3. ¶ Quando in postrema sermonis suì parte Iudæi ambitionem domino exprobrauerant, illam prius hic à se declinat, deinde ad argumentum de Abraa respondet. Primum'q; dicit, Si ego glorifico meipsum, gloria mea ni-
Iohan.8 hil est. Quibus ille uerbis non hoc uoluit, autore Chry-
Chrysost. sostomo, quasi non ipse quoq; semet glorifi cet: sed tantũ falsis ipsorum respondere uoluit cogitationibus & suspicionibus, sicut & alibi in Iohanne negat se de seipso dare testimonium, eo nimirum, quo Iudæi modo putabãt. Os-
Beda. tendit ergo, ut inquit Beda, ĩs uerbis nihil esse gloriam uitæ præsentis, cuiusmodi ille sane honorem nec habebat, nec appetebat: uerum omnis sua gloria una & eadem erat cum illa, quam habet pater suus cælestis, gloria æterna & immortalis. Omnis autem gloria mundi instar fu-
1.Mach.2 mi est, qui ex igne ascendit, sicut Mathathias iamiam moriturus dicebat filiĩs suis: A uerbis uiri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius stercus & uermis est. Hodie extollitur, & cras non inuenietur, quia conuersus est in terrã suam, & cognitio eius periit. Ecce quàm proprie & expedite senex ille iam morti proximus, filiĩs suis depinxit uerã superbi hominis naturã & proprietatem, omnem'q; eius euentum. Paucis hoc idem dominus insinuat, dicens gloriam suam nullam, imò nihil omnino futuram, si semetipsum glorificet.

¶ Verum ut omnem impiorum etiam suspicionẽ euerteret, nec ullam amplius illi ignorantiæ suæ possent ex-
Iohan.8 cusationem prætexere, audite quid sequatur: Est pater meus qui glorificat me, quem uos dicitis, q̃ia deus noster est. Ecce hic aduersus impios, & in malitia sua induratos adhuc sese aperit dominus, & clare diuinam suam maiestatem ostendit, docens eum sibi patrem esse, quem illi suum profitentur & adfirmant deum. Hic iam locum

nullum istorum amplius habet ignorantia. Patet autem quomodo ab æterno deus pater filium suum secundum diuinam naturam honorauerit, secundum humanam quidem ipsum in suo statim baptismo clarificauit, uoce delapsa & audita cælitus: Hic est filius meus dilectus, in q̃ mihi complacui. Similiter quoq; clarificauit eum in illa gloriosa transfiguratione super montem excelsum, ibi etiã ex nube audita uoce: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui, ipsum audite. Insigni insup claritate & gloria illustrauit eum Hierosolymis paulo ante passionem suam, quando uox de cælo lapsa dicebat: Et clarificaui, & adhuc clarificabo. An non sunt hæc testimonia magnifica dei de Christo Iesu? quomodo adhuc non palo manifestius splendidius q̃ clarificauit in sua passione, cum moueretur terra, sol & luna obfuscarentur, & caligine sua cõdolerent creatori, petræ scinderentur, aperirentur q̃ sepulchra. Et deinceps in gloriosissima illius resurrectione gloria hæc manifestior adhuc & illustrior apparuit, quando rursus mouebatur terra, quando instar fulguris descendens de cælo angelus, remouebat ab ostio monumenti lapidem, aliiq̃ angeli apparebãt mulieribꝰ, & Christus ipse discipulis suis, dicens omnem sibi traditã esse potestatem in cælo & in terra, Ecce quomodo clarificauit deus filium suum in ipsa quoq; ascensione gloriosa & magnifica, quam & Lucas descripsit, & in spiritu uidit Iohannes, dicens in Apocalypsi: Habet in uestimento & in femore suo scriptum, Rex regum & dominus dominantium. Chrysostomus ait, Non peregrinum pro se testimonium aliunde adducit dominus, sed contentus est illo paterno, quando & pater ille suus quo fretus est, deus erat Iudæorum, ne isti suspicarentur alienum deum ipm inducere uelle.

Beda. Matth. 3. Matth. 17 Iohan. 12. Matth. 27 Matth. 28 Luc. 24. Actũ. 1 Apoca. 19 Chrysost.

4. ¶ Defectum tandem ptoprium eis indicat, cũ ait: Et non cognouistis eum, ego autem noui eum. Dices & Iudæos agnouisse deũ, iuxta illud psalmi, Notus in Iudea deus, in Israel magnum nomẽ eius. Ad hoc respondetur, cognouisse quidem Iudæos deum, sed ut conditorem tantum & administratorem mundi, non ut eum qui per unigenitum filium suum Iesum Christum miracula operare

Psalm. 75

Chryſoſt. Theoph. tur. Et in hoc quidē dubium nullum eſt, q̄uis ex ſententia Chryſoſtomi & Theophylacti uoluiſſe dominum mihi uidetur, q̄ non cognouerint dominum Iudęi, ut patrem ſuum, quia ſic filium ipſius non crucifixiſſent: idque tamen intelligendum eſt more ſcripturæ, ubi impĭ agnoſcuntur & appellantur quaſi qui non noſcant deum: hoc eſt, ita uiuunt, ita agunt omnia, ut qui deum non agnoſcunt, ſicut noſtrates nunc faciunt neochriſtiani, de quibus dici merito poteſt, quoniam non cognoſcunt deum:

Iſaię. 11 ſic Iſaias dicit, Iſrael me non cognouit, & populus meus non intellexit. In uniuerſum aūt, quiſquis uiam dei non ingreditur, in ſacris literis perinde habetur, ac ſi neq; deum cognoſcat, neq; uiciſſim noſcatur ab illo. Cuius rei ſi è ſacris literis teſtimonium requiris, en hic tibi quod in hiſtoria Regum ſcriptū legitur, Filĭ Heli, filĭ Belial neſcientes dominum, neq; officium ſacerdotum ad populum.

3 Regū. 2 unde ſatis liquet, eo filios Heli ignoraſſe dominū, quod male uixerint, ſicut ibidē clare patet in textu. Sed & hoc ipſum eſt quod Paulus de ĭs refert, qui cum affirment ſe

Titi. 1. noſſe deum, factis tamen negant. Huc pertinet etiam illud Iohannis: Qui dicit ſe noſſe deum, & mādata eius nō

1 Johan. 2 cuſtodit, mendax eſt, & in eo ueritas non eſt. Recte itaq; de Iudæis deum factis ſuis negantibus, ait dominus quod non cognoſcāt deum, quem tamē uere cognoſcebat ipſe, ſicut apud Matthęum quoq; ait: Nemo cognoſcit patrem

Matth. 11 niſi filius, & nemo filium niſi pater. Et ut quod dixerat ueri ſimile & credibile reddat, adiūgit inſuper: Sed ſcio eum & ſermonem eius ſeruo. Ecce ſigillum erga deum, & optĭmum & tutiſſimum eſt, ſeruare mandata illius.

¶ Ne tamē hic quoq; prætereas illud, quod deinceps ait, Si dixero quia nō ſcio eum, ero ſimilis uobis mēdax. Vbi

Auguſti. Auguſtinus dicit: Arrogantia nō ita caueatur, ut ueritas relinquatur. & certum eſt, neminem celare debere ueritatem ubi res expoſtulat, quia huiuſmodi ſilentiū apud deū pro mendacio computabitur. Sed quàm hoc eſt turpe & uitioſum, tam frequens nunc eſt, adeo ut in deſcribendo illo iuſtū inſumi poſſet uolumē: in aulis aūt principum nĭhil uſitatius, nihil eo communius eſt, ſi modo eius exemplum aliquod requiris. Deus optimus maximus uerā ne

bis in bona & sancta fide cognitionem dei donet, atq; in omnibus uirtutibus: quatenus à caliginosa & obscura ista dei, quam in hac uita habemus, cognitione, perueniam⁹ ad clarissimum illum diuinæ essentiæ aspectum & intuitum in æterna patria. AMEN.

HOMILIA QVARTA

Dominicæ in passione.

EX multis & immensis operibus dei illud longe maximum est, ꝙ filium unicum suum misit in hunc mundum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret. Magnum & pulchrum sane illud erat, quod ille qui uiuit in secula, creauit om̃ia, cælum simul & terram. Sed quanto maius est, quod filius dei exinaniuit semetipsum fact⁹ homo? Quoniam & hęc charitas multo maxima fuit, uel Christo id asserente: Maiorem charitatem nemo habet, nisi ut animam suam qs ponat pro amicis suis. Et hoc ipse fecit in ara crucis, iuxta promissum suum, quando dixerat animam suam ponere se pro ouibus suis. Eiusmodi dilectionem dei immẽsam & ineffabile beneficium nobis ob oculos hodie ponit & in memoriam reuocat ecclesia, admonens ne illius unquam obliuiscamur, sicut & Paulus nos exhortatur, dicens: Recogitate eum qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, ne fatigemini animis uestris deficientes. Et ne obiter saltem & oscitanter hæc omnia animo cogitemus, sed serio concipientes gratias agamus deo, ecclesia sancta primo statim mane uexillum crucis erigens, nobis illud ostentat, monstrat lanceam, qua uulneratus saluator mundi, sanguinis & aquæ fluenta ex pectore suo effudit, docet impletũ iã esse illud Dauidis, In nationibus regnauit à ligno deus. In omnib⁹ capitulis utit̃ uarijs de passione & morte Christi scripturis, & locis epistolæ Pauli ad Hebræos: quõ nos ille redemerit in sanguine suo, & dederit semetipsum holocaustum pro uniuerso mundo, quoniam ipse est agnus ille, quem Iohãnes uidit occisum. Et nos itaq; totis animi nostri uiribus passionem CHRISTI recogitemus, & quanta ille pro nobis peccatisq; nostris sustinuerit à uanissimis

Gala. 4.
Ecci. 18
Philip. 2
Johan. 15
Johan. 10.
Heb. 12.
Johan. 19
Heb. 9.
Apoca. 5 c. 13.

Iudæis, qui & Samaritanum eum appellârunt, & dæmonium habere dixerunt, calumniati sunt insuper eum tanquam arrogantem & ambitiosum: quod ille refutãs, gloriam se propriam non quærere affirmauit, quando alius esset qui quærat & iudicet. Verum quia Abraamum ei obiecerunt, qui mortuus iam fuerat, & tamen maior ipso extitisset, in hac etiam parte respondens, inquit:

Theophy. 1. ¶ Abraã pater uester exultauit ut uideret diem meũ, uidit, & gauisus est. Hoc loco ait Theophylactus, docet q̃ maior sit Abraamo, quia enim illi dicebant ei, Num tu es maior patre nostro Abraã? dicit hic, Etiã, maior sum. etenim ille exultauit ut uideret diẽ meũ, hoc est, desideratũ & optatum habuit illum, & gaudẽ autorem scilicet, eo q̃ in beneficium cederet non parui alicuius commodi, neque uulgaris esset dies, sed magni. Sed ipsa etiam uerba hic altius paulo considera. Abraam, inquit, pater uester,

Chrysost. apposite enim & urbane hic eos taxat, quasi diceret, ex sententia Chrysostomi: Iactatis uos filios esse Abraæ. quàm male igitur uos decet tristari & dolere super me,

Luc. 4. cum tamẽ pater uester exultarit ut uideret diem meum? Ne itaq̃ me adeo uilipendatis, ut soletis subinde dicere

Matth. 13. me & clamare fabri filium, nec uidentes nec considerantes patrem meum qui in cælis est. Abraam quidem pater uester est secundum carnem & promissionem, sed uos ipsos indignos facitis, dum operibus eius non participatis.

¶ Quæri etiam solet, de quonam hic die dominus loquatur, super quo exultârit Abraam. Nam quod ait, diẽ

Augustin. meum, inquit Augustinus, incertum esse potest, unde dixerit, utrum diem domini temporalem, quo erat uenturus in carne, an diem domini qui nescit ortum, nescit occasum. sed ego non dubito patrem Abraam totũ scisse, quoniam & ad seruum suũ quem ablegaturus erat, dixit:

Gene. 24. Pone manum tuam subter femur meum, ut adiurem te per dominum deum cæli & terræ. Quod aliud utiq̃ iuramentum nõ fuit, nisi quia eo ipso designatum est, ex stirpe Abraæ uenturum in carne deum cæli. Gregorius uero

Gregori⁹. ait tunc Abraã diem dñi uidisse, cũ in figura summę trinitatis tres angelos hospitio recepit: q̃bus profecto susceptis,

sic tribus q̃si uni locutus est, dicens: Dñe, si inueni gratiã coram oculis tuis. Porro Chrysostomus, diem meum, inquit, hoc loco crucem mihi significare uidetur, quem in arietis oblatione Isaac præfigurauit. Constat autem, Christum hic docere uoluisse Iudæos, quòd uolũtarie pateretur, quando in hoc laudauit Abraamum, quoniam exultârit uidens Christi passionem. Et sic communiter doctores transeunt cum isto intellectu, uolentes Christum hic loqui & uelle Abraam in spiritu pręuidisse, Christum de genere suo nasciturum, & ex hac uisione magnam sibi lætitiam concepisse, sicut & de Isaia inquit Sapiens: Spiritu magno uidit ultima, & consolatus est lugentes in Sion usq; in sempiternum. Ostendit futura & abscõdita, ante quàm euenirent. Verum adhuc inuenio quosdam intelligere uerba hæc Christi non de illuminatione, qua Abraam in spũ dei uiderit Christum uenturum, quando & idipsum omnes à temporibus Abraæ sancti crediderunt, & in sua quisque illorum uita ardenter desiderauit nasci Christum: sed tamen non uiderunt iuxta illud uerbum Christi, Multi reges & prophetæ uoluerunt uidere quæ uos uideris, & non uiderunt. Adducuntur itaq; & persuadentur illi, ut credant Abraam non tantum in spiritu aduentum domini prævidisse, sed & animam eius in limbo certificatam fuisse, iam natum esse Christum, iamq; futurum iuxta promissionem olim sibi datam, ut in semine suo benedicantur omnes gentes terræ. Certum autẽ super ijs Abraam factum putant uel per reuelationem angelicam, uel per Simeonem, uel certe per Iohannem qui Abraæ adnunciârit sese iam digito demonstrasse, se baptizasse eum, quem omnes omnibus retro seculis patres expectârant. Et inde gaudium atq; exultationem Abraę prouenisse, sicut Isaias ait: Videbis & affluues, mirabitur & dilatabitur cor tuum.

Gene. 18

Chrysost.

Gene. 22
Eccl. 48
Luce. 10

Gene. 22.

Johan. 8
Matth. 13
Isaię. 60

2. ¶ Carnales, inquit Gregorius, Iudæi, oculos à carne non subleuant: quia in eo solam carnis ætatem pẽsant, dicunt: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraam uidisti? (Quamuis hic Chrysostomus quadraginta tãtum annos legit, tamen Vaticanum quoque exemplar in græco quinquaginta habet.) Corpus solummodo consi-

Gregor.

Chrysost.

derabãt & faciem domini, atque dicebant: Annos (ut plurimum) habes quinquaginta, & quomodo Abraã uidere potuisti, qui ante annos iam penè bis mille mortuus est? Non desunt etiam qui arbitrantur Christum cõtinuis ieiunijs, multis uigilijs, & perpetuis laboribus emaceratum, facie uisum magis senili quàm pro ætate, sed benigne redemptor noster eos à carnis suæ intuitu submouet, & ad diuinitatis contemplationem trahit, dicens: Amen amẽ dico uobis, antequam Abraam fieret, ego sum. Appende uerba & agnosce mysterium: quia creatura erat Abraam, ideo ait dominus: Antequam Abraam fieret, non, esset. Christus autẽ nõ creatura, sed deus erat, non factũ se, sed esse dicit, declarare uolens hoc ipso æternam suam & diuinam essentiam, quæ nulli subiaceat temporum uicissitudini & permutationi.

Gregorij. Johan. 8. Augustin.

¶ Non dicit, antequam Abraam fieret, eram: sed, sum: q̃ hoc commodius & conuenientius erat æternitati, quæ nũquam non præsens est. In creaturis dari potest similitudo huiusmodi: palus qui in flumine fixus est, præsens manet: & quamuis aliquid aquæ iam præterlapsum est, nonnihil etiam adhuc adueniet, palus tamẽ omni isti aquę præsens semper est, & præterlapsæ quidẽ fluminis aquæ præsens aliquando fuit, ei autem quæ uentura adhuc est, erit: idq̃ sine omni mutatione pali, solo sit fluxu & motu aquę. Eodem plane modo, Nunc, siue illud ipsum Hodie æternitatis, immutabile, constans & perpetuum est, cum sola temporis præteriti & futuri uicissitudine atque mutatione. Tempora autem ista & quæcunq̃ tempore constant, in motu perpetuo sunt ac cõtinuo quodam fluxu: nõnulli iam prẽterierunt ut Abraam, uicissim alij adhuc instãt, deus autem semper præsens est, idq̃ soli deo ꝓprium est, necq̃ cum illo alicui creaturæ commune. Verum intellectu hoc quidem difficilimum est, sicut & pleraq̃ alia diuinam naturam cõtingentia, nostrum omnino refugiunt & superant intellectum. & sicut se diuina habet essentia, ita & scientia, quia deus præsentia, præterita & futura cognoscit sine omni sua mutatione: utut aliquid eueniat, scientiam & cognitionem utiq̃ diuinam effugere nõ potest. Vis huius rei & simile quid uidere in creaturis? Ecce

Boethius

pinguñt nõnunquam imagines, ſicut Nurnbergæ pictus cernit, inquit Cuſa, ſagittarius, eo artificio, tam mira induſtria, ut appareat uelut in omnes partes cernere, & q̃ quò ſe aliquis uerterit, eò quoque imago uideatur aſpicere. Similiter ſe res habet ī deitate, ubi ſicut q̃libet in ſe res mouet ſeu mutat, ita à deo ſine ulla ſui cognoſcit mutatione; ſed & ſic deus uno intuitu uidet omnia, ſicut effigies in omnes partes aſpicere putat: neq; ipſa tamen mutatur, ſicut & deus permanet immutabilis, immotus; & tamen omnia mota, mutabilia & caduca intuetur. Recte ergo dixit dñs, Anteq̃ Abraam fieret, ego ſum. Cuſa.

3 ¶ Sequitur hinc, Tulerunt ergo lapides, ut iacerent in eum. Vbi admirari quis poſſet, quomodo tantum iraſci & excandeſcere atque aduerſus Chriſtum commoueri potuerint Iudæi, ex eo q̃ dixerat, Anteq̃ Abraam fieret, ego ſum. Multo durius & acerbius ſæpe aliâs eos increpauerat, quàm nunc, ſicut in eodem hoc euangeliī huius capite legitur dixiſſe: Moriemini in peccatis ueſtris, hoc eſt, perpetuo condemnati eritis. Item, Nunc quæritis me interficere, hominem qui ueritatem uobis locutus ſum, quam audiui à deo. hoc Abraam non fecit. Rurſus, Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris ueſtri uultis facere. ille homicida erat ab initio. Admirabitur itaque aliquis nõ immerito, quomodo Iudæi uerbis iſtis duriſſimis nihil commoti, nunc demum in iram conuerſi, lapides arripuerint, uim & impetum facturi in dominum. Verum quiſquis ille fuerit, mirari ſane deſinet, ubi cognôrit uerba hæc quamuis in noſtra lingua, Romana ſimul & Græca appareant leuiſſima, in idiomate tamen Hebrẽo, q̃ Chriſtus cum Iudæis loquens uſus eſt, eſſe grauiſſima. Eſt em̃ in iīs uerbis uerum dei nomen expreſſum, ſicut & Chryſoſtomus illud uidit: & qui hoc audierunt Iudæi linguæ ſuæ periti, ſatis intelligere potuerunt, ip̃m ſe hic deum appellaſſe, quandoquidem in Exodo legimus Moyſen dixiſſe ad dominum: Si dixerint mihi, Quod eſt nomẽ eius, quid dicam eis? & dixit dominus ad Moyſen: Ego ſum q̃ ſum. ſic dices filiīs Iſrael, Qui eſt, miſit me ad uos. Ibi ſane in Hebræo habetur uocabulum Eheie, nomẽ illud ſanctiſſimum dei & ineffabile habitum, ſicut & Hie- Johan. 8 Chryſoſt. Exod. 3

Hieron. ronymus in quadam epistola ad Marcellum scribit de decem sanctis nominibus dei, ex quibus illud quoque Eheie unum est. Hoc nomen, ait dominus, mihi est in æternū, & hoc memoriale meum in generatione & generationē. Cæterum Rhabini quoque nomen illud Eheie caput & uelut coronam faciunt omnium nominum dei, eo quòd ex essentia dei promanat & fluit, rerum aliarum omniū esse, non secus atq; ex quodam perpetuo fonte. Nomine hoc sancto usi etiam sunt Iudæi, quotiescunque in aduersitatibus aut uinculis essent detenti. Nimis acutum & subtile foret, hic diutius declarare, quomodo in hoc nomine omnes temporum continentur differentiæ, quæ sane ipsissima (ut sic dicam) est æternitas. Ad scholas hæc relegenda sunt.

¶ Et quādo hic Christus semetipsum appellauit Eheie, hoc est, ego sum, audientes hoc Iudæi, indignati sunt, cū uiderent illum sibi nomen usurpare diuinum. Iudicārūt itaq; eum quasi blasphemum, & iam in nullo resistere ualentes sapientiæ loquenti ex Christo, conuersi sunt & cō fugerunt ad lapides, iamiam ipsum lapidaturi, iuxta præ-
Leuit. 24 ceptum dei in Leuitico de blasphemantibus. Tanto autē agebantur furore, ut neque templo sancto parcere uellent, ipsi potius ex blasphemijs suis dignissimi qui lapidibus obruerentur. non enim attendebant illud Micheę,
Mich. 5 Egressus eius ab initio, à diebus æternitatis. neque istud Psalmi considerabant, Hodie genui te. ubi hodie, significat æternitatem.

¶ Abscondit autem hic se Christus ab eis, ita ut uidere forte ipsum non possent apertis oculis uel alio modo, & exiuit de templo. Quod fugit lapides, ex natura fecit humana: quod sese abscondit, uirtute factum est diuina,
Gregor. quam noluit hic ad iudicium usurpare & impendere: quia si diuinitatis suæ potentiam exercere uoluisset, tacito nutu mentis in suis eos ictibus ligaret, aut pœna subitæ mortis obrueret. sed qui pati uenerat, iudicium exercere nole-
Luc. 4 bat, maluitq; sapientia quàm potentia uti: abscondit sese, quando tempus passionis suæ nondum uenerat. Simili modo cum ex sublimi monte ipsum iamiam præcipitem daturi essent, noluit in lapidibus, sed in cruce mori, ut ex

ligno rursus uita nobis resurgeret, unde mors orta fuerat. Sic itaq; dispensatiue à Iudæis Christus recessit. Ipse nobis clemens, pius quoq; sit & propitius per amarissimam suam passionem & mortem, ne à nobis recedat in perpetuum, Amen.

DOMINICA PALMARVM EVANGELIVM REQVIre supra in Dominica prima Aduentus: ubi quando tribus homilijs breuiter explicatis, quædam de industria huic tempori reseruauimus de passione Christi, nunc illud quoque alia uia expediamus.

HOMILIA PRIMA.

EVangelium hoc, charissimi, in ipsa quoq; dominica Aduentus prima, lectum est: sed tantum quo ad contemplandum Christi aduentum in hunc mundum. Verum hodie eodem illo utitur ecclesia, ad recogitandum quomodo dominus noster Iesus Christus mitis & mansuetus ingressus est asello insidens Ierusalem, imminente iam passionis suæ tempore. Qui antea sub persequutione Herodis fugerat in Aegyptum, qui præcipitaturis ipsum Iudæis in Nazareth de monte, transiens p medium eorum ibat, qui conuersis iis quoq; in templo ad lapides se abscondit ab eis, qui cõsultãtibus ijsdem de nece ipsius, aufugit in Ephrem, neq; amplius ambulauit apud eos palam. Sed & aliâs iram & furorem eorum effugit, quamuis etiam tum cum minime fugeret, nemo uim in illum facere audebat, eo quòd nondum uenerat hora illius. Nunc uero sciens quoniam uenisset hora sua, ut transiret ex hoc mundo ad patrem, ultro ascendit Hierosolymam, neq; id clam, sed tanto comitatu, tanto clamore, quanto aliâs nunquam: adeo ut tota iam commoueretur ciuitas, quo ostendere uoluit ille se uolentem & nec inui-

Matth. 2 Luce. 4. Johan. 8 Johan. 11 Joh. 7. 18 Johan 13 Matth. 21

Isaiæ. 53. tum, neq; coactum pati, implendo cum hoc istud Isaiæ Oblatus est, quoniam ipse uoluit.

¶ Et ut ingressus ille siue aduentus domini Hierosolymitis admirationem & stuporem incuteret, ascendit asinam, & ea uectus intrauit, ut impleretur quod prædixerat propheta Zacharias: atque ut sic illi non doctrina tantum, sed & factis operibus q; ipsius admonerentur, illum eum esse, qui per prophetas toties promissus fuerat, & ut inquit Chrysostomus: Cum illud Zachariæ ueluti scriptum est expleſſet, alterius ipse prophetiç dabat initium, quæ futura erant, ipsis factis significando: qa per asinam Iudæos designabat, euangelium Christi suscepturos: per pullum asinæ figurabat gentes, quæ nullũ adhuc cultus diuini iugum portauerant. Et quamuis sunt q conantur affirmare, Christum pullo primum insedisse, qui cum sessorem pati nollet, tandem super asinam eum sedisse: tamen cõtrariũ illius potius est credendũ, dicendum q; nullã omnino creaturã deo cõditori suo aduersatã, in hac præsertim tam magna significatiõe. Deinde tres euangelistæ, qui Christianis ex gentibus cõuersis scripserunt euãgelium, solius meminerunt pulli. Matthæus qui Christianis ex Iudaismo credentibus euangelium natiua lingua descripsit, asinam quoq; commemorat, quæ Iudæos hic figurabat. Pie igitur credendum est, sicut euangelium prius Iudæis, deinceps prædicatum est gentibus, ita ablegatos hic à Christo discipulos, qui asinam cum pullo adducerent, ad designandum, per illorum prædicationem uẽturos ad Christi fidem Iudæos cum gentibus. Vnde discẽdum etiam magistratibus proponitur, ad prędicandi munus mittere nõ ignotos, nõ undecunq; illotis tum manibus tum pedibus, ex proximo rure adcurrentes: sed probe & exacte cognitos, quorum perspecta sit & probitas & doctrina. Vnde hic Hieronymus per discipulos duos, cognitionem & operationem boni intelligi putat.

Zach. 9.

Chrysost.

Hieron.

Hieron.

Actus. 13

Hieron.

Beda.

2. ¶ Hoc itaq; modo ingressus est Hierosolymam, idq; in dominica palmarum, quæ dies erat quinta ante passionem domini: qua re monstrat nobis ipsum nõ prophetiam tantum Zachariæ, sed & ueteris legis impleuisse figuram de agno paschali, ut sic uere ostenderet se hũc ipsum

Iohan. 1

esse agnum, qui peccata mundi tolleret. Præceperat autem Moyses Iudæis, ut decima die mensis primi agnum tollerent, & decimaquarta ad uesperam demum occiderent atque manducarent, in memoriam liberationis suæ ex Aegyptijs tenebris. Eodem quippe modo agnus noster CHRISTVS, decima mensis primi, hodie scilicet, ingressus est Hierosolymam, ubi deinceps transactis ijs quæ ad agnum legalē pertinebant, nouoq; iam alterius agni esu instituto, semet obtulit deo patri in ara crucis, in redemptionem hominum ex captiuitate & uinculis diaboli. Quod Isaias in spiritu præuidens, dixit: *Sicut ouis ad occisionem ducetur, & sicut agnus coram tondente obmutescet.* Hæc itaque de tempore passionis congruo, cui ingressus ille domini conuenerit, dicta sufficiant. Exodi. 12. Isaiæ. 53.

¶ Adductis ergo ad dñm asina & pullo, statim discipuli uestes suas superimposuerunt, quod temere uticq; factum non est: & quamuis iuxta literam ad honorem & gloriā dei factum id esse constat, mysterio tamen non caret; qa (secundum Hieronymum) uestis apostolica, uel doctrina uirtutum uel ediſſertio scripturarum intelligi potest, siue ecclesiasticorum dogmatum uarietates; qbus nisi anima instructa fuerit & ornata, sessorem habere dominum non meretur. *Sic* apostoli nudam quidem asinam cū pullo inuenerunt: quia gentes nudæ erant, & omni uirtutum operumq; bonorum tegumento destitutæ, atq; ideo uestiri adhuc opus habebant ab apostolis & prædicatoribus uirtutum & bonorum operum habitu. neq; enim uel asinæ uel pullo insidere uoluit dominus, nisi prius tegerentur, eo quòd siue ethnicus quis sit, siue Iudæus, Christum sessorem recipere tantisper non potest, dum sanctorum & uirtutibus & exemplis non fuerit ornatus: sicut Cornelius tum demum cum ieiunijs & orationibus esset intentus, dignus habitus & inuentus est, cui à deo Petrus mitteretur apostolus. Omnes itaque Christiani uestes habeant apostolicas, hoc est, apostolorum doctrinam, disciplinam & uniuersum eorum conuictum. Quod cum nō faciant neochristiani, etiam Christianoꝝ indigni sunt uocabulo: qm̄ nec ieiunia, nec oratiōes tolerant, sed qcqd ab ipsis iā inde Christi & apl'oꝝ tpibus in hæc usq; secu- Hieron. Beda. Actus. 10.

la profectum est, siue disciplinæ, siue pietatis, id omnem impugnant, & radicitus euulsum cupiunt. Rectius dicitur
Apo. 16 sua Apocalypsi Iohannes: Beatus qui uigilat & custodit uestimenta sua, ne nudus ambulet. & Sapiens similiter curam uestimenti solicite habendam docens, Omni tempo-
Eccl. 9 re, inquit, sint uestimenta tua candida.

¶ Videmus etiam uestimenta apte & adposite formari ad proportionem corporis humani: ideoq; cum uestimentum homini effero & pene beluino imponitur uelut asino, is quoq; mitigetur fiatq; mansuetior, iuxta illud Pe-
1. Petri. 1. tri, non configurati prioribus ignorantiæ uestræ desideriis, sed secundum eum qui uocauit uos sanctum.

¶ Imposuerunt itaq; discipuli dominum super asinam, unde nobis discendum proponitur, apostolos & prædicatores imponere & uelut insinuare dominū animabus antea feris & parum mansueris, ut sic mitescant in disci-
1. Corin. 3 plina fidei. Quo nomine Paulus etiam ait, Dei sumus ad-
2. Corin. 6 iutores. & deinceps, Hortamur uos ne in uanum gratiam dei recipiatis. Vbi nunc Lutherus cum suis latet, qui qua sunt temeritate, affirmare non uerent, nos nihil cooperari deo? Cur itaq; hic apostoli dominum imposuerunt super asinam?

3. ¶ Non defuit huic labori honestissimo, turbæ etiam comitatus, Christum à Iericho secutæ hucusq; nanq; & illa in quatuor præcipue rebus honorem domini promouit: uestes suas substrauit, decerptos ex arboribus ramos in uiam proiecit, ante & post dominum per modum ꝓcessionis ingredientes clamauerunt, Osanna filio dauid, benedictus qui uenit in nomine domini. Primum, q
Beda. uestes ꝓprias subiecerunt, Beda refert ad multitudinem martyrum, q uestes suas (corpora nimirum, indumēta & uestes sanctarum animarum) tradiderunt ꝓpter deum, ut sic plana omnibus pateret ueniendi ad Christum uia: & ne quis horreret uiam hanc ingredi, in qua tot cerneret sanctissimorum martyrum impressa uestigia, quomodo ipsi se ꝙq; mutuo exhortati sunt martyres in hac uia passiōis & suppliciorum cōstanter ingredi, nec in aliquo à cœpta fidei cōfessione deficere. Ita factum est, ut uiam hāc ingredi potuerit asinæ pullus, hoc est, stulta ante-

hac & rudis gentilitas, dum exempla, miracula, & patientiam cõstantiam q̃ martyrum cõsiderauit. Ita si quando tyranni uidebant sibi probe uindicasse se in uno aliquo homine Christiano, innumeri subinde alij ex gentibus cõuersi sunt ad ad dominum, sicut in supplicio Barbaræ, Catharinæ, Sebastiani & aliorum sanctorum clare conspicimus.

¶ Sanctus Hieronymus prudenter hic expendit nihil esse temere scriptum: ideoq̃ nos admonet differentiam cõsiderare debere uniuscuiusq̃ personæ. Apostoli enim uestimẽta sua super asinum ponũt: turba quæ uilior est, substernit pedibus asini. Quod ipsum diuersam habeat significatiõem oportet: q̃niam apostoli dominum super uestes suas asino superstratas sedere fecerunt, eo quòd doctrina & exemplis suis immites alioquin & pctõres homines usq̃ adeo mansuetos reddiderunt, ut in eorum mentibus dñs sederet. Gratia enim dei se habet ad animã, sicut sessor ad equum, inquit Augustinus. Hieron. Augusti. lib. 3. hypogno.

¶ Vestimenta porro turbæ, externum significant Christianorum cõuictum & bona eorũdem temporalia. si q̃ enim homo aliqs immitis extitit ferus, beluinus sicut equus & mulus in multitudine peccatorũ, & ille tamen p pœnitentiã ac cõtritionem rursus ad deũ reuertit, ei cæteri homines nequaq̃ dent occasiõem Christũ uixdũ susceptũ reijciendi, nec peccata illi sua exprobrent: sed si opus fuerit iuxta Gregoriũ, etiam uestibus suis nõ parcentes, eas substernant, hoc est, bona sua temporalia eis cõmunicent, & eleemosynas largiter tribuant. Nam qd aliud terrena & mũdana hæc nostra bona omnia sunt, quàm quædam uelut corporis nostri indumenta? Domino itaque substernere uestes, est bona temporalia proximis nostris propter deum elargiri. Psalm. 32. Gregorius.

¶ Facit hoc aduersus quosdam rudes & moribus incultos Christianos, ea præditos rusticitate & inhumanitate, ut Iudæos uel ex gentibus cõuersos Christianos & baptizatos tractent inhumanissime, Iudæos adhuc aut infideles increpent. Id enim fieri nec Christianæ disciplinæ nec humanioris est ciuilitatis, q uòd habẽdi illi quoq̃ sunt & tractandi cum omni mansuetudine, nec contumaciter

Roma.1. spernendi, sicut Paulus quoque Iudæos docuit, quomodo gentiles ad fidem conuersos tractare deberent, siquidem erat etiam Iudæorum peruersitas, ut gentilu gratia euangelij putarent indignos. Verum hoc est sese in potestatem diuinã ingerere, eámque sibi temere arrogare: quoniam deus est qui conuertit corda hominum, cui nota sunt omnia priusquam essent condita. Diabolus prouerbia commentus est huiusmodi, & ea temerarijs hominibus inculcauit, Iudæus iam senio confectus, etiam si baptizetur, Christianus bonus nunquã efficitur, Et huic similia, impia sunt hæc. Quis enim impediat conuersionẽ siue Iudæorum siue gentium? Verum quidem est, non omnes Iudæi baptizati perseuerant, & in fide fortes persistunt. Sed interim tamen Christiani quoque non omnes probi sunt. Quicunq; autem animo bono & pio adfectu ad fidem nostram perueniũt, eos suscipere debemus pie, fouere humaniter, & candide tractare: atque si cubi egeãt, bona etiam temporalia illis largiter impartiri: quoniam magna est misericordia domini, & propiciatio illius conuertentibus ad se. Sed & alienigenas quoque tractare debemus humaniter, iuxta illud præceptũ domini in lege: Si habitauerit aduena in terra uestra, & morat⁹ fuerit inter uos, non exprobretis ei. Quin potius gratiæ agendæ sunt deo, illeq; à nobis est laudãdus propter magnam misericordiam suam, quam etiam aduenis non negat. Et insuper uestes proprias illis nos conuenit substernere, quo facilius quæ fidei nostræ sunt seruare queãt: nec in aliquã cadant impatientiam, si contemnantur, derideantur & exeo spernantur, quòd inter nos egestati subiecti sunt & miseriæ.

Daniel.13. Actuũ.1. Iudęi conuersi.

Eccl.17

Leuit.19

¶ Neq; minus illis culpabiles sunt crassi quidam & mũdi homines, qui cum uident aliquem ex imprudentia alicubi lapsum, sed iam rursus emẽdatum & inter bonos bene conuersantem, statim improperant, statim pristinam ei uitam exprobrant, inique sane & male: quia pœnitẽtibus adiutores nos esse conuenit & promptos auxiliatores, imò nos quoq; confirmare illos decet, ut in bono cœpto perseuerent, tantum abest ut horrorem eis incutiamus, quo iamiam admissum sessorem Christum rursus

abijciant. Similiter q̃q; redarguendi ueniunt, qui alios in propositis operibus bonis siue impediunt, siue ab ijs deterrẽt. Quiq; ubi primum sibi quis proposuerit uel confiteri, uel templa sanctius inuisere, uel aliud quoddã pietatis opus perficere, statim adcurrunt uelut molossi diaboli, hæc omnia deridentes, clamitantes nihil ijs opus esse. Quod dum faciunt, quid obsecro faciunt aliud, nisi quòd uestes suas non protendunt nec subijciunt, ut super ijs leuius ingrediens asellus uehat dominum? sed horrorem potius mouent, & offendicula ponunt, quibus mot⁹ ille, alicubi impingat & offendat. Væ autem istis animicidis. Nos quoq; ijs iam dictis contenti, supersedebimus. Alias plura. Rogemus dominum &c.

POSTERIOR HOMILIA
super euangelio Dominicæ Palmarum.

PIo sane & Christiano more, processionem hodie celebrauimus, eamq; in ipso euangelio fundatam: quia sicut gloriose dominus ingressus est Hierosolymã, comitantibus eum ante & retro turbis, laudesq; deo cantantibus, ita hoc ipsum hodie quoque repræsentat ecclesia, quamuis obiter nõnulla de passiõe domini ingerit, sicut & passiõem in missæ officio ex cõsuetudine legit. Atque hinc nos post illam spiritalem designationem, nostram q̃q; accipimus instructionem. Et principio quidem quòd nõnulli uestimenta sua, piecerunt in uiam, eos significat, qui bonæ uitæ exempla aliis ostendunt: qui uero ex arboribus decerptos ramos substernunt, eos notant, qui sacræ scripturæ locis & testimonijs alios eruditunt: in comitatu autem reliquo ante & post cursitantes, patres signabant ueteris testamenti: qui & ipsi Christum celebrârunt laudibus, & cõtinuis eundem plausibus prosecuti, in ipsam usq; cælestem Hierosolymam comitati sunt ascendentem. Vestes suas substernunt, q̃ exempla bona aliis relinquũt, sicut Elias palliũ suũ Eliseo reliqt, hoc est, argumentum & exemplum charitatis: sicut Eleazarus quoque fecit, ne compulsus quidem uolens, mori po- 4. Reg. 2 2. Macha. 6

tius paratus quàm ut maiorum instituta transgrederetur. dicebat enim fortiter uitam excedendo, senectute q̃dem dignus apparebo, adolescentibus autem exemplum
1. Tim. 4 forte relinquam. Hoc modo & Paulus Timotheo suo præcepit, Exemplum esto fidelium in uerbo, in conuersatione, in charitate. Sic omnes alij sancti exempla nobis probatissima reliquerunt honestatis & pietatis ac fortitudinis. Fuerunt rursus qui ramos ex arboribus diripientes subijciebant, ut quicquid non satis planum in uia esset, planum redderent. Mystice tamen per illos ij designantur, qui corda fidelium parant, ut CHRISTVS uictor simul & triumphator tum uitiorum, tum dæmonum omnium, in ijs habitare queat. Illud autem faciunt, q̃ sanctæ scripturæ testimonia, scripta patrum, & sanctorum exempla fidelibus proponũt, ut & ipsi in uia dei ædificẽtur. Arbor enim quædam scriptura sacra est, cuius fructus cibus animæ, folia autem illius remedia sunt, sicut idipm
Iezec. 47 Iezechiel, & Iohannes in Apocalypsi commemorant:
Apo. vl. Quoniam lignum uitæ fructus adfert duodecim, & folia ligni ad sanitatem gentium. Neq; hic miretur quisquam, quomodo in mentem uenerit turbæ, ramos ex arboribꝰ scissos in uiam proiecisse Christo ad honorem & gloriam. Siquidem quamuis sine dubio ad id diuinitus sancti spũs mouebant̃ instinctu, tamẽ id quoq; moris fuit apud Iudæos, in illa solenni & splendida festiuitate Tabernaculorum in Octobri, iuxta præceptum domini in lege, Su
Leui. 23 metis uobis fructus arboris pulcherrimæ, spatulasq; palmarꝫ & ramos ligni densarꝫ frondium, & salices de torrẽte, & lætabimini coram domino deo uestro. Huiusmodi lætitiam hic quoque exhibere domino uolebant, quo & mouebantur stupendo illo miraculo, quòd iamiam quatriduanum & fœtidum Lazarum resuscitasset. Multa igi-
Johan. 11. tur turba quæ propter imminens festum iam Hierosolymam uenerat, ut ante se purificarent, audito & inuulgato illo tanto Christi miraculo, obuiam ei procurrit uenienti. Qui utiq; occursus, pharisæorum & aliorum Christo inuidentium animos concitauit & exacerbauit, magisq; ad intentandam illi necem commouit.

Hieron. 2. ¶ Quod autẽ alij præcesserũt, alij etiam secuti sunt,

ad eos pertinet, q̃ partim ante Christum in mũdo uixerũt patres, partim post eum uenerunt. Quoniam quotquot uel saluati uel saluandi adhuc sunt, salutem oportet consecuti sint, siue consequantur in unius illius mediatoris fide Christi Iesu, secũdum illud Pauli: Vnus mediator dei & hominum, homo Christus Iesus: neq; est aliud nomen datum sub cælo, in quo nos oporteat saluari, ut ait Petrus. q̃uis hæc ipsa mediatoris fides tempore creuit, clarior q; subinde & illustrior facta est, sicut & Augustinus in epistola ad Optatũ testatur, cum ait: Illa fides salua q̃ credimus nullum hominum, siue maioris siue paruulæ quamlibet & recentis ætatis, liberari à contagione mortis antiquæ & obligatione peccati, quam prima natiuitate contraxit, nisi per unum mediatorem dei & hominum Iesum Christũ. In cuius salutari fide quoq; seruati ñ sunt, qui eum, antequam homo fieret, nasciturum hominẽ credebãt. Vna enim & eadem fides est illorum simul ac nostra. sanctus Gregorius quoq; super Iezechielẽ scribens, cum mentionem facit huius euangeliñ, dicit: Et qui præibant & qui sequebantur, clamabant, dicentes, Osanna filio Dauid; quia omnes electi qui in Iudæa esse poterant, siue qui nunc in ecclesia sunt, in mediatorem dei & hominum crediderunt & credunt, quia ab ipso salutem quæsierunt antiqui & præsentes, cum una sit tum fides, tũ spes & præcedentium hominum & sequentium. Tantum hoc ibi est diuersum, q̃ cũ illi in uniuersum crediderint Messiam uenturum, nos iam proprie & expresse credim⁹ eũdem esse dominum nostrum Iesum Christũ, ex Maria uirgine natum, sub Pontio Pilato passum & mortuum: ita ut quamuis una & eadem sit fides implicita, nos tamen iã sub lege gratiæ teneamur ad plura credendum explicite quàm patres. Et ecce, quomodo operariñ, diuersis quidem horis in uineam uocati, unam tamen fidei suæ mercedem acceperunt.

Chrysost.

1. Tim. 2.

Actuũ. 4.

Augustin.

Augustin. de nupti. 2. concu. lib. 2. Homilia. 27.

Matth. 20

3 ¶ Docemur hinc quoque processiones, quas solennes certis quibusdã splendidis ceremoniñs obseruat ecclesia, deo placere & non ingratas esse, quoniã signa quædã sunt & testimonia externa internæ nostræ fidei. Illas autem non est quod dubites instituisse ecclesiam instinctu spiri-

Processio.

Lucę. 22

Lucę.22. Matth. 28 Matth.2. tus sancti, quãdo hæc errare nequit, fides eius deficere nõ potest, eo quòd cũ ea mansurus dominus est usq; ad consummationem seculi. Et cũ arbor illa sit bona, nõ potest non ferre fructus optimos. Vt iam turpiter se in maximis erroribus fluctuantes inficiant nostrates neochristiani, qui processiones atq; id genus alias ceremonias, pias sane & sanctas contemnunt, solam requirentes deuotionem internam, quæ bona quidem per se est, sed nõ adeo, ut præ hac omnia illa externa sint reiicienda, quandoquidẽ anima hominis pro hoc præsenti statu alligata est sensibus, & ei q̃ ex illis ẽ cognitiõi adstricta. Hinc fit ut rebus sensibilibus subinde erudiamur, & in euangelio q̃q; uidea mus dominũ frequenter rerum corporalium uti similitudinibus, & ab ijs animos nostros ad sublimia & cælestia

Marc.4 auocare, adeo ut nihil plerunque nisi parabolas loquere tur. Cum itaque nec angeli simus, neque intellectus noster adeo est eleuatus, ut in paradiso aliquando fuit, mo-

Augustin. uemur iam per ea quæ tum uidemus tum audimus, ut discamus in intellectu, seruemus in memoria, ardenter ame mus in charitate per hæc ipsa signa exteriora, sicut hodie tam solenni & amplo comitatu Christus processit & ingressus est Hierosolymam. Apostoli quoque processionem habuerunt honorificam in die dominicæ ascensio-

Lucę. vlt. nis, cum ad eos dixisset dominus, Vos sedete in ciuitate quoadusq; induamini uirtute ex alto. Et sequitur, Eduxit eos foras in Bethaniam, & eleuatis manibus suis, benedixit eis. Omnia hæc per modum processionis: quæ & ideo die illo solenniter in ecclesia obseruatur, ad significandum, ut & nos ordine composito Christum in sua sequamur ascensione. Vnde & in quibusdam locis mos obtinuit, ut sacerdos missæ officium cantaturus, in processione

Johan.14 primus eat, sicut Christus ante nos primus omniũ cælos ascendit: Vado, inquiens, uobis parare locum.

¶ Verũ q̃ singulis diebus dominicis processiones huiusmodi obseruantur, ab ipso sanctissimo die paschæ profectum est, sicut & dignitas & omnis sanctitas diei dominicæ est à paschali solennitate, loco sabbati Iudæorum. Atq; ideo processiones diebus dominicis fieri solitæ sunt cũ

Marc. 16 triumphali signo crucis, cum uexillis: quia ipsa domini-

ta glorioſæ reſurrectionis die, dominus triumphauit de morte. Hinc etiam cum gaudio cantãdo egredimur chorum, profitentes in nobis Chriſtianis impletum eſſe quod dixit Iſaias, In lætitia egrediemini, & in pace deducemini. Montes & colles cantabunt coram uobis laudem, & omnia ligna regionis plaudent manu. Iſaiæ. 55.

¶ Sed & illa ipſa paſchalis diei proceſſio, ex euangelica autoritate eſt deſumpta, eo quòd angelus dixit mulieribus: Ite, renũciate diſcipulis eius & Petro, qa præcedet uos in Galilæam. Deinde quoque quia redeuntibus à ſepulchro mulieribus obuiã uenit dominus, dicens: Ite, nunciate fratribus meis, ut eant in Galilæam, ibi me uidebunt. Quod ſane primum extitit præceptum à domino datum poſt reſurrectiõem ſuam, ubi mercedem illam magnam diſcipulis promiſit, uiſionem ſui. Vbi & ratiõem ſubeſſe oportet, quare CHRISTVS iu Galilæam illos uenire iuſſerit, nõ Hieroſolymam: ubi tamen eodem q̃q; die illis apparuit, pedes ſuos & manus oſtendit, & deinceps etiam poſt octiduum. Vt iam neceſſarium ſit, illam apparitionem in Galilæa, aliquid myſterij præ ſe ferre: idq; eſt huiuſmodi ſanctorum patrum ſententia: quia Galilæa trãſmigratiõem ſonat, & dominus iamiam à Iudæis ablaturus erat templum, ſacerdotium, ſacrificium, & id genus alia quædam inſignia, diuinæ maieſtatis myſteria, cõmunicaturus ea uniuerſis hominibus. Tantæ huius gratiæ commiſſum ac præceptum apl'is ſuis dare uoluit in Galilæa, ut iam porro baptizarent omnes in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Hoc itaque innuere uoluit & inſinuare illo præcepto dominus, apl'os q̃q; à Iudæis trãſitu ros, & gentibus euãgelium prædicaturos ſalutis. Atque ideo de tanto beneficio grata deo exiſtens eccleſia, illum honorat ,pceſſione, quod & gentibus reſurrectiõis ſuæ gloriam cõmunicârit, quam hoc præcepto dominus deſignare uoluit, cum apl'os iuberet ad ſe uidendum uenire in Galilæam, quod etiam per modum proceſſionis fecerunt. Et nos igitur ſpiritualiter cum apoſtolis egrediamur in Galilæam ad CHRISTVM, renouati per gratiam illius. Marc. 16. Matth. 28 Johan. 20

¶ Neq; aliter etiã ſacerdotes & ppl'us ſepties circũierũt Joſue. 6.

urbem Iericho cum arca & tubis. Sic quoque Dauid cũ ſeptem choris, cum citharis & tubis ſolenni proceſſione
2. Reg. 6. arcam dei deduxit ex ædibus Obededom in ciuitatẽ Dauid. Cum proceſſione quoq; apoſtoli uirginem matrem ſepelierunt, qui mos in funeribus adhuc obſeruatur. Ordine
Matt. 27. quodam procedentes mulieres cum paucis uiris, ſepelierunt Chriſtum. Hinc fluxit cõſuetudo eccleſiæ in proceſſione hodierna cum palmis, in qua gratias agere debem⁹ deo & domino noſtro Ieſu Chriſto, mentis noſtræ adfectum erigere in deum, & cum filijs Iudæorum clamare,
1. Corin. 10 Oſanna filio Dauid. Quando enim ex præcepto Pauli facere nos omnia decet in gloriam dei, cur non in proceſſionibus quoque glorificabimus & laudabimus deum? Cæterum geſtatio palmarum uſitata fuit Iudæis, ob argu-
1. Mac. 13. mentum & ſignum lætitiæ. Quomodo Simeon Machabęus ingreſſus eſt Hieroſolymam cum hymnis, ramis palmarum & citharis. Romani quoque & Græci palmis ute-
lib. 3. c. 6 lib. 13. c. 4 bantur, in ſignum triumphi & uictoriæ, Plinio & Gellio autoribus: quo nomine hic quoque palmæ agnoſcũtur quædam ueluti uexilla fuiſſe uictoriæ Chriſti & ſigna triumphi. Et deinceps per uniuerſum Chriſtianiſmum ho-
Apo. 7. die palmæ circumferuntur, ad deſignandam uictoriam Chriſti triumphalem. Sic Iohannes quoque in ſpiritu uidit ſanctos ſtare anre faciem agni, ueſtitos ſtolis albis & ramos palmarum in manibus eorum: unde forte conſuetudo fluxit, martyres ſanctos ita pingere, ut palmam ferant in manibus. Atque ideo quiſquis hodie palmã manu geſtare erubeſcit, nec particeps erit uictoriæ Chriſti, nec Chriſtum tali dignatur honore.

4 ¶ Clamauerunt autem turbæ, Oſanna filio Dauid. Iubilatio hæc facta eſt utique diuinitus, ſpiritu ſancto ita diſponente & linguas eorum mouente in laudem dei, ſicut olim linguam Saulis commouerat ad prophetandum,
1. Reg. 10 & aſinam Balaam ad loquendum. Quid igitur clamabãt?
Nume. 22 Oſanna. Vox hæc penes nos remanſit in eccleſia tam latina quàm Græca, ex fonte Hebræo deriuata, ualida plurimum ad concitandum animum. tantundem autẽ ſonat, ac ſi dicas, Eia, age, ſalua nos. Vel, Obſecro, ſalua nos: (quia oſa eſt Ziuui in hiffil, à uerbo ihaſa, unde uenit Ieſus, &

interpretatur saluifica. Na autem particula est obsecrandi. Quotquot autem adnotârunt corrupte dici Osanna. Osanna. & debere dici Osianna, ut Stapuleñ. Erasmus, Capnion, Clichtouæus, Bebelius &c. errârunt per imperitiam Hebraici sermonis, cum utrunq; dici possit, & Osanna & Osianna, ut in Kimhi de defectiuis liquet, ubi agit de quiescente Iod in pepoal. & pro usu ecclesiæ adduco Psalm. 86. hosa afdecha. Ierem. 31. hosa adonai emecha, & Isa. 63. hosa li serogi, Saluifica seruum tuum. Saluifica domine populum tuum. Saluifica mihi brachium meum. Et mirum est de Hieronymo, quòd ad hoc non penetrauit, & putauerit, in ecclesia corrupte dici Osanna in epistola ad Damasum, cũ ecclesia recte & ex arte dicat Osanna, Eia, uel age, uel obsecro saluifica. Verum quòd Hilarius super Matthæum, & Ambrosius super Lucam cap. 19. non recte interpretantur hanc uoculam secundum idioma linguæ Hebrææ.) Osanna itaq; clamabant Iudæi, Christum in hoc uerum confitentes Messiam, qui saluum faceret Israelem, sicut angelus dixerat ad Ioseph, quoniam ipse saluum faciet populum suum. Vocant insuper & filium Dauid, eius etiam fatentes humanitatem, secũdum quam natus ille est ex stirpe Dauid, sicut legimus in Psalmo, Iurauit dominus Dauid, & non frustrabitur eum, de fructu uentris tui ponam super sedem tuam. Addunt q̃q̃, Benedictus qui uenit in nomine domini, quod Hieronymus deducere conat ex illo Dauidico: O domine saluum me fac, benedictus &c. Quicquid autem id est, constat illos eo ipso diuinam Christi naturam esse cõfessos.

Moſe. Kimhi. Pſalm. 86. Jeremi. 31. Iſaię. 63. Hieron. Hilarius. Ambroſi. Matth. 1. Pſalm. 131 Hieron. Pſalm. 117 Johan. 7

¶ Et obserua notãter eos clamare & dicere, quoniam in nomine domini ueniat ille: & sic cõformem faciat se uoluntati diuinæ, nõ sicut pharisæi inique & iniuste calũniabantur Christum uelut contrarium deo, in Beelzebub eiicere dæmonia. Multo rectius hic sentiens turba, ait eũ in nomine domini uenire, sicut & ipse dixerat se in nomine patris sui uenisse. Bene itaq; benedictum uocant, q̃niam è diuerso maledictus est qui uenturus est Antichristus, Messias iste fictus Iudæorum. siquidem non in nomine patris ueniet, iuxta illud Christi. Veniet alius in nomine suo, hunc accipietis.

Lucę. 11 Johan. 5.

Hierony. ¶ Sed quod denuo iam repetitur Osanna, & additur, in excelsis, per spicue ostenditur quòd aduentus Christi non

Philip. 2 tantum hominum salus, sed totius mundi sit, terrena iungens cælestibus, ut omne genu ei flectatur, cælestium, ter-

Beda. restrium & infernorum. Idipsum quoq; Beda insinuat, p-spicue inquiens hic doceri aduentum domini in carne, non solum humani generis in terra, sed & angelorum in cælis esse salutem: quia dum nos redempti ad superna perducimur, eorũ profecto numerus, qui sathana cadente erat minoratus, impletur, iuxta dictum psalmi, Iudicabit in nationibus, implebit ruinas. & iuxta Paulinum illud, quoniam deus instaurat omnia in Christo quæ in cælis & in terra sunt, in ipso. Iohannes insuper addit, quomodo illi regem quoq; appellârint Christum. Marcus uero ait eos dixisse, benedictum quod uenit regnum patris nostri Dauid. Est enim credibile, alios alias laudes attulisse. Cæterum quàm honorifice hic dominum amplissimis laudibus acceperunt, tam impie & turpiter eũ die ab hinc sexto tractârunt, sicut infra in passione singula singulis opponemus & comparabimus.

Psal. 109 Ephe. 1

Iohan. 12 Marc. 11

¶ Postremo iam hic in Christo dilectissimi fratres admonitos uos uolo, ut quando maiorem sancti huius quadragesimalis temporis partem transegimus, utinam hoc modo ut placuerimus & reconciliati simus deo, sanctæq; ecclesiæ uos in omnibus obedieritis, ne à bonis operibus & cœpto proposito deficiatis. Vere enim quod adhuc iã instat tẽpus, omniũ sanctissimũ est, in quo uæ illi quisq; concupiscentijs, appetitui & cupiditatibus suis non frenũ imponit, suumq; ipse genium nonnihil defraudat in oñi continentia, ad honorem passionis & mortis dominicæ. Redigite itaq; asinum, hoc est, corpꝰ uestrum indomitũ, ad obsequium Christi: uestes uestras bonorum exemplorum & sanctarum uirtutum Christo substernite, & per abstinentiam carnis ex arboribus ramos decerpite. ad animi cogitationes reuocate, quã serio, q̃ pie, q̃ sancte & religiose maiores nostri tempus hoc sanctissimum transegerint. Mementote quibus quantisq; ieiunijs, uigilijs, precibus & eleemosynis, corporis quoq; proprij macerationibus in flagellis & uirgis, in oñi cultu diuino, in uirtutibꝰ

sanctis, in operibus bonis sese assiduo exercuerint sancti dei. Et uos igitur clamate ad dominum: Benedictus qui uenit ad nos in glorioſissimo corporis & sanguinis sui sacramento, Osanna, Salua nos domine, quia ad te clamamus, salua nos in sublimibus & excelsis patriæ cælestis, Amen.

SVPER EVANGE-

lium Iohannis 13. in die Cœnæ dominicæ.



IN illo tẽpore: Ante diem festum paschę, sciens IESVS quia uenit hora eius, ut transeat ex hoc mũdo ad patrem, cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Et Lucę. 22
cœna facta, cum diabolus iã misisset in cor ut traderet eum Iudas Simonis Iscariotis, sciens quia omnia dedit ei pater in manus, & quia à deo exiuit & ad deũ uadit, surgit à cœna, & ponit uestimẽta sua. & cũ accepisset linteũ, pcinxit se. Deinde misit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorꝝ, & extergere linteo q̃ erat præcinctus. Venit ergo ad Simonẽ Petrũ. Et dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lauas pedes? Respondit IESVS & dixit ei: Quod ego facio, tu nescis modo, scies autem Matth. 11. Lucę. 10 Supra. 6

postea. Dicit ei Petrus: Non lauabis mihi pedes in æternum. Respondit ei IESVS: Si non lauero te, non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus: Domine, non tantum pedes meos, sed & manus & caput. Dicit ei IESVS: Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus. Et uos mundi estis, sed non omnes. Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum. propterea dixit, non estis mundi oēs. Postquam ergo lauit pedes eorum, accepit uestimenta sua, & cum recubuisset iterum, dixit eis: Scitis quid fecerim uobis? Vos uocatis me, magister & domine, & bene dicitis, sum etenim. Si ergo ego laui pedes uestros dominus & magister, & uos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum ēm dedi uobis, ut quemadmodum ego feci uobis, ita & uos faciatis.

HOMILIA PRIMA.

EVangelium hoc sanctum eo in ecclesia catholica hodie legitur, ꝙ historia illa eodem hoc die contigerit, & quia hodie Christus corporis & sanguinis sui instituit sacramentum; multiꝯ adeo illud laudato sane & Christiano more solent accipere, ut idipsum dignius aliquanto magisꝙ pie facerent, in hoc eodem euāgelio docentur. Docentur enim hic lauare pedes animarum suarum, ne illud in iudicium suscipiant & condemnationem, sed potius in salutem animarum. Ideoꝙ textum euangelicum breuiter placet ad literam declarare, & deinceps de felici sumptione tanti sacramenti paulo copiosius differere.

¶ Principio hic dicit Iohannes: Ante diem festum paschæ, sciens Iesus quia uenit hora eius, ut transeat ex hoc mundo ad patrem, non q̃ antea ignorarit, semper enim & hoc sciuit quem nihil latet. Ideoq̃ omnes euangelistæ, inquit Cyrillus, uelut ex industria sæpius descripserunt, quòd mortem passionemq̃ suam præsciuerit Christus, ne quis hæreticus exurgens, illum calumnietur tãquam ex infirmitate non ultro demortuum, sed Iudæorum laqueis irretitum, crucis patibulum non sponte sustinuisse. Deinde uide quàm ciuiliter hic euangelista Christi mortem transitum uocat, ut transiret, inquiẽs, ex hoc mundo. ita enim cõueniebat etiam tempori paschali, ipsiq̃ adeo nomini, quod Hebræis transitum (autore etiam Chrysostomo) sonat. Joh. 13. Cyrillus.

¶ Porro euangelista sic ait, cum dilexisset suos qui erãt in mundo, in finem dilexit eos. Suos uocat apostolos, q̃s ex uniuerso mundo elegerat: eosq̃ dilexit in finem, quoniam propter ipsos totiusq̃ etiam mundi homines mortuus est. Augustinus hoc ad altiorem reuocat intellectũ, putans exiguum illum esse amorem, qui cum morte moritur & desinit, cum tamen Christus suos semper & sine fine diligat; ideo intelligit Christum dilexisse suos in finem, hoc est, in seipsum, cum Christus finis est legis ad iustitiam unicuiq̃ credẽti, ipse pascha nostrum est, ipse noster finis est, in eo sunt omnes gressus nostri, cogitatiões quoq̃ omnes & sensus. Augustin. Roma. 10.

2. Facta cœna, non illa corporis & sanguinis Christi Iesu, sed paschalis agni secundum consuetudinem Iudæorum in lege positam. Tunc postquam lauit discipulis suis pedes, demum altaris sacramentum instituit. Figuratus enim ille paschalis agnus, non tanta indigebat præparatione & munditie, quanta nostrum hoc sacramentum. Hinc aduerte. Cum Iudæi tam diligenter se præparauerint ad paschalis agni esum, ut Iohannes ait, Proximum erat pascha Iudæorum, & ascenderunt multi Hierosolymam de regione ante pascha, ut sanctificarent seipsos. Cũ etiam Christus ante institutionem sacramenti prius pedes lauerit, quo satis aperte indicauit, quàm multo maiori præparatione nos debeamus sacramentum suscipere. Johan. 11.

Quid itaq; nostri faciunt neochristiani, qui tam turpiter imparati, inconfessi, à foro redeuntes, accedunt sine deuotione, & ore polluto sacramentum sumunt, sicut Iudas.

Nume. 16 Non mirum si terra dehiscens, illos deglutiret, ut Core,
Iohan. 12. Dathan & Abiron. Neq; tamen impunes euadent, sed de
Augusti. hoc aliâs. Iohannes inquit: Cœna facta, non intellige finitam esse prorsus. Nam ut Augustinus recte colligit, Chri-

Iohan. 13. stus iterum discubuit à pedum lotione, intinctum quoq; panem Iudæ dedit. Aduerte hinc cœnã non omnino peractam esse, sed solum agnum paschalem comesum, quem

Exodi. 12 secundum legem festinanter & propere edere oportebat. Cum diabolus immisisset in cor Iudæ, ut proderet eum. Intellige diabolum commouisse sensualitatem Iudæ per impressam imaginem, qua deinde ad malum eius uoluntas est prouocata. Ipse enim non potest sine medio operari in nostram uoluntatem, nisi in sensum nostrum, sicut

Augustin. Augustinus dicit: Ideo nobis scientia boni & mali datur,
Psalm. 77 quia sunt spiritus mali & boni. Hic uero plurimum refert cui se uoluntas hominis applicet, quod Dauid ait: Immissionem per angelos malos. Sed malitiam Iudæ uide, inquit

Chrysost. Chrysostomus, à qua eum non conuiuium, non communio mensæ potuit auocare. Mouere tamen poterat, quod omnia à patre Christo tradita erant. Vnde etiam Iudas in Christi potestatem à patre erat traditus, ut diuus Au-

Augustin. gustinus ait. sed piscatoris hic artificium considera, q magnam Christi humilitatem descripturus, prius magnam eius maiestatem indicat, omnia in potestatem sibi suam à

Cyrillus. patre esse data inquiens: sed uide, hic, qui ex altissimis à patre egressus est, sese humiliat: qui uero à diabolo, se supra dei filium extollit, inquit Theophylactus. Christus surrexit à cœna, & posuit uestimenta sua. Quarer uestes

Theoph. suas deposuit Iesus, iam in lotione pedum, flagellandus, illudendus, crucifigendus. Significat hoc quatuor hominum genera. Nonnulli homines facile ad deum conuer-

Hieron. tuntur, alij difficulter, alij uix in fine uitę, alij nunquam, ut damnati. Euangelista quinq; describit maximæ humilitatis in Christo indicia. Deposuit uestimenta sua, intelige superiora illa, nam seipsum exinaniuit in forma dei existens, Deinde linteo se præcinxit. formam enim ser-

tri induit, quia humanitas linteum fuit. Tertio aquam in peluim fudit. Effudit enim in cruce suum sanguinem super terram in peccatorum remissionem. Postremo pedes lauit, & linteo exersit. Quid sibi hæc uelint, mox audiemus. Dubitant doctores in quo apostolo cœperit lauare. Origenes eum à minimo cœpisse sentit, sicut in parabola paterfamiliâs ab ultimis incipiebat: sic quoq; Christus omnes lauerit, & postremo ad Petrum peruenerit, qui amoris ardore solito renuit. Chrysostomus existimat Iudam primum lotum esse, qui id hominis stulti & stolidi more perpessus est. Christũ nanq; nihil reuerebatur. Augustinus uult eum in Petro apostolorum principe cœpisse. Qui ut Cyrillus ait, solita reuerentia renuit, quod ille quem confessus erat dei uiui filium, sibi lauaret pedes. quasi diceret: Tu domine mihi lauabis pedes manib⁹ ijsdem, quibus cælos condidisti, leprosos mundasti, mortuos resuscitasti? Non lauabis mihi pedes in æternum. sed modeste hunc Christus reprehendit, nescire dicens eum iam quid faciat, sciturum autem postea, cum ad humilitatem eos iam admoneret, siue cum sacramentum institueret. Minatus quoq; huic est, Si non lauero te, non habebis partem mecum. Cyrillus inquit, Nisi admirabilẽ meam de humilitate doctrinam accipias, nihil mihi tecum commune erit: & si non gratia mea sordes peccatorũ tuorum lauero, non eris cælestis regni particeps.

Origenes

Matth. 20

Chrysost.

Augustin.

Cyrillus.

Cyrillus.

4. ¶ Audiens sententiã dñi Petrus, hinc amore, isthinc metu distinebatur: maluit tamen Christum coram suis pedibus humiliari, q̃ sua se portiõe carere. dicebat ergo: Domine, non tantũ pedes, sed & caput. hoc est, oĩa mẽbra mea. unde docemur magistratuũ mandatis nõ resistere, sed obediẽter eis parere: tunc etiam, cũ putamus nos illos iniqua imperare, cogitare debemus potius eos melius nobis rem intelligere, atq; sic in optimam partẽ aliquod faciendum mandare. Pertinax satis erat primũ Petrus in recusando quod offerebatur: sed seriam audiens domini sententiam, facile admisit. utrunq; adeo illud ex charitate fiebat: quõ sapientis esse agnoscitur, ex rationabili causa mutare propositum.

Theophy

Chrysost.

Johan.13. Qui lotus est, inquit Christus, non indiget nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus. Sermo hic obscurus est & latis inuolutus. Doctores hinc colligunt apostolos esse baptizatos, non tantum à Iohanne, qui baptismus suo etiã ipsius testimonio nõ mundabat, sed etiam à Christo priusquam commissionem baptizandi ab eo acciperent: & quamuis ipse per se Christus turbas non baptizabat, undecunq; ad ipsum confugientes, apostolos tamen credit baptizasse, sicut hic innuit. Sed hic mouetur fortasse quis Augusti. & dicit: Imò si mundus est totus, quid ei opus est uel pedes lauare? Aut non pedes etiam mundat baptismus? Adhoc sane respondetur: Quia tres sunt in hominis anima partes, suprema illa mens seu ratio, & eiusdem rationis pars inferior, atque corporea ista sensualitas. Quamuis igitur hominem emundat baptismus, tamen quàm diu ille in hoc mundo uiuit, tantum sibi cauere non potest, quin ali quando peccet uel concupiscentia saltem in hoc mortali & peccatis obnoxio corpore, subinde adfectibus malis ue luti fumis ex incendio carnis exurgentibus. Quapropter 1. Johan.2 & Iohannes dicit: Si dixerimus quia peccatum non habe mus, seducimus nosipsos. quod & Paulus non semel con Roma.7. queritur. Pedes itaq; illos lauare debemus semper, sine q- bus in terra uiuere non possumus: atq; hoc est quod spõ- Cantic.7. sa ait, Laui pedes meos, quõ coinquinabo illos? Hoc etiã illud est, quod de palmitibus in euãgelio narrat dominꝰ, dicens eos continua purgatione indigere, in hoc ut fructus afferant. Sic ergo discipuli mundi iam ante erant ca Johan.15. pite, quo uniti deo inhærebant per fidem & charitatem. Mundas quoq; manus habebant per opera sua bona. Verũ pedes eorum ipsius sensualitatis, quando uitio non carebant, iugi & assidua emundatione opus habebant.

5. ¶ Lotione pedum iam peracta, resident dominus, re sumptis, quas antea deposuerat, uestibus. Sedens ergo ad doctrinam, ait: Scitis quid fecerim uobis, hoc est, magnũ illud humilitatis opus perpendite. Dominum deinde se & magistrum uocat, non utiq; ex superbia aut ambitiõe, sed in beneficium & doctrinam nostram, ut sciamus cum sit necessarium, conditionem, dignitatemq; officij nõ celare, sed indicare, modo ne id fiat per arrogantiam, sed

ut inde alĳ, quid facere debeant, admoneantur. Sic Paulus inquit: Si uoluero gloriari, non ero insipiens, ueritatem enim dicam. Dauid ait: In domino lætabitur anima mea. quod si igitur anima serui lætatur in domino, quanto potius anima domini? ut iam nec male, nec immerito coram discipulis suis se Christus & dominum profiteatur & magistrum, quin magis uideant illi exemplum humilitatis, quod ipse dominus & magister eorum lauerit pedes: ut sic illi exemplum hoc imitantes, eandem humilitatem facto & opere exprimant: quoniam scire bonum, omnium est: facere autem, non omnium, ait Chrysostomus. Lauare, inquit dominus, etiam uos debetis alter alterius pedes. per quod intelligi uult, quodlibet opus bonum proximo nostro exhibendum. Quotiescunq; enim proximo homini remittimus, quæ aduersus nos commisit, pedes ei abluim⁹: Quandocunq; pro peccatis aliorum deum deprecamur, pedes eorum lauamus: cui etiam absolutionem peccatorum à deo deprecatur & petit sacerdos, eidem pedes abluit. Ad literam quoq; seruârunt hoc sancti homines primitiuæ ecclesiæ, lauãtes alĳs pedes humilitate atq; exemplo Christi. unde & Apostolus cum uiduam bene meritam commendaret, si hospitio, inquit, recipit, si sanctorum pedes lauit. Idcirco beatus Augustinus admonet etiam, & hortatur ad corpoream pedum lotionem, quamuis præstet spiritualiter implere, & subinde pedes adfectuum & concupiscentiarum abluere, ut sic penitus emundati in hac uita, mundi, sine ruga, omniq; labe & macula ingredi possimus in uitã æternam. Quod nobis donare dignetur dominus noster Iesus Christus p meritum suæ amarissimæ passionis & mortis. Qui est in secula benedictus. Amen.

2. Cor. 12. Psalm. 33. Chrysost. 1. Tim. 5. Augustin.

DE VERA PRAEPARATIONE AD SVSCIPIENdum uenerabile corporis Christi sacramentum, in die sancto cœnæ dominicæ.

NOtandum hic est prædicatori, ut si forte de susceptione sacramenti dicturus sit alia die, quàm hac ipsa cœnæ domini, ut ferè fit feria quarta proxime præcedenti, euangelium accipiat de tempore uel aliud de corpore Christi.

parte. 3. ¶ Deinde plura super huius sacramenti materia & de ueneratione eiusdē, require in ordinario illo festo corporis Christi.

¶ Similiter contra hæresim de utraq; specie, & de errore quo asseritur remanere hic panem & uinum, uide homilias in parte de sacramentis, & alia multa inuenies in locis iam citatis.

HOMILIA PRIMA.

TRansiturus dominus noster Iesus Christus ex hoc mundo, & corpus suum illaturus sideribus, in memoriam sui, dilectissimis discipulis & charissimæ sponsæ uniuersæ ecclesiæ hoc uenerabile instituit sacramentum sacratissimi corporis & sanguinis sui, ut sic quotidie offerretur in mysterio, quod semel oblatum est in
Augustin. precium: & ut quemadmodum semel omnes homines redemerat dominꝰ, quæ etiam perpetua futura esset redemptio, ita illius sacrificium quoddam iuge foret & perpetuum. Atq; ut amici boni si quando discedunt ab inuicem, memoriam sui prius mutuo inter se firmant, firmataq; relinquunt, & muneribus ultro citroq; datis stabiliunt: ita Christus quoq; in sui commendationem & memoriam cum discipulis suis manducauit hanc cœnā, quod ipse etiam non reticuit, dicens:
Luce. 22. Desiderio desideraui hoc pascha manducare uobis antequam patiar. Dedit insuper illis corpus & sanguinem suum in commemorationē & memoriam sui, sub speciebus panis & uini, Hoc facite in me
Matth. 28 am commemorationem. qua uoce testatus est se præsentem perpetuo fore apud nos in hoc uenerabili sacramento, sicut & post resurrectionem promisit, dicēs: Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usq; ad consummationē seculi.

¶ Sacramentum hoc sæpius accipere debent Christiani, sicut in primitiua ecclesia fiebat, iuxta illud Lucę, Quotidie perdurabant unanimiter in templo frangentes circa domos panes. quamuis hæc deinceps communicandi frequentia, nõ parum refrigescentibus paulatim animis hominum, cœpit intermitti, quando solis diebus festis cõmunio obseruabatur: & id quoq; non diu. dehinc enim, quando iam solennibus festis uix pauci ad communionẽ ueniebant, statuit ecclesia, ter in anno suscipi debere hoc sacramentum, sicut ex Agathensi & Elibertano concilijs satis liquet: adeo, ut quisquis hoc non faciebat, pro Christiano non haberetur. Postremo extincta iam omni pietate, & uix scintilla aliqua pristinæ disciplinæ remanẽte, per uniuersum Christianum imperium in amplissimo q̃dam concilio ex uniuersa tam Græca, quàm latina ecclesia congregato, decreuit catholica ecclesia, ut quilibet Christianus tempore paschali sacerdoti proprio confiteatur, confessusq; uenerabile sacramentum eucharistiæ suscipiat. Idq; adeo omnes pij & catholici homines hactenꝰ in hæc usq; nostra tempora sancte & religiose obseruârunt, tantumq; factiosi & schismatici isti neochristiani illud iam uiolare attentant. Quamuis non pauci adhuc inter Christianos supersunt, qui ultro sæpius in anno se ad hoc sacramentum religiose parant, & pie suscipiũt illud, ut die sancto pentecostes, festo adsumptionis Mariæ, Omnium sanctorum, Natalis domini, & quandocunque pio aliquo ad illud mouentur adfectu. Sed nos iam dicere adgrediamur, quo quisq; mõ præparare se debeat ad hoc glorioſissimũ eucharistiæ sacramentũ digne suscipiendũ.

Actuũ. 2

De cons. dist. 2. c. ois homo. c. seculares

c. omnis utriusq;, de pœnitent. & remiss.

1. ¶ Et principio quidem obserua sacramentum hoc quadrifariam considerari posse. 1. ut sacramentum siue signum externum & sensibile, sub quo uerum Christi corpus ueruſq; sanguis continetur, quomodo usurpatur in solenni illa festiuitate corporis Christi, quando magnifice circunfertur. 2. consideratur etiam in quantum sacrificium: & sic utitur eo sacerdos in officio missæ, post consecrationem offerens illud pro uiuis & defunctis. 3. ut cibus & communio, quo pacto nunc & alijs quibusdam temporibus usurpatur. quarto & ultimo, pro uiatico, &

sic dari solet morituris & iamiã ex hoc exilio migraturis.

2. ¶ Quisquis hoc uenerabile sacramentum susceptu rus est, causas prius expendat secum & ponderet diligenter, cur illud uelit intendatq; suscipere. Et sunt quidẽ causæ potissimum quatuor, quarum prima est, ut id faciat nõ tantum in commemorationem, sed etiam gratiarum actionem passionis & mortis Christi: quoniam hoc ipsum cõmissum est à Christo, cum diceret, Hoc facite in meam cõmemorationem. In cuius rei figuram agnus quoq; ille typicus non nisi assus manducabatur, ad designandũ ignem deuotionis. Et si deuote suscipiendum est hoc tantũ sacramentum, non potest utiq; hoc fieri commodius, quã cũ commemoratione passionis dominicæ. Quamobrem consultum esse existimauit ecclesia eodem tempore sacramentum sumi debere, quo passio Christi recolitur. id eñ significatum quoq; iam olim est in figura, quando Moyses uirga percussit petram, & fluxerunt aquę: sic etiam tu petram cordis tui duram percute uirga crucis Christi, & effluet inde aqua deuotionis, quando ex omnibus rebus nõ est quod magis efficaciusq; nos commoueat, adfectũq; exciret & erigat in deum, quàm passionis dominicæ frequens meditatio. Quod & Bernardus ille magnus passionis Christi cõtemplator agnouit, ideoq; & dixit: O pijssime domine Iesu, super omnia te mihi reddit amabilem calix quem bibisti, opus redemptionis nostræ.

Luc. 22.
Exodi. 12.
Exodi. 17
Bernard.

¶ Neq; uero passionem Christi tantum recolere debet quilibet homo pius, uerum etiam beneficia omnia sibi diuinitus collata, creationem tum nostri, tum uniuersi mũdi propter nos, illam potentem rerum omnium gubernationem, charitatem quoq; supereminentem, qua usque adeo feruenti prosecutus est nos, ut filio etiam unigenito suo non parceret. Huc accedat diligens passionis Christi per omnes partes contemplatio: & quõ ille semper & ubiq;, siue prædicârit, siue ieiunârit, siue orârit, qd multa? in omni uita cõuictuq; suo nostri meminerit, & recordatus subinde fuerit in optimam partem: sed & tacito adhuc instinctu loquitur in cordibus nostris, quæ quanta q; nobis exhibuerit beneficia. Secunda ratio, quæ te ad tam pretiosum tanti sacramenti thesaurum suscipiendũ mo

Johan. 3.

uere debet, hæc est: Vt memineris susceperurum te pignus tum charitatis, tum misericordiæ dei. reliquit enim nobis sacramentum illud Christus in memoriale sui perpetuum, & in pignus summæ suæ erga nos charitatis, ut iã nos dicere queamus cum Dauide: Quàm magna est domine multitudo dulcedinis tuæ? Et meminisse itaq; & nõ ingratos nos esse oportet de tanta charitate Christi, quã erga nos habuit, ut corpus quoque proprium & sanguinem nobis relinqueret abiturus, iuxta quod promiserat: Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi uita. Aut quod tandem nobis uel preciosius uel sanctius amoris sui pignus relinquere potuisset deus, quàm corpus propriũ?

Psalm. 30.

Johan. 6.

¶ Tertia porro causa est, ut recorderis te remediũ acceperurum animæ tuæ, quando uerus ille medicus noster est Christus, uel suo ipsius testimonio, dum Samaritano se comparat, uinum & oleum infundenti uulneribus illius. nanq; simili etiam modo ille animabus nostris mederi uolens, hoc sacrosanctum instituit sacramentum. Vnde & ecclesia beneficium istud agnoscens, orat: Purificent nos quæsumus domine sacramenta tua quæ sumpsimus, sint ablutio scelerum, fortitudo fragilium, contra oñia mundi pericula firmamẽtum. Postremo ratio quarta adsignatur ipsa sancta obedientia, ut sic cogites suscipiẽdo sacramentum, te facturum quod obedientem sanctæ matris ecclesiæ filium decet, quæ illud tibi ad hoc tempus facere mãdauit. Atq; hoc modo sequaris illud Sapientis cõsilium, nec dimittas legẽ matris tuæ: quia melior est obedientia, inquit Samuel, quàm sacrificium. Quid multa? fit hæc constans apud te sententia, quòd hoc sacramentum susceperus sis in gloriam quidem dei, sed simul quoq; in animæ tuæ commodum & salutem.

Matth. 9. Lucę. 10.

Ecclesia.

Proue. 6 1. Reg. 15

3. ¶ Quandoquidem sacramentum hoc sumunt boni & mali, quantumuis inæquali sorte, ut ille cecinit, uitę uel interitus: quilibet apud se prius considerer & expendat diligenter, ut illud sibi in uitam suscipiat, & non ad mortem, sedulo obseruãs illud Pauli: Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. quisquis em manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, nõ diiudicans corpus domini. Caueat itaq; & summo-

1. Corin. 11

pere sibi prospiciat quilibet Christianus, ne hic sibi iudi
cium manducet. id autem fiet, cum se pro uiribus præpa
rare studebit, ut non tantum deuote illud suscipiat, sed
deinceps quoque à peccatis abstineat. Et quia fides, teste
Heb.11. Paulo, rerum sperandarum est substãtia atq; argumentũ
non apparentium, omnis illa præparatio à fide incipere
debet & proficisci tanquam fundamento. Quo mõ Chri-
Matth.7. stus etiam uirum sapientem ædificare docuit super fun-
damentum illud, non super arenam.

¶ Quid autem sit circa hoc sacramentum Christiano homini credendum, quamuis ampla sit materia, propter neochristianorum simul & ueterum hæreticorum innumeros errores: cum uero uos stabiles & firmi fitis catholici, ijs omissis, nos breuiter ea uobis explicata dabimus, quæ multis retro seculis de hoc sacramento per uniuersum Christianismum credita sunt & obseruata, eaq; consistunt in ijs quatuor membris. 1. Primum omniũ firmiter credere te oportet, sub illa quam cernis specie panis, uerum esse corpus Christi, totum inquam illum Christum, ut est ex uirgine matre natus, cũ hominibus in terra conuersatus, flagris cæsus, in crucem suffixus, mortuus & sepultus, ut deinde resurrexit, ascenditq; in cælum, & nunc sedet ad dexteram patris. Eius rei quod habere cupis testimoniũ certius, q̃ uerissimum illum ueritatis ipsius sermonem, quando dixit iam Iudæis, Caro mea uere est
Johan.6. Matth.26 cibus, & sanguis meus uere est potus. nec multo post discipulis quoq;, Hoc est corpus meum. Quod si incredulus ad huc clamas, qui fieri possit, ut sub tantula panis forma totum lateat corpus Christi, quod qua est magnitudine, pedes & manus habet: ad hoc sane respondetur, naturaliter id fieri non posse: uerum si rursus omnipotentiam consideremus dei, apud quem nõ esse impossibile omne uerbũ
Luc.1. Gabriel testatus est, cedit omne iudicium rationis humanæ uerbo dei: captiuatur etiam intellectus noster in obse-
2.Cori.10. Gregor. quium fidei, quæ uticq; meritum nõ habet, ubicunq; hũana ratio præbet experimentũ. q̃uis hic quoq; non desunt signa & indicia quædã naturalia, de quibus aliâs. Ecce em anima tua nihilo nũc est maior sub illa quantitate & magnitudine, quàm olim, cum puer eras.

¶ 2. Deinde crede totum Christi corpus esse sub hostia, & qualibet etiam illius parte, sicut etiã unum idémque Christi corpus sub multis hostijs est, quantumuis nihil interim minus illud totum in cælo manet ad dextram patris. Idq; totum præstat omnipotentia diuina, quæ etiam facere potest, ut corpus unum in multis locis simul existat totum, quemadmodum & anima in qualibet manu est tota: quamuis etiam id nobis est incomprehensibile, utut sit naturale, atque ideo Aristotelem etiam nõ latuerit. Nec multo aliter deus accepit de spiritu Moysi, & dedit uiris illis septuaginta, neq; tamen spiritum Moysi uel ademit uel imminuit. Similiter quoq; Eliseus & domi suæ erat, & apud Giezi, quãdo munera accipiebat à Naaman. Sic Ambrosius Mediolani existens in cathedra sua, Turoni quoq; fuit in funere sancti Martini. Sequit ergo, laicos non minus sub parua accipere hostia, q̃ sacrificus suscipit sub magna, quãdo sub utraq; Christus est totus. Præterea colligitur ex illo, fracta iam à sacerdote in tres partes hostia sub sacrificium missæ, sub q̃libet illa particula non minus totũ esse Christi corpus, q̃ antea sub unica ista magna fuerat, eo p̃ totũ illud corpus sub q̃cunq; data hostiæ parte est tota, q̃uis fractio q̃q; suo nõ careat mysterio.

2. Deinde crede totum Christi corpus esse sub hostia, & qualibet etiam illius parte, sicut etiã unum idémque Christi corpus sub multis hostijs est, quantumuis nihil interim minus illud totum in cælo manet ad dextram patris. Idq; totum præstat omnipotentia diuina, quæ etiam facere potest, ut corpus unum in multis locis simul existat totum, quemadmodum & anima in qualibet manu est tota: quamuis etiam id nobis est incomprehensibile, utut sit naturale, atque ideo Aristotelem etiam nõ latuerit. Nec multo aliter deus accepit de spiritu Moysi, & dedit uiris illis septuaginta, neq; tamen spiritum Moysi uel ademit uel imminuit. Similiter quoq; Eliseus & domi suæ erat, & apud Giezi, quãdo munera accipiebat à Naaman. Sic Ambrosius Mediolani existens in cathedra sua, Turoni quoq; fuit in funere sancti Martini. Sequit ergo, laicos non minus sub parua accipere hostia, q̃ sacrificus suscipit sub magna, quãdo sub utraq; Christus est totus. Præterea colligitur ex illo, fracta iam à sacerdote in tres partes hostia sub sacrificium missæ, sub q̃libet illa particula non minus totũ esse Christi corpus, q̃ antea sub unica ista magna fuerat, eo p̃ totũ illud corpus sub q̃cunq; data hostiæ parte est tota, q̃uis fractio q̃q; suo nõ careat mysterio.

2. de ani. Augusti. 6. de trin. Nume. 11. 4. Reg. 5. Ambrosius.

3. ¶ Firmiter item crede substantiam panis per uerba sacerdotis ad hoc à Christo instituta transmutari in corpus Christi per omnipotentiam dei, remanentibus tamẽ deinceps adhuc omnibus accidentibus panis, cuiusmodi sunt albedo, suauitas, figura, durities, & similia plura. Si enim potuit deus ex Adæ costa iustum conficere corpus mulieris: si ex muliere, uxore scilicet Loth, staruam salis facere potuit: ex uirga Moysi serpentem, ipsos q̃ adeo Aegypti fluuios in sanguinem uertere, si diuinæ nõ restitit potestati, sicut & ex aqua uinũ facere: q̃s iã terminos & limites certos omnipotẽtiæ diuinæ cõstituere uolens, nõ p̃mittet etiã illi hoc, ut ex pane corp⁹ Christi possit facere? Quã uero impie credere hoc nolũt hæretici, q̃d credidit iã olim diabol⁹, dicẽs Christo, Si fili⁹ dei es, dic ut lapides isti panes fiãt? Ecce diabol⁹ nõ ignorauit filiũ dei uerbo posse ex lapidib⁹ panes facere, & neochriani credere nolũt illũ posse panẽ i corp⁹ suũ trãsmutare. q̃uis ãt naturaliter nõ fiãt

Gene. 2. 19. Exr. 4. 7. Johan. 2. Matth. 4.

ex lapidibus panes, quotidie tamen & naturaliter quidē panis, licet temporis successu in corpus nostrum cōuertitur. Sequitur etiam inde, quō in cōfirmationem fidei nostræ, deus naturales actiones omnes relinquit hic simul cum accidentibus panis, quæ aliâs in pane fiunt. pascit enim hostia, & ni cō seruetur, putrescit: aut bene aut male sapit, cadit &c. simile quoq; de specie & actionibus uini iudicium est.

4. Constanter crede, quando & corpus Christi præ-
Roma. 6. cipue sub hostia latet, & Christus cum resurrexit semel, iam amplius non moritur, corpus Christi hic nō esse sine anima uelut mortuum, & cōsequenter illud exangue nō esse, si modo uerum est, ut est sane uerissimum, quod dicitur sanguinem sedem esse animæ. Deinde non abesse crede ipsam quoq; deitatem Christi: quia iuxta regulam Da-
Damasce. masceni, quicquid deus semel adsumpsit, nunquam dimisit. Aliâs quoq; regnum illius nō esset sempiternum, sicut
Luce. 1. adnunciauit Gabriel. Quatuor itaq; suscipis, dum sacramentum hoc suscipis, corpus Christi, animam, sanguinē & deitatem Christi. Deinde laicus quilibet minus nō suscipit sub parua panis hostia, quàm sacerdos uel sub magna, uel utraq; etiam specie. Vt iam turpiter errent neochristiani omnes, dum sacramentum hoc sub utraq; tantum specie habere & suscipere uolunt, quamuis sacerdos tenetur sic tantum sub utraq; celebrare. Qua de re aliâs. Præterea cum calicem tibi post sumptum sacramentum porrigit sacerdos, non est quòd putes sanguinem ibi te bibere Christi, sicut in missa sacerdos, sed purum id nōris esse uinū: non est itaq; cur reuerentiam aliquam aut honorem exhibeas calici, ne putent simpliciores huiusmodi cultu te uenerari sanguinem Christi.

5. ¶ Ex ijs iam ultro sequitur, quàm precioſum, magnum atq; adeo nobilissimū suscipias in hoc sacramento thesaurū. q̄uis em̄ sacramenta oīa ut sunt pretiosissima, ita efficaciam quoq; suam habeant ex passione Christi, è
Johan. 19. cuius etiam latere uelut uiuo quodam larice promanarūt sicut Augustinus super Iohannem declarat: hoc tamen reliqua omnia longe superat, quæ signa tantum sunt gratiæ diuinæ, cū interim hic ipse sit Christi⁹ corpe, aia q̄q; &

sanguine. In hoc sacramento potissimam donat deus gratiam, quamobrem & illi solito magis gratias agimus: unde veteres etiam eucharistiam appellârunt, ac si tu dicas, bonitatem, gratiam seu gratiarum actionem. Tu itaque quisquis Christianam fidem profiteris & religionem, ardenti animi tui adfectu propera ad thesaurum hunc tantum digne suscipiendum. dic cum Dauide: Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad deum fontem uiuum, quando ueniam & apparebo ante faciem dei? Nam quisquis sacramentum hoc digne & reuerenter suscipit, miris modis in eo augetur gratia dei, tandemq; copiosius in æterna patria remuneratur, sicut ait per prophetam dominus, Exæquabit gratiam gratiæ eius, gratiam scilicet huius uitæ in proportione, adæquabit isti gratiæ beatitudinis & gloriæ æternæ. Deus & dominus noster omnibus & singulis nobis misericorditer donare dignetur, qua freti digne suscipiamus hoc sacramentum, & post hanc uitam læti appareamus ante faciem dei in æterna patria, Amen. psalm. 41 Zach. 4

HOMILIA SECVNDA
de uenerabili sacramento altaris.

BOna magnaq; pars fidei nostræ in articulo huius sacramenti posita est, quãuis articulus ille de una trium personarum essentia, potior est aliquanto & maior, quomodo genito ex patre filio, & procedente ab utroq; spiritu sancto, personæ illæ tamen tres coæternæ sint & coæquales. Deinde si naturalem intellectum nostrum & rationem quæramus, impossibile esse uidebimus, hominem ante sex mille annos demortuum, cuius putre cadauer non in terræ puluerem tantum, sed herbas etiam & pecorum corpora uersum iam sit, rursus in singula membra coalescentem reuiuiscere. hoc inquã natura ne tantillum quidem adsequitur: uerum quæ ultra naturam eleuata est fides, hæc intelligit. Omnia illa uidere utique non potes oculis & lumine intellectus tui, sed aliunde oportet petas, & uel ex mutuo sumas, uel emas

conſpicilla ueluti quædã, ſiue oculos fidei: eosq; inueni-
es penes eccleſiam catholicã. inde ꝙq; petito, quo hic ma-
Ephe. 6. xime opus eſt, ſcutum fidei, dum proprio captu adſequi
hæc tanta myſteria nõ potes, eccleſiã ſequere, huic te ad-
iunge: quod illa de iſto ſacramento credit, tu crede: quæ
Matth. 9. ſane & præſentanea & potiſſima eſt medicina aduerſus
omnes diaboli inquietationes & ſuggeſtiones. Atq; ideo
dominus quoq; cæcis ad ſe uenientibus dixit, Creditis ꝙa
hoc poſſum facere uobis? & dicentibus illis, Vtiq; domi-
ne, iniunxit ipſe, Secundum fidem ueſtram fiat uobis.
Johan. 11. Sic & Marthæ dixit dominus, Nonne dixi tibi, quoniam
ſi credideris, uidebis gloriam dei? Ad eundem modum di
ci poteſt cuilibet Chriſtiano, quia ſi crediderit, uidebit
mirabilia dei. ſiquidem illud ipſum ſacramentum, cibus
Pſalm. 110 quidam eſt miraculorũ & eſca, iuxta illud Dauidis: Miſeri
cors & miſerator dominus eſcam dedit timentibus ſe, in
memoriam ſuorum mirabilium. Vbicunque firmum il-
lud fidei fundamentum poſitum non eſt, omnia corru-
unt. Itaq; in fide aliquis iã bene eruditus & inſtitutus, quo
pacto deinceps in tã arduo & ſerio negocio gerere ſe de
beat, porro expediamus.

1. ¶ Principio ad menſam ſacratiſſimi illius cõuiuij ac
ceſſurus, ſe prius paret diligenter & probet, neq; illotis
(quod aiunt) pedibus irruat in rem ſanctam adeo & ma-
gnam, nihilo brutis exiſtens inferior. Quin potius ante
quàm quis accedat ſacroſanctum illud ſuſcepturus ſacra-
mentum, cõcepta iam recta fide, ſicut eãdem habet catho
lica eccleſia, deinceps ſuam probatiõem ſic inſtituat. Et
Purgatio primum quidem, ciuiliter loquendo, nullus ad magnoꝝ
cõſcientię. uirorum cõuiuia accedit, niſi probe purgatus & mundus,
lotis etiam manibus, & purioribus indutus ueſtimentis,
ſolicitus omnino ne quid minus ciuile & urbanum com
mittat: quanto magis anxie diligentem eſſe decet, qui ad
menſam hanc dominicam uenire properat, in qua ſalu-
tis ſuæ ſumma cuiq; uertitur, ne pollutus accedat & im-
mundus? prima itaq; præparationis huius pars in emun-
datione cordis conſiſtit & purgatione, non tm ab omni
pcto, uerumetiam peccandi uoluntate. Ita em deus p Iere
miã, Laua, ingt, à malitia cor tuũ. & Sapiens adeum qui

sacramentum hoc suscipere cupit, ait: Ab omni peccato Jeremi. 4.
emunda cor tuum. ad idem cohortans nos Paulus, admo Eccl. 18.
net mundare nos ab omni inquinamento carnis. Ea ue- 2. Corin. 7
ro purificatio quomodo fieri debeat, in sacramento pœni
tentiæ dici solet: quandoquidem quilibet homo apud
semetipsum diligens esse primum debet in recogitandis
peccatis suis, in examinanda conscientia, deinde in cõtri-
tione & confessione desuper instituendis: quia quisquis
non ex animi sui adfectu pœnitẽtia ducitur peccatorum,
ita ut uelit nullum se cõmisisse unquam, nec digne, neq;
ad salutem sibi manducat corpus Christi. Similiter quicũ
que non omnia perfecte pctã confitetur, sed aliqua ex iis
reticet, uel ea lenitate oscitabundus confitetur, ut facile
aliquid omittat, item sacramentum hoc in peccatum su-
mit sibi ut Iudas. Commonefacienda igitur hic præcipue
est iuuentus, quæ tum pudore & uerecundia, tum metu
percita atque timore leuiter aliquod peccatum celat, nõ
cogitans interim damnum istud immensum & salutis ani
mæ suæ detrimentum, inde sibi enascens & proueniens,
ex ista indigna sanctissimi sacramẽti sumptiõe, ut integre
confiteat, nihil celet, nihil taceat: & sic corpus CHRISTI
manducet ad uitam: aliâs sibi futurum est, quod scabio-
sis cõtingere solet, qui cum manus habeant purulentas
& sanie madentes, persuaderi etiam non possunt ut pro-
ferant. Exhortetur insuper & admoneat hic quoque
pater liberos suos, paterfamiliâs familiam omnem, ut
cum exactæ uitæ summa pœnitentia confiteantur, quan-
do fieri solet non raro, ut priuata huiusmodi siue paren
tum, siue patris aut matrisfamiliâs admonitio plus pro-
ficiat apud subditos, quàm magni prædicatoris grauis &
ualida in frequenti concione prædicatio: faciat hoc idem
quilibet ludimagister inter pueros & iuuenes disciplinæ
fideiq; suæ commissos: faciat id quisque etiam manuarii
operis artifex cum pueris & seruis suis, ut sic omnes illi
expurgato, quod in se habebant, fermento ueteri, in no- 1. Co:. 5.
uitate spiritus paulatim ambulare discant.

2. ¶ Neq; sic nuda illa satisfacit confessio, insuper quo-
q; displiceant cuilibet oportet pctã cõmissa & cõstans bñ

obfirmato animo concipiatur propositum porro peccata uitare, & in bonis operibus sedulo se exercere: quia nisi à peccatis auersi fuerimus & omnino peccati occasionē q̄q; & causam reiecerimus, nec cōfessio etiam integerrima, nec; cōtinua iciunia, nec; in uniuersum omnia nobis quicquam ꝓderunt sacramēta, iuxta illud Augustini: Nisi pœniteat aliquem ueteris uitæ, nō pōt nouam inchoare. Præterea ociosa q̄q; blaterandi uanitas uitanda, & ridēdi fugienda lasciuia est, quando in multiloquio raro deerit peccatum. Omnino itaq; talem quisque se hac septimana præbeat, tam serio omnia agat, tanta præditus sit in omnibus maturitate, quasi rem habeat præ manibus (ita ut uere est) maximi ponderis & præiudicij, facessat hinc omnis leuitas, cedat quicquid est uanitatum mundi, quia bonum est in silentio expectare salutare domini.

Augustin.

Proue. 10.

¶ Et quemadmodum à uerbosa petulantia sibi iam cauere debent omnes Christiani, ita & à malis uanisq; cogitatiōibus (in quibus multum sane est periculi) temperare debent: quoniam ideo præcepit dominus, lauamini, mūdi estote, auferte malum cogitationum uestrarum ab oculis meis. Declinandum item est quicquid est cōuictus externi, ad peccatum ꝓuocantis, cōuiuia nō agitanda, solalitates relinquendæ, uitandæ q̄q; personæ quibus cum peccâris, aut unde peccandi tibi causam sumpseris: quòd hæc omnia eiusmodi sunt, quæ impedire possunt & solent cōscientiæ puritatem. Quia quisquis picem cōrecta uerit, coinquinabit. (Vide de oībus illis in sermonibus de sacramento pœnitentiæ)

Thren. 4

¶ Tale ꝓpositum firmum uticq; & cōstans habere decet pcta uitandi, idq; esse cōuenit adeo stabile & fixum, ut ubi primum retrospicere pergat ad pristina pcta, instar uxoris Loth, statim immundus efficiat: q̄niam quisquis missa iam ad aratrum manu, aspexerit retro, aptus non est regno dei: ut iam sit hæc certa & cōstans regula, quia omne pctī ꝓpositum, pctm̄ est. In hoc ueluti speculo se uitam q; suam cōtemplent omnes cōcubinarij, omnes qui uel mensuras iniquas uel alia uasa habuerint deprauata, q̄tquot clauibus utunt adulterinis, & incantatiōibus gaudent: oppida q̄q; & ciuitates, quæ cōsuetudinem aliquam

Gene. 19. Luc. 9

prauam retinent, nec abrogant, usurarij, lusores, & id genus reliqua sex hominum. Quid multa? omnes qui cum sint & uiuant in pctis, animum nullum habent desistendi ab illis, aut desinant, aut sciant se sacramentum nõ aliter ac Iudas sumpsit, accipere.

3. ¶ Ad dignam huius sacramenti sumptionem pertinet, ut quilibet suscepturus illud, antea composite in omi quiete corporis & in bono ordine se gerat: adeo ut etiã abstineat à licitis, ut coniuges à thoro maritali: quando multi etiam à lecto quocunq; & somno sibi temperant, plus uigilantes quàm dormientes. Si enim Achimelech 1. Reg. 21
sacerdos noluit panes propositionis Dauidi & pueris illius porrigere etiam in necessitate manducãdos, nisi essent sancti & mundi à mulieribus: quãto minus Christiani accipere debent panem illum uiuum, panem qui de cælo descendit, nisi à mulierum cõtactu liberi & immunes? q̃modo & Paulus docet cõiuges ad tempus ab opere cõiugij & thori maritalis iure abstinere, ut uacent orationi. 1. Corin. 7.
Iraq; hic etiam ad escam hanc spiritalem manducandam, committendũ non est ut caro dominet: & quamuis opera illa cõiugij sine pctõ fiant, ista tamen innata concupiscentia & congenita lex carnis siue membrorum, insipidũ reddit animũ, carnalem, planeq; ineptum ad producẽda opera spiritus.

¶ Quilibet igitur Christianus hoc maxime tempore missis omnibus huius cõmercijs, in uirtutibus tantum & operib⁹ bonis sese exerceat. Atq; ut Augustinus ait, Vnus Augustin.
quisq; consideret cõscientiam suam. & quãdo aliquo crimine uulneratũ se esse cognouerit, prius orationib⁹, ieiunijs & eleemosynis studeat mundare conscientiam suam, & sic eucharistiam præsumat accipere, quod nisi fecerit, dicturus est ad eum paterfamiliãs: Amice, quomodo intrasti, non habens uestem nuptialem? Et ut multa paucis complectar, quisquis pius & Christianus haberi uult, hoc iam cum primis tempore, omni euitato uitio, uirtutes sequatur, animãq; suam exornare studeat: ut sit omni bonorum genere redimita, nec aliqua labe infecta, quæ faciat ut indignus ipse tantum suscipiat sacramentum, in sui iudicium & condemnationem. Vigila, & erigere in desi

anima sancta & deuota. Exurge, exurge Sion, induere fortitudinem Ierusalem ciuitas sancta, hoc est, anima Christiana. indue te uestibus gloriæ tuæ, uirtutibus nimirum & operibus bonis, indue & uestimentum supremum, qđ reliquum habitũ omnem cõtegit, id est, charitatem, quæ operit multitudinem pctõrum.

Isaię. 52.

1. Petri. 4.

¶ Recordare, qsquis es hõ diligenter & expende, qd sis hic susceptur us, recogita quantum tibi in eo positum sit. audi clamantem Paulum, Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Ecce sanctissimus ille & in ipso etiam matris utero sanctificatus Iohannes, trepidabat accedere dominum, & uerticem capitis illius tangere: indignum quoq; se iudicabat, cui uel corrigiam calceamenti solueret procũbens in terram. Euangelista ille S. Marcus adeo usq; indignũ se iudicauit mysteriorum tantorũ administratione, ut ipse sibi pollicem præsciderit, ne esset celebrando missæ sacrificio aptus. Vides uasa, imò omnia quæcunq; usui altaris deputata sunt, purgata & mundissima? uides calicẽ probe tersum? uides nitentẽ patenã? uides corporale niueum cãdidissimum q; ? Hæc quid sibi uelint, ambigis & scire cupis? Id nimirum, ut eodem tu quoq; modo, non nisi mundus & uelut cũ reliqs discipulis lotus accedas: qa in hoc Christus illis prius lauit pedes, q̃ corpus suum manducandum daret. unde & Petro recusanti lotionem dixit: Si non lauero te, non habebis partem mecum: designans per hoc, necessarium esse lauari prius & mundari eum, q sacramentum hoc sit susceptur us. Panis ille uiuus, quem hic sumere præsumis, in uterũ descendit sanctissimæ uirginis Mariæ, quæ tota pulchra erat, omnisq; expers maculę. Et tu igitur caue, ne panem hunc uitæ suscipias indignus; aliâs q cibus tibi uitæ futurus erat, cedet in mortem sempiternam, à qua nos custodiat & conseruet Iesus Christus dominus noster. Amen.

Matt. 3.
Johan. 5.

Johan. 13.

Luce. 1.
Cantic. 4.

HOMILIA TERTIA DE PRAEparatione ad sanctiß. Eucharistiæ sacramentum.

QVicunque titulo & appellatione gaudet Christiani, diligenter & exacte se probet, accessurus ad mẽsam dulcissimi illius conuiuij corporis & sanguinis domini, ne in iudicium & cõdemnatiõem accipiat, sed ad custodiam corporis simul & animæ in uitam æternã. Examinet igitur se & emũdet prius per contritionem & confessionem peccatorum suorum, exerceat se in uirtutibus & operibus bonis: quorum nec postremũ utique nec infimum est, pia & sedula precatio, quam laudata sane cõsuetudine ante cibum prẽmitti iam olim apud maiores nostros receptissimum fuit, tracto more illo ab exemplo Christi, qui grandi miraculo magnam hominum multitudinem pauculis satiaturus panibus, eleuatis in cælum oculis, benedicens illos, gratias egit. Est autem omnis actio CHRISTI, nostra instructio, autore Gregorio. & sacerdotes quidem eo magis illa obligat consuetudo, quòd hic decretum etiam accessit ecclesiæ, in concilio Romæ sub sancto Martino pontifice habito. sic enim habet, Non liceat aliquando clericos non dicto hymno comedere panem, & post cibos gratiam autori deo referre. Et si quilibet iam Christianus orare tenetur antequam cibum illum quotidianum corporis manducet, quãto magis ante sanctissimam hanc animæ nostræ escã orabimus? atque cum sufficientes non simus quippiam boni facere ex nobis tanquam ex nobis, sed sufficientia omnis nostra ex deo pendeat, maiori tum adfectu, tum feruore clamare debemus ad dominum, ipsumq; orare, ut dignos nos mysterijs tantis efficiat, & dicere cum Dauide, Cor mundum crea in me deus, & spiritũ rectum innoua in uisceribus meis. Disce ex paruulis Iudęorũ clamorem illum, quo ingredientem dñm in Ierusalẽ exceperũt. & tu q̃q; clama, Benedict⁹ q uenit in nomine dñi, Osanna in excelsis, ò dñe miserere mei. Quid aũt tibi potissimũ sit orandũ, passim iã in oĩbus libellis piarũ precationum habet. Verũ hic deũ immortalẽ q̃ cõmodũ eẽt oẽs nunc hoies scire legere, ꝓpter oratiões saltẽ, quas sanctissimi quiq; patres, Augustinus, Ambrosius, Bernardus, Gregorius, & alij cõposuere. Qui aũt legere nõ nouit, tñ laudet deũ, gratias agat illi pro omnibus beneficijs, dicat cum Dauide,

Iohan. 6. Matt. 14.

Gregor⁹.

44. distin. c. nõ liceat

2. Corin. 3

Psalm. 50.

Matth. 21.

Psalm.33. benedicam domino in omni tempore. Ad memoriam re
uoca amarissimam passionem Christi, dolores Mariæ fer
uentissimos, gaudium angelorum, lætitiã & exultationẽ
beatorum, miserandam cõditionem damnatorum, & ad-
miranda illa gratiarũ dona ecclesiæ collata: ipsaq; adeo
omnium sanctissima sacramẽta. humilia te cum centurio-
Matth.8. ne, & dic: Domine, non sum dignus ut intres sub tectum
meum, sed tãtum dic uerbo, & sanabitur anima mea. Dic
Psalm.5 cum Dauide, Introibo in multitudine miserationum tua
rum in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tu-
um in timore tuo. Et quamuis non multa subinde repe-
tas uerba, tamen uide ne cesset animus, nec pia elangue-
1.Regũ.1 scat cogitatio. quin potius cum Anna Samuelis ingemi-
sce: & sicut illa tantum loquebat in corde suo, ac solum la
bia illius mouebant & uox penitus non audiebatur, ita
tu ne defatigeris spiritum erigere in deum. Rursus inge-
Job.3. misce cum Iob antequam manduces cibum. Ora dominũ
Psalm.17. deum tuum, ut illuminans ille tenebras tuas, reuelet ti-
bi, quid sibi displiceat in te, ne forte accedas in iudicium
tuum & condemnationem. firmiter & perfecte tibi pro-
pone, te neutiquam accessurum, nisi omnia illa præstite-
ris quæ à te exigit deus. Ita effunde coram deo omne cor
Psalm.61 tuum cum Dauide: & sine dubio gratiam dabit ille tibi,
atq; pctã quorum forte te cepit obliuio, aut ad memori-
am tibi reducet, aut per suam immensam misericordiam
remittet & delebit, nec unquam exprobrabit: quia deus
Psalm.101 respicit orationẽ humiliũ, & non spernit preces eorꝝ.

¶ Hoc modo si quis non sufficienter se antea præpa-
rasset operibus bonis, id omne nunc sedula oratione re-
sarcire potest: cuius rei insigne habemus argumentum
in historia regum Iuda & Israel, ubi cum bona populi
2.Para.30 pars non esset iuxta uerbum domini sanctificata, tamen
mãducauerunt pascha, orante pro illis Iezechia & dicẽte,
Dominus bonus propiciabit cunctis, qui in toto corde re
quirunt dominum deum patrum suorum, & non impu-
tabit eis quòd minus sanctificati sunt. Et mirum, in idi-
psum quoq; significantes mulieres illæ, quæ cum Maria
Luc.24 Magdalena uenerunt ideo ad sepulchrum Christi cum
aromatibus, ut nos quoque admonerent, si operibus bo-

nis & ieiunijs sedulis min⁹ essemus cõmendati aut placerem⁹ deo, id oñe repẽderem⁹ redolẽtibus istis radicib⁹ pię & sanctę oratiõis. Docuit hoc nos ꝙq; in magnã cõsolationem nostram beatus Augustinus, inquiens: Quamuis qs pctõ mordeatur, peccandi tamen de cætero non habeat uoluntatem, & communicaturus satisfaciat lachrymis & orationibus, & confidens de domini miseratiõe, accedat ad eucharistiam intrepidus & securus. Augustin.

2. ¶ Deinde cum iam ita qs animum suum, seꝙ totum instituit & præparauit, ut causas probe expenderit, quare ad illud sacramentum accedat, confessus iam & contritus post pctõrum actam pœnitentiam & ieiunia, mentem suam per orationes in deum erexit, nôrit se pro officio Christiani omnia bene transegisse: quia sic ueteris etiam legis præceptum habuit, ne quis de sacrificijs dei manducare præsumeret nisi mundus. Quanto magis qui immũdus est, non audebit sacrosanctum Christi corpus sumere? Restant nunc aliæ quædam circunstantiæ explicandæ, quas considerare quoque debet sacerdos, in hoc ut alicui sacramentum illud sumere indulgeat. eas sub breuitate transcurremus, quando materia hæc & passim communis & ab omnibus doctoribus concorditer est tractata. Nume. 12

Primũ itaq; omnium, est quòd nemini hoc porrigi debet sacramentum, nisi usum rationis habenti, & credenti, non infideli, non fatuo, non infanti: sed quando primum dandum uel dari incipiendum sit paruulis, non potest ex annorum numero statui, sed colligi debet ex cuiusque dispositione & intellectus maturitate: quando inuenias puerum in decennio prudentiorem alio, qui decimumtertium ætatis annum expresserit. Nonitaq; ex annis & ætate, sed intellectu ac discretione iudicandum hic est, ita ut cum iam instituí queat paruulus, ut discernere possit inter hostiam consecratam & non consecratam, ut credere ualeat corpus redemptoris sui mirabiliter hic eẽ sub specie panis, iámque adfectum pium concipere paulatim sibi incipiat erga sacramentum, modis omnibus porrigi illi debet & administrari. Quapropter inconsultum non est, ut parentes liberis suis paruulis adhuc domi hostias non consecratas ostendant, illosq; quærant & edo-

ceant, quid discriminis sit inter panem hunc pistorium, & illum qui à sacerdote in officio missæ & dispensatione fidelium tractatur. Neque malum est, paruulum, dum innoxius est & ab omni peccati labe immunis adhuc, sic institui: instructúmque probe cum omni pietate sacramentum suscipere, quia bonum est homini portare iugum domini ab adolescentia sua. sperandum insuper est, deum huiusmodi paruulo plus gratiæ daturum, unde & hic rectius uiuat, & uita tandem potiatur æterna.

Threno. 3 Quod si autẽ furiosus qs sit uel à dæmone obsessus, consilia habeantur eruditorum: qa in casibus quibusdam dari sacramentum huiusmodi hominibus potest, in quibusdam non: & ita habere obsessus aliquis potest, ut si illud sumat, non tantum commodi multum sentiat, sed à dæmone quoq; liberetur.

2. ¶ Accessurus ad sacramentum illud corporis Christi sumendum, sit ieiunus, nec cibum, nec remedij, nec potionis quicquam acceperit, nisi forte uel aquæ guttula in ore eluendo, uel aliæ reliquiæ casu traijciantur per modum saliuæ: debet'q; illud ieiunium à media nocte computari: quia placuit (inquit beatus Augustinus) spiritui sancto, ut in honorem tanti sacramenti prius in os Christiani intraret corpus dominicum, quàm cæteri cibi: & sic panis uiuus qui de cælo descendit, prius manducaretur illo materiali. Verum in hoc casu nulli regulæ subiecti sunt infirmi. Quin potius eorum causa paratas semper hostias consecratas habere debet, qui sacramentorum administrationẽ sibi concreditam seruat, ne quisquam infirmus sine illo sacramento decedat ex hac uita, iuxta canonicã concilij sanctionem.

Augustin.

7. qnęst. 1 nihil.

¶ Quid autem si miraculosa aliqua accideret hic in sacramento apparitio, sicut in forma digiti contigit beato Gregorio, uel in figura & specie pueri, ut sæpe factũ est? Tunc sane sacramentum in huiusmodi miraculosa specie sumi non debet. presbyter tamen quomodo se in casibus illis gerat, consilio utatur doctorum, quia & casus ipsi diuersi sunt: & plerunque ita obseruatum est, ut eiusmodi hostiæ miraculosæ ad requisitionem eruditorum custodirentur.

¶ Necessarium hic esse, ut qs sit sine pctō, iam supra ex Paulo docuimus. Et quamuis nemo scit, iuxta dictum Sapientis, odiō ne an amore dei dignus sit, satis tamen hoc est, si qs probet seipum pro humana fragilitate, ea tamen diligentia, quam adhibiturus esset in re uel maxime seria & ardua. Porro siue in pctō mortali sit aliqs, siue non, & coram sacerdote constitutus, est susceptus sacramentum, non negandum est ei, nisi sit publicus peccator, huiusmodi em etiam ad altare procumbenti porrigi nō debet, qa hoibus infamia notatis prohibitum est dare sacramentum, ut publice excōmunicatis, scortis, usurarijs, homicidis publicis, & similibus: qui licet conterantur, licet pœnitentiam agant, etiam confessi, non merentur adhuc susc ipere sacramentum, nisi pœnitentiam quoq; pro ratione delicti publicā faciant aut solennem. Attamen si q ultimo supplicio sint adficiendi, confiteri prius & sacramentū susc ipere debent, nisi uel in excommunicatiōe uel in interdicto sint ecclesiæ, uel ptinaciter in hæresi perseuerent: qbus nec per absolutionem remitti debent pctā, nec fas est porrigere sacramentum, maxime si sub utraque tātum specie susc ipere uelint, quod nostrates neochristiani solent. 1. Cori. 11.

3. ¶ Qui ad sacramentū cupit accedere, nō in anima tātum, sed etiam corpore mundus sit & impollutus. sunt em aduenientes quædam extrinsecus sordes & immundi tiæ, quas ablutas prius oportet. Quid em ineptius, quàm uel fabrum ab incude & igni squalentem, totúmque fuligine & fumo obsitum, ad altare Christi adcurrere, uel sutorem atramento suo olentem ad sanctas aras properare? nonne uterque id faciens, parum, imò nihil honoris deferre uideretur sacramento & corpori Christi? Quoniam sic quoque ad Moysen dixit dominus, Facies labium æneum cum basi sua ad lauandum, ponesq; illud inter tabernaculum testimonij & altare. Et missa aqua, lauabunt in ea Aaron & filij eius, quando ingressuri sunt tabernaculum testimonij, & quando accessuri sunt ad altare, ut offerant in eo thymiama domino, ne forte moriantur: & sequitur deinceps, quomodo specula quoq; adiunxerit labio huic. Ecce quomodo corporalem etiam Eccl. 9

Exodi. 30.

Exodi. 38

munditiem habere uoluit & requisiuit deus ex sacerdotibus suis, si quando ministraturi erant in tẽplo, idq; cum iniuncto mortis supplicio: quanto mũdiores corpore quoque nos esse conuenit, accessuros ad sacramentum suscipiendum? Vt nõ sit ista consuetudo illaudata balneantium & corporis membra ac sordes abluentium, priusquam accedant altare domini: quamuis ablutio hæc corporis externa, sine interiori nihil faciat. Laudabilis etiam ubique mos est obseruatus, ut eo templi loco, quo ad ministeriũ dei indui ꝑparariq; solẽt sacerdotes, gurturnia ac pelues habeantur. Magnaq; tum negligentia tum ignauia est, si hoc non obseruetur, quod dominus tam accurate sacerdotibus in lege præcepit. Cæterum aliæ maculæ uel ex morbo uel alio casu contractæ, cuiusmodi sunt lepra, mẽstruum, & cicatrices, neminem à digna sacramenti huius impediunt sumptione. Sin autem immundities corporis esset commixta cum impuritate mentis, ea uero uel maxime aliquem impediret: sic pollutus in somno, sed occasione accepta uel ex antecedente cogitatione mala, uel ebrietate, ineptus redderetur accipiendo sacramento: sic in matrimonio quoque & extra illud, iungi cum muliere indignum facit aliquem, qui sumat sacramentum. Quam obrem uetustissimi canones duriter admodum & grauiter uetuere, ne coniuges commisceantur, accessuri ad hoc uenerabile magni sacramenti conuiuium, ut concilium Elibertanum & alia iura disposuerunt. Eius rei non tam graue, quàm seuerum extat exemplum, quòd quum arcam domini educere uellet Dauid ex ædibus Aminadab, calcitrantibus in itinere & declinantibus bobus, illã iam casum minitantem extensa manu sustinuit Oza: iratus super eum dominus est, & subito corruens ille repenteq; mortuus, & nomen loco dedit, & horrendum temeritatis suæ omnibus reliquit exemplum. Causam aiunt Iudæi fuisse subitæ huius mortis, quoniam ille ea nocte cum uxore sua dormierat: ideoq; arcam manibus contrectare non debebat. alias tamen causas catholicorum uide ibi. Quòd si igitur male fecit Oza tangendo arcam, ex eo quòd nocte illa cum propria tamen uxore concubuerat: quanto maiore supplicio digni erunt, qui à calente

De consecrat. dist. 2. ois homo. 33 quæst. 4 sciatis. 2. Reg. 6

adhuc ex maritali congressu lecto, ad sublime adeo tanti sacramenti prorumpunt mysterium? (uide supra sermonē præcedentem.) Si simili modo exempla aliquando faceret deus in Lutheranos monachos & sacerdotes: qui, quã sunt cynica impudentia, pollutis manibus à scortis & meretricibus suis (sit uenia uerbo, quia quur uxores appellem, turpissimas istas & illegitime eis coniunctas, non ut deo) irruunt in tam grande ministerium, sanctissimumq; dei cultum, quid mirum, si quicquid est fulgurum, tonitruum & grandinum, id semel omne tantis malis puniendis immitteretur diuinitus? Sed tamen deus illuminet faciem suam super eos, & misereatur illorum. Quando tamen nullam euagationem mentis sentiret pollutus in somno, ut cognoscens suam neque aliquam ineptitudinem, doctores nolunt eum communicātem peccare mortaliter, sed solum uenialiter: sed non uideo, si possit commode differre in sequentem diem, quin teneatur pro reuerentia sacramenti, differre maxime exigens. Sed nos iam communibus precibus dominum oremus, ut ille nobis gratiam suam donare dignetur, quatenus illius nos suffulti præsidijs, mundi & digni suscipere possimus istud uenerabile sacramentum: & sic in hac præsenti uita gratiam illius retineamus tantisper, dum in cælesti patria gloria perfruamur æterna. Quam omnibus nobis concedat ille, qui est in secula benedictus. Amen. Psalm. 66

HOMILIA QVARTA DE SAcrosancto Eucharistiæ sacramento.

PRobet seipsum homo Christianus, antequam sacramentum tantum suscipere præsumat: & sic demum de pane illo edat, ne ad iudicium sibi manducet: confiteatur prius, pœnitentiam agat, ieiunet, oret, mundet se totum corpore & animo, atque tandem accedat: sed humilis, qa superbia quicquid in priori præparatiõe bonum fuit, funditus euertit. Non ponat igitur fiduciam suam omnem in præparatiõe, sed potius in miseratione dei: in qua re quando plurimũ positũ est, uideor mihi nõ 1. Corin. 11

abs re facturus, si priusquã de sacramenti huius sumptiõe dicere incipiam, de illa dixero nonnihil, uel eo maxime, quòd non desunt homines quidam temerarij, qui spem suam & fiduciam omnem omneq; solatium in præparatione sua ponũt, immemores omnino misericordiæ dei: homines utiq; miseri & hypocritæ, non uidentes in quã arenoso fundamento ædificẽt. Sunt rursus alij, inter qs neochristiani isti primum sibi facile locum uendicant, q nimium freti misericordia dei, opera bona omnia eo usq; contẽnunt, ut nullũ eorũ uel admittant uel faciãt ipsi. & ij qdem ex temeraria quadam p̃sumptione peccãt, pcõ ex hoc maiori, q in spiritũ sanctum cõmittitur.

¶ In istorum utrinque turpiter aberrantium medio, uelut regia quadam uia incedunt catholici, neque cũ Luthero opera bona negligentes, neque plus satis eis tribuentes, cum hypocritis istis misericordiæ dei obliuiscuntur: sed illud sequũtur, uerumq; fatentur dictum domini: Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt uobis, dicite: Serui inutiles sumus. quod debuimus facere, fecimus. Luce. 17

Neq; uero animus hic est, neochristianorum refutare sententiam, quando ipa se satis infringit, dum omni aduersatur rationi, quia sic omnia misericordiæ dare dininæ, ut nihil ipe facias boni, usq; adeo non est sperare aut cõfidere in deum, ut magis sit illudere deum. sic enim dicit dominus: Non omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnum cælorum, sed qui facit uoluntatem patris mei qui est in cælis, hic intrabit in regnum cælorum. Audite hæc inquam, audite neochristiani, & discite, satis non esse, dicere uos, domine domine. aliud adhuc amplius quid requiritur & desideratur in uobis, ut faciatis. qd autem? nisi uoluntatem patris cælestis. Et quia superioribus homilijs quæcunque ad hanc præparationem pertinent, scripturis Biblicis abunde satis sunt confirmata, quid adhuc restat, nisi omnem istam neochristianorum sententiam Biblicis scriptis per diametrum aduersari? Itaque priorem illam opinionem hypocriticã nunc refellere adgredior. Et primum quidem, sicut humilitatem seruari docuit dominus in mensa cibi corporalis, ita multo magis seruanda est illa in mensa dei. Christus em in euã- Mat. 7

gelio: Quum, inquit, inuitatus fueris ad nuptias, non discũbas in primo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo &c. Eodẽ plane mõ hic quoq; fieri decet ad mensam dñi, ut q̃sq; se humiliet, & ne postremo quidẽ loco se dignũ reputet. potens est ille qui conuiuas ad ad mensam hanc uocat, eos q̃ sibi placẽt, in supremũ euehere locũ. Luc. 4.

¶ Omis aũt ista humilitas in eo consistit, quòd hõ aliquis per gratiã dei & dignus efficitur, & particeps tantorũ mysteriorum, non ex aptitudine & præparatione nostra, quando & idipsum, digne ac laudabiliter se præparare, magnum quoddam dei donum est. Verissimum utique illud est, quod dixit in euangelio dominus, *Sine me nihil potestis facere*: atque ideo nec præparare nos digne possumus sine domino. Præparare itaque nos quidem debemus eo quo dictũ est mõ: sed non ita, ut in nostra præparatione confidamus, & omnem spem in ea reponamus. quia sic speramus tantum in nobismetipsis, quod olim prohibuit dominus per Ieremiam, dicentem: Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & à domino recedit cor eius. Et idcirco cõmunis & uniuersalis hæc in bonis operibus oñibus lex est & regula, ut non quidẽ intermittamus facere opera bona, sed tamen non omnem fiduciam & spem nostram in meritis nostris reponamus: sed seruos nos inutiles, oñi etiam officio nostro expleto, reputemus. Quid quòd uir ille desideriorum Daniel nos docet, quid oremus, quum ait, *Non in iustificationibus nostris prosterni mus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis*? Præparare igitur nos oportet corda nostra, sed si præparationi isti tantũ innitamur, accidit nobis idem quod ijs qui sustentantur arundine. siquidem qui hoc modo meritum suum iactat, perdit illud, eo quòd dũ in adiutorio altissimi non habitat, neque in protectione dei cæli cõmoratur. Et magnũ & præclarum est illud, quod dicit Christianissimus cancellarius Gerson: *Si mille annis aliqs se disponeret ad dignitatem celebrationis, neque sic per se attingeret. quanto minus tã exiguo parui tẽporis spatio*? Estq; illud certissimũ sane, quia nemo tanta tũ deuotione, tũ charitate accedere potest ad sa Johan. 15. Ieremi. 17. Daniel. 9 Psalm. 90 Gerson.

cramentum, quin maiorem illius dignitas expostularet.
Gene. 7 Ecce enim Noë centũ annis construxit arcam, in qua ipse cum paucis hominibus conseruaretur. uerum hic opifex & gubernator totius mundi susciputur. illius itaq; dignitatis respectu, nos quidem multo longiori tempore indigeremus ad præparationem, sed ipse per misericordiam suam supplet ea in nobis, quæ deficiunt.

¶ Tu modo caue diligenter, ne deorsum aspicias super merita tua, super præparationem & opera bona, sed
Psalm. 122, potius cum Dauide dic: Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis. Et iterum, Leuaui oculos meos in mon-
& 120. tes, unde ueniat auxilium mihi. Auxilium meum à domino qui fecit cælum & terram. Nisi forte quis instar pauonis deorsum intuens, aspicere uolet pedes & infirmitatem suam, ut sic magis se humiliet. Verum si plumarum inani ornatu adfectus, superbire intenderet, id uere esset perniciosissimum.

2. ¶ Attende nunc horum omnium causam: Quia omnia nostra propriæ iustitiæ opera, præterquam quod ea non ex nobis, sed ex gratia dei facimus (quid enim ha-
1. Corin. 4 bes, inquit Paulus, quod non accepisti?) etiam imperfecta sunt, defectum habent, immunda existunt, & ut pannus menstruatæ mulieris. Hoc attendens beatus Augu-
Isaię. 64. stinus, dixit: Quæ sunt merita nostra coram deo, si iudi-
Augusti. care ille uoluerit secundum iustitiam, nisi maxima pcta? Defectum hunc uidit etiam Dauid, atque ideo supplex ora-
Psal. 142. uit dominum: Non intres in iudicium cum seruo tuo, qa non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens, iudicio scilicet illo iusto, & quod sine misericordia exercetur. (cum alijs concordantibus in illa materia.) Agnosce
Psalm. 138 itaq; & clama ad dominum: Imperfectum meum uiderũt oculi tui. Dic, Domine, scio quia in omni etiam operosissima præparatione mea nihil sum, oñes orationes meæ,
Job. 9. ieiunia mea & opera pœnitentiæ nihil sunt, si conferantur cum immensa gratia & misericordia tua, qua teipm in cibum hinc abiens nobis reliquisti: scio qa nõ possum unicum pro millibus respondere tibi, utut me abluam, utut confitear, utut uel maximam pœnitentiam agam.
Psalm. 129 scio quia nihil sum. Sed tamen & hoc scio, qa apud domi

num misericordia, & copiosa apud eum redemptio. Scio quàm fontem illum misericordiæ nulla unquam uel malitia exhaurire, uel pectorum ariditas exiccare poterit. Et si dominus decreuit seruare, quis poterit infirmare? Dic cum Paulo, confido quia qui cœpit in me opus bonum, perficiet: & illuminabit abscondita tenebrarum, ne unq̃ obdormiam in morte, sed cum sim immundus, ad te uenio fontem puritatis liquidissimum, qui me ab omnibus sordibus emundet. Asperges me domine hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super niuem dealbabor. Venio itaq; ad mensam domini, non de mea confisus iustitia, sed præcepto diuino obediens & parere uolens, te medicum animæ meæ quæro, & in hoc sacramento suscipere cupio. Sic Salomon quoq; templum domino ædificans, dicebat: Quis poterit prɛualere, ut ædificet deo dignam domum? Si cæli cælorum capere eum nequeunt, quantus ego sum, ut possim ædificare ei domum? In summa, quicquid ad humilitatem facere potest, huc pertinet: quia quo plura maiora'q; dona quis à deo percipit, eo magis se coram ipso humiliare debet: sicut & Maria, audiens ex nuncio Gabrielis se & matrem dei futuram, & Messiam parituram, humiliauit se, & tanto indignam beneficio reputauit, dicẽs: Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum uerbum tuum. & placuisse humilitatem hanc domino, ipsa testatur in cãtico suo, cum ait: Respexit humilitatem ancillæ suæ.

Isaiæ. 14. Philip. 1 Psal. 22. Psalm. 50. 2. Paral. 2. Gregorij. Lucæ. 1

3. ¶ Cum iam quis se non pœnitentia tantum & contritione, sed confessione quoq; & ieiunio præparauit, & adhuc tamen ex humilitate agnoscit non sufficere hæc omnia ad thesaurum tantum suscipiẽdum, sed nihilo minus obedire uolens deo & ecclesiæ, charitate quoq; motꝰ & salute animæ suæ, uadit suscipere sacramentum: ubi scias meritum magnum esse, sacramentum suscipere uelle, iuxta illud Augustini, crede & manducasti. atq; ideo quãuis præ morbi grauitate nequeant aliquando infirmi sacramentum suscipere, commodum tamen ipsis & salutare est, ut eis sacerdos sacramentum uel ostendat tantum, unde fiat ut ipsi desiderium suum excitent simul & exercitent in adfectu bono sumendi illud. Quanto autem meritum maius habet, qui illud etiã facto suscipit, dum hoc

Augusti.

in sacramentis omnibus perpetuum est, quod gratiam non ex opere tantum operante, sed etiam operato operantur.

2 ¶ Iamiam accessurus, non amplius pctā tua ad animū reuoca, neq; confessionis recordare. tantum temet exerce in adfectibus pijs & suauissima amarissimæ passionis Christi contemplatione, aliorumq; beneficiorum dei meditatione: magnitudinem sacramenti immensam considera, recole susceperum hic te creatorē tuum, eundēq; redemptorem & saluatorem Iesum, regem illum glorię, panem angelorum, sacrificium uiuum, quod in ara crucis pro toto mundo oblatum est, pignus charitatis diuinæ, hunc ipsum. s. dominum & deum tuum, cuius uultum intueri & contemplari desideras cum angelis sanctis in perpetuum. Considera cum propheta, quanti sit beneficij, tā propitium nos habere deum nostrum, ut ipsum quoque
Deut. 4. suscipiamus: Quia non est ulla natio tam grandis, quę habeat deos appropinquātes sibi, sicut est nobis deus noster.

3. ¶ Vnde & constat non paulo consultius esse, ut qs aliquanto ante quàm sacramentum sumat, confiteat, quādo mala eorum est consuetudo, qui statim à confessione ad eucharistiam quantocyus sumendum properant. Aut quomodo non turpe iudicaretur, aliquem à pctōrum sordibus adhuc penè squalidum, ad Christi mensam & cōuiuium properare? Sicut inciuile, imò uitiosum quoq; foret, cum qui magnificæ porentis alicuius mensæ iam adsideat, scabiem tandem capitis fricare, quam antea curatā oportebat. Hoc tamen syncerum sensum requirit, qa nō loquor de eo qui exiguum quiddam uel ex pctōrum reliquijs, uel ex ijs quæ deuotionem impedire solent, adhuc haberet confitendum.

4. ¶ Quòd si uero tibi iam in itinere constituto peccatum occurrat, quod cum confitebaris, non inciderat, tūc sane si commode tibi sacerdos quicunq; etiā dari potest, confitere illud: sin autem uel sacerdotum tibi nullus se offert, uel ex hominum multitudine non facile te potes extricare, perge & sacramentū susci pe cū proposito peccatū illud quamprimum confitendi, ubi copia sacerdotis dabitur. Sed hic uide ut propositum istud exequaris: neq; sis

in re tanta indulgens & remissus, quin mox ut cogitasti, confitere priusquam etiam templum egrediaris.

4. ¶ Sublatis itaq; nunc demum corporis animiq; tui pedibus surge, & mensam accede dominicã cum humilitate, cum deuotione & timore dei, tacitusq; tantum loquere in corde tuo, genua flecte, os composite aperi, decenter & honeste exere linguam, ut sic commodius tibi porrigi queat sacramentum. clama cum Thoma, sed tacitus tantum, sublatis cordis tui suspiriis: Dominus meus & deus meus. Inuoca cum publicano, Domine Iesu Christe, propitius esto mihi miserrimo peccatori. Cum centurione dic, Domine, non sum dignus, ut intres sub tectũ meum, sed tantum dic uerbum, & sanabitur anima mea. Exalta uocem mentis tuę, & cum patientissimo Iob dic: Scio quia redemptor meus uiuit, quem & uidebo. Neq; aliud iam tecum commemora, nisi quod secum cogitabat filius prodigus: Pater, peccaui in cælum & coram te, non sum dignus uocari filius tuus, sed fac me sicut unum ex mercenariis tuis. Verba quoq; illa sacerdotis expende, quæ dum sacramentum tibi porrigit, dicit, inquiens: Corpus domini nostri Iesu Christi custodiat te in uitam æternam. similiter tu quoq; custodiri te & conseruari animam tuam roga, aliisq; subinde meditationibus animum tuum eleua, adfectum erige, quibus admonearis deum hic tuum te suscipere in ablutionem peccatorum, in augmentum gratiarum & uirtutum, atq; in pignus uitæ æternæ. Tantum uide ut composite os aperias & claudas, non rictum diducas, uel celeriter apprehendas, uelut hostiam ex manibus sacerdotis direptur⁹. idem quoq; filium tuum aut liberos doce, & priuatim assuesce domi, ut sacramẽtum lingua apprehensum decenter per palatum illabi sinant. hic si quid particulæ tibi in ore adhæserit, quod lingua dimouere nequeas, caue manu tangas: sed potius sacerdotem accede, qui tibi soluat & liberet. Cum sic in corpus transmiseris sacramentum, decenter ex calice bibe uinũ, quod tibi porrigitur, citra magnam reuerẽtiam: quia nil nisi uinũ est, sicut in quadam superiori homilia commemorauim⁹.

Johan. 20.
Lucę. 18
Matth. 8.
Job. 19
Lucę. 15

5. ¶ Suscepto iã sacramento, decet ut quilibet hospitẽ uere maximũ digne tractet, & q̃ diutissime secũ retineat.

Principio sibi quisq; à nimia screatione caueat, ne seipm ad tussim prouocet: quo nimio motu fieri posset, ut particula sacramenti simul concitata eijceretur, quæ irreuerentia sane summa esset, si sic Christi corpus cum sputo & sordibus alijs eijciatur. Quæres autem quàm diu corpꝰ domini in corpore eius, qui illud sumpsit, hominis permaneat. Respondeo, tam diu, ficut substantia panis permansisset, si transmutata sub speciebus & accidentibus nõ fuisset. permanet quoq; corpus Christi sub albedine, rotunditate, densitate &c̃. sed extensiora ad scholas. Deinde non statim à suscepto sacramento templum exeat, sed potius seorsum secedens, gratias agat deo, oret illum, ut ipsum donorum omnium participem faciat, ut cordi ipsius memoriam imprimat passiõis, ut meritum mortis suæ illi non neget, ut ipsum sibi bonis omnibus & ecclesiæ sanctæ unire dignetur in charitate perfecta, ut gratiam hanc impetret, tempore mortis quoq; uiaticum istud digne suscipiendi, cum uera cõtritione & integra cnnfessione. Petat insuper à deo, quatenus ille animabus parentũ, fratrum, sororum, benefactorum, fautorum, breuiter, fidelium defunctorum omnium propicius & misericors esse uelit. Tandemq; oret eum quem suscepit dominum Iesum Christum, ut sibi misericorditer cõcedere dignetur, quatenus sicut iam ipsum in uelata panis specie accepit, ita aperte & sine omni uelamine eum cum gaudio uidere possit facie ad faciem in æterna patria. Quam omnibꝰ nobis donet deus pater, filius & spiritussanctus, sancta & indiuidua trinitas in secula benedicta. Amen.

HOMILIA QVINTA DE SA-

cramenti eucharistiæ fructibus, quos digne manducantes consequuntur.

ANtequam de fructibus, qui digne sumentes sanctissimum Christi corpus manent & consequuntur, dicere incipiam, operæprecium uidetur quę dam latiꝰ explicare, quæ in superioribꝰ homilijs residua

nobis manſere, ne & ipſa diſpereant.

1. ¶ Primumq; ſe hic offert gratiarũ actio, quam utiq; & ex quotidiano cibo referre debemus deo. Quo nomine Chryſoſtomus Hemeritas laudat, quòd ante & poſt cibum gratias egerint deo. Chriſtus quoq; eius exemplum nobis reliquit, dum poſt diſpenſationem illam ſacramenti, hymnum dixit. Certas inſuper orationes ſuas habent ſacerdotes, acceſſus & receſſus altaris. Et laici ingratiſſimi deo nihil orabunt? quin potius orent quicquid eos tũ dei tum adfectus bonus admonet: ſi legere ſciunt, habebunt affatim quod orent: ſi id neſciunt, tamen uel quinque ſalutem uulnera Chriſti honorent & uenerentur quinq; orationibus dominicis. Chryſoſt. Johan. 18.

2. ¶ Deinde ne quis continuo à ſumpto ſacramento manducet, cauendum eſt, idq; in honorem ſacramenti. q̃diu autem abſtinere quis debeat, nunc præceptum & præſcriptum certo non eſt: uerum in primitiua eccleſia, quãdo laici etiam quotidie ex feruore charitatis communicabant, ſic præcepit Clemens Papa: Non ſtatim ad accipiendos communes cibos conueniant, ne putent ſanctę portioni miſcere cibũ, qui per aqualiculos digeſtus in ſeceſſum diffunditur. Si igitur mane dominica portio editur, uſq; ad ſextam ieiunent miniſtri, qui eam conſumpſerũt: & ſi tertia uel quarta hora acceperint, ieiunent uſq; ad ueſperas. ſic ſecreta ſanctificatiõe æterna cuſtodienda ſunt ſacramẽta. Quanta deum immortalem pietas hæc fuit? q̃ ardens charitas? quò peruenit ſanctimonia tanta? nunc uidemus, & qui plurimum ſanctitatis prætendunt, ipſos monachos & ſacerdotes, nõ profanos tantum homines, uix quartam horæ partem patienter expectare. S. Clemens c. tri. gra. de conſ. diſtin. 2

3. ¶ Præ omnibus autem nimia hic fugienda ingurgitatio eſt, & quamuis qui aliâs diu multumq; uinum nullum bibit, nunc in honorem ſacramenti bibere poteſt, tamen id modice fiat & temperate. Extat in hodiernum diem cœnobium quoddam Colonię, ubi dives quidã ſumpto iam ſacramento inebriatus, in uomitu ſacramentum quoque eiecit, quo loco maxima tunc fiebant miracula, * ad Saluatorem. Colonia.

4. ¶ Neq; tantum pro ſe quenq; ſolicite prouidere de Vulgo, ad corpus Chri.

cet, ut in honore habeat sacramentum: ab omni leuitate, uanis & ociosis uerbis sibi temperet, oculos quoq; & sensus oñes uelut equos ferocientes cohibeat atq; cõpescat, uerumetiã alios hoïes digne & reuerenter tractet, qui sacramentũ hoc susceperũt. Quilibet familiã suã habeat paulo magis in honore: liberis etiam parcant parentes, rixas & contentiones nullas intendant, iurgia ne moueãt, ad iram concitent neminem: singuli singulos mutuo se ad opera bona exhortentur propter hospitem illum, quẽ susceperunt, altissimum. Non illaudata consuetudine solent plurimi, cum iam susceperint sacramentum, nouem uisitare templa, sicut & dominus noster Iesus Christus die parasceues nouies hincinde ductus est ad Annam, Pilatũ, Herodem &c̃. qua de re plura in passione. Quid multa? q. libet quàm potest diligentissime à peccatis sibi caueat, ut sic diutissime thesaurum hunc tantum digne conseruet.

Exodi. 12. ¶ Possent hic innumeræ adduci figuræ, & mystice omnes referri ad hoc sacramentum, cuiusmodi est omne id quod circa agnum illum typicum gestum est. uerum iis omissis omnibus, tantum fructus & utilitates huius sacramenti, simul ac incommoda indigne illud sumentiũ breuiter explicabimus: quia generalis ista in hoc sacra-

Regula. mento regula est, quòd omnes tum uirtutes tum operationes, quas habet materialis iste cibus & potus ad hanc uitam corporis, eas etiam sacramentum illud habet in uita spiritus.

¶ Principio itaq; quisquis sacramentum hoc digne susci-

Johan. 1 pit, magnam quoque diuinæ gratiæ augmentum recipit. sicut eñ dominus noster Iesus Christus in hunc mundum cum gratia uenit, secundum quod Iohannes ait, Gratia & ueritas per Iesum Christũ facta est, & hanc gra-

Psalm. 33. tiam qui hic susciþit, illic gloriam habebit æternam, quia gratiam & gloriam dabit dominus: ita sacerdos quoque orat in missa, oblato iam illo immenso sacrificio domino deo, ut quotquot ex hac altaris participatione sacrosanctum filiĳ tui corpus & sanguinẽ sumpserimus, omni benedictione cælesti & gratia repleamur. Quamobrem cum morientibus etiam & infirmis quibuslibet cura magna adcurandũ est, ut in tempore sacramentũ susciþiant;

quia dum hic maiorem gratiam, illic etiam gloriam huberiorem acquirunt. Vnus autem gradus gloriæ multis modis effusissima etiã totius mundi gaudia superat: & tamen hac ipsa, quæ hic abundantius confertur, gratia, uirtutes omnes in homine emendantur: fitq; adeo homo p eucharistiam mansuetior ad correctionem, patientior ad laborem, ardentior ad amorem, sagacior ad cautelã, fortior ad tutelam, ad obedientiam promptior, & ad gratiarum actionem deuotior. Atq; ideo peculiari uocabulo sacramentum hoc eucharistiã appellamus, quando enim ipse hic Christus est, æterna dei patris sapientia, quid uetat quo minus dicamus & gloriemur, uenisse nobis oñia bona pariter cum illo? Hac eucharistia & maximę gratiæ participatione in omni bono stabilimur, firmamur, confortamur, quia panis cor hominis confirmat. robustiores itaq; hinc efficimur in omni uirtutum operatione, cui nimirum significãdo legimus cum manna simul quoq; rorem cælitus descendisse: sic etiam sumentibus nobis panẽ illum qui de cælo descendit, uiuum, rorem simul gratiæ diuinæ suscipimus & pinguedinem, sicut Isaias fore prædixit, inquiẽs: Comedet bonum (hoc est, ut Glossa habet, Christum) & delectabitur pinguedine, gratię nimirum diuinæ & sanctarum uirtutum.

Bernard. Sapien. 7 Psalm. 103 Nume. 11. Johan. 6 Isaię. 11.

2. ¶ Operatur in nobis sacramentum illud remissionem peccatorum, quando peculiariter à Christo institutum est in augmentum uirtutum & quotidianæ fragilitatis medicamentum. Huc tamen adhibendo salem sapientiæ & syncerioris intelligentiæ. neque enim intelligendum sic est quasi sacramentum hoc peccatum mortale in se adimat & remittat, cũ sæpe superioribus homilijs per nos sit dictũ, eos q in pcto mortali sacramentũ illud suscipiunt, non modo non fructum aliquem indeauferre, sed ipsissimam perniciem & mortem ex eo reportare, plane clamare cum illis apud Eliseum, Mors est in olla. Quia sic plane est, sicut cibus corporalis cadaueri nihil conducit de mortuo, etiam intrusus: ita mortuæ in peccatis animæ hæc esca nil prodest, imò panis ille nocebit etiam ijs, qui iã inde à cunis ueneno fuerint enutriti, sicut puella ista, quam Aristoteles refert Alexandro regi

4. Reg. 4.

donatam,cum qua si concubuisset rex,mortem non effugisset.Quisquis itaq; ueneno pctõrum mortalium nutritus fuerit, ei sacramentum hoc tantum nocebit & aduersabitur.Sic igitur intellige in hoc sacramento peccata dimitti.Primo,quia illud homínem à pctõ mortali præseruat.nam homo in gratia dei iam cõfirmatus,facilius peccatis omniq; adeo tentationi resistere potest. unde multos legimus uarijs tentatiõibus afflictos,sumptione huius sacramẽti ab illis liberatos. Aeneas Syluius scribit,in Stiria nobilem quendam fuisse, cui sæpe in animum incideIn Euro. ca.21. rit seipsum laqueo suspendere, datumq; illi à presbytero consilium,ut quotidie missam audiret:paruisse nobilẽ atq; annum ferme continuasse,nulla suspendij cogitatione interueniente.Postremo rogatum à sacerdote,ut presbytero uicino qui templi dedicationẽ in proximo monte habiturus esset,auxilio esse posset,licentiam dedisse,proponentẽ in animo paulo post sequi & sacris interesse.Stetisse diu postea,nunc una,nunc altera causa retentũ.Denicq; circa meridiem profecturum, agresti cuidam in nemore occurrisse,qui rem diuinam in monte peractam esse & populum omnem abijsse diceret.Contristatum eo nuncio nobilem,infelicemq; se esse dicentem,agrestem consolari cœpisse. Venditurum,si uellet nobilis emere,præmium quod inter existendum diuinis meruisset:sagumq; nobilis petiuisse precij nomine. Venditione facta,nobilẽ nihilominus mõtem ascendisse,orasse in templo. Reuersum autem, in proxima arbore suspensum agrestem inueniisse: sed postea diris cogitationibus haudquaquã uexatum fuisse. Ecce quomodo sacramentum illud in missa per alium sumptum, nobilem hunc à tentatione propria suspendij liberauit:quanto plus proderit,si quis digne susceperit ipse?

2. ¶ Venialia pctã & quotidie ex fragilitate contracta adimit hoc sacramentum,sicut pœnitentia mortalia. id adeo beatus Ambrosius uidit,cum diceret,panis iste quotidianus sumitur in remedium quotidianæ infirmitatis.
Ambros⁹. Sic quoq; sanctus Augustinus,semel inqt,oblatus est Chri
Augusti. stus in semetipso,&tamen quotidie immolatur:quotidie ergo sacrificium offertur pro peccatis,quia quotidie pec-

camus, his saltem peccatis, sine quibus humana non pōt fragilitas consistere. Sic communiter dicunt doctores, qa eucharistia si digne sumatur, à malo liberat, & confirmat in bono, uenialia delet, & cauet mortalia.

3. ¶ Contractam quoq; pctis mortalibus pœnã delet eucharistia: dum enim pœnitentia facta confessus es pctã tua, mutata iam sic pœna, quam pctis merueras, æterna in temporalem, per absolutionem sacerdotis & uirtutẽ clauium ecclesiæ, & iam sacramentum hoc sumis, bona pars pœnæ illius aufertur; imò tanta tum deuotione, tũ charitate suscipere quis potest sacramẽtum, ut totius pœnæ commeritæ sibi conferatur remissio: in quem sensum intelligendæ sunt collectæ omnes, quibus ecclesia subinde sacramentum hoc remissionem pctōrum & ablutionem uocat scelerum, ut in quadragesima: Hęc nos domine communio purget à crimine, & cælestis remedij faciat esse consortes. & rursus in alia, Per huius domine operationem mysterij, & uitia nostra purgentur, & iusta desideria compleantur. Et cum idem sæpius toto anno oret in collectis, tum uero apertissime in missa generali beat. Augustin, pro uiuis & defunctis sic ait: Purificent nos quæsumus omnipotens deus sacramenta quæ sumpsimus, & intercedentibus omnibus sanctis tuis præsta, ut hoc tuum sacramentum non sit nobis reatus ad pœnam, sed intercessio salutaris ad ueniam. sit ablutio scelerum, sit fortitudo fragilium, sit contra omnia mundi pericula firmamẽtum. sit uiuorum atq; mortuorum fidelium remissio omnium delictorum.

Innocent. Parte. 3. de. of. mis.

Feria. 2. Reminis.

Augustin.

4. ¶ Et tamen adhuc modum inuenio, quo potest sacramentum illud esse remissio pctōrum, estq; is talis: Si quis pro uiribus suis pcta ante confessionem recogitet, & ibi tamen aliquid uel non occurrat cogitanti, uel confitẽti iam exciderit, illud sane sacramenti huius manducatio adimit in illa generali pctōrum omnium pœnitentia. Atque hoc ipsum est quod ecclesia orat in Complenda: Tui domine perceptione sacramenti & à nostris mundemur occultis, & ab hostium liberemur insidijs. Quò pertinet &illud, quod ex institutione domini oramus ac petimus, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, panẽ utiq; Watth. 6

Feria. 5 post Innocauit.

etiam intelligentes illũ corporis Christi, ideo à Matthęo supersubstantialẽ appellatũ. Statimq; post id sequit in oratione, & dimitte nobis debita nostra, qđ argumẽto nobis esse põt, per hunc panẽ à præsentibus & imminẽtibus malis nos liberari. Nunc ad alios pergamus communionis fructus.

3. ¶ Deuotionem quoq; porro & feruentẽ erga deũ charitatem operatur in nobis illud sacramentũ, adfectũq; bonum omnem renouat, quẽ partim peccatis, partim mũdanis occupationibus amiseramus: quia sicut cibus corporalis, quicquid calore naturali absumptũ fuerat restaurat, ita quodcunq; in nobis feruor concupiscentiæ & peccati decoxerat, id nobis hoc sacramento plene restituitur: qđ & facit, ut rursus de deo cogitare, illumq; ardenter amare incipiamus. Vnde ecclesia quoq; id à domino petens, orat: Præbeant nobis domine diuinum tuum sancta feruorem, quo eorum pariter & actu delectemur & fructu. Id uero inde prouenit, quia sacramentum illud, dum nos unit deo, etiam in se transmutat. In quo etiam panis hic spiritualis multo efficacior est corporali, quando hic in naturam & carnẽ uertitur manducantis, ille uero etiam manducantem transmutat in se, nõ secus atq; si Christ⁹ ipse ex sacramento loqueretur ei qui sumere uelit: Cibus sum grandium, ego non mutabor in te, sed tu mutaberis in me. Et quemadmodum sigillum formam cerę non adsumit, sed suam illi præbet: ita sigillũ dei pretiosum hoc sacramentum, pectori nostro impressum, ipsi diuinã suã formam communicat. Hoc modo sacramentum illud in se conuertit & attraxit sanctum Paulum, adeo ut dixerit, Viuo non ego iam, sed uiuit in me Chrstus. hoc modo sibi deuinxit sanctissimũ martyrem & põtificem Ignatiũ, ut in illius iã defuncti corde à reliquo corpore resecto, inuenerint ethnici nomen Iesu descriptum. Neq; aliter Monica, dignissima utiq; tanto filio mater, ex hoc sacramento adeo efferbuit atq; exarsit animo, ut etiam humi sublata, in hanc uocẽ prorumperet: Eia eia euolemus in cęlũ. Quia sicut ignis ignitum reddit ferrum, ita ignis charitatis diuinæ, animos nostros in hoc sacramento accendit & inflammat, sicut beata Agnes confessa est, dicens: Iã corp⁹

Feria. 2. post Palmarum.

Augustin.

Fela. 2. Ignatius.

S. Monica mater August.

S. Agnes

ei⁹ corpi meo sociatū est, & sanguis ei⁹ ornauit genas meas.

4. ¶ Præterea conducit hoc sacramentum ad corporis simul & animæ tutelam, quod subinde in officio missæ cōmemorat ecclesia. Iam enim dicit, Mysteria nos q̄sumus domine sumpta purificent, & suo munere tueantur. & aliâs rursus, Sacramenta quæ sumpsimus domine deus noster, & spiritualibus nos repleant alimētis, & corporalibus tueantur auxilijs. Iterum quoq; , Sit nobis dñe reparatio mentis & corporis cæleste mysterium, ut cuius exequimur actionem, sentiamus effectum. Idem clare testatur Ambrosius, inquiens: Qui uulnus habet, medicinam requirit: uuln⁹ est, quia sub pc̄tō sumus: medicina est cę leste & uenerabile sacramentum, scutum quoq; & firmamentū eorū, qui in agone cōtendunt fortiter aduersus diabolum, quod olim figuratum est in agno paschali Iudæorum, quos ex mandato dei oportebat de sanguine agni perungere postes & superliminare, quo uno præmuniebantur ab angelo deuastante, & in reliquis ædibus undique primogenitos occidente. Consimili plane modo nos quoq;, cum agnum nostrum suscipimus, cum commemoratione passionis Christi perungimus superliminare animæ nostræ, hoc est, rationem nostram, & utrunq; postē animæ, appetitum scilicet concupiscibilem & irascibilem, nec affligimur neq; cædimur ab exterminatore angelo, & omnibus aduersantibus nobis, securi uel ex hoc uno psalmi, Parasti in conspectu tuo mensam aduersus oñes qui tribulant nos: quia dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit. Et, Si ambulauero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniā tu mecum es. Hoc sanctus Chrysostomus quoq; obseruauit, cum ait: Vt leones flammam spirantes de mensa domini recedimus, terribiles dæmonibus facti.

Dominica 4. post pētecost. Feria. 4 post Lętare. Dominica 5. post pentecost. Ambrosi⁹. Exodi. 12 Psal. 22. Chrysost. sup Johā.

5. ¶ Ad extremum denicq; perfectam animæ uitā largitur hoc sacramentum, quod etiā ecclesia à domino petens, orat: Sancta tua domine nos sumpta uiuificēt, & misericordiæ æternæ præparent expiatos. Et iterum, Oblatum tibi domine sacrificiū uiuificet nos semper & muniat. Hoc etiā est quod dñs apud Iohannē ait: Qui māducat me, & ipe uiuet ꝓpter me. Hoc q̄q; uidēs Ambrosius, dixit:

Dominica 3. post pentecost. Feria. 2 post Lętare.

Ambros⁹. Iste est panis uitæ æternę, qui substãtiam nostram fulcit, quamuis idem ille malis & indigne sumentibus animam præcipitat magis in interitum, iuxta illud quod canit ecclesia: Sumunt boni, sumunt mali, sorte tamen inæquali uitæ uel interitus. Mors est malis, uita bonis, uide paris sumptionis quàm sit dispar exitus. Hoc idem præuidit in spiritu Dauid, cum diceret: Edent pauperes & saturabuntur: & laudabunt dominum, qui requirunt eum. uiuent corda eorum in seculum seculi. Confert & uitam corporalem hoc sacramentum, quando multis utique infirmantibus uel inter media animæ iam emigraturæ suspiria datum, uitam illis prorogat temporalem: qui moriturí utiq; fuerant, nisi illud suscepissent. Quæris unde id fiat? Ecce cũ uelut mortua plenaq; stupore membra iacent, iamq; de morte tantum & uita ambigitur, uruntur illa & (si quid inest uitæ) excitantur. Vis & animæ cauteriũ uidere? sacramentum hoc ipsum est, quod in titionis figura præuidit Iezechiel. adurit enim imò absumit quicquid in anima est putre & morbidum. Viuificans igitur sacramentum illud hic animam per gratiam, in futura uita gloriam quoq; impetrat æternæ salutis, sicut & Elias in fortitudine cibi sibi diuinitus missi ambulauit usq; ad mõtem dei Oreb. Det nunc deus, ut nos quoq; in uirtute huius panis ambulemus in montem dei usq;, in æternam. s. felicitatem, teste ut uerissimo, ita certissimo, Christo dño dicente apud Iohannem: Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, habet uitam æternam, & ego resuscitabo eũ in nouissimo die. quia quisquis hic digne manducat cibum illum angelorum, perueniet tandem usq; ad montem dei Oreb, ad saturitatẽ illam mensæ dñi in æterna gloria. Quam nobis donet, qui est benedictus in æuum, Amen.

In sequentia.

Psalm. 21

Iezechi. 1.

3. Reg. 19

Iohan. 6.

Oreb.

HOMILIA SEXTA ET VLTIMA, de malis atque incommodis indigne sumentium uenerabile illud eucharistiæ sacramentum.

SI quis tantæ sit duritiæ homo, ut immensis illis cõmodis nõ moueatur ad percipiendũ hoc sacramentum, neq; gratias & dona quæ inde proueniunt cõsideret, nõ securitatem & trãquillitatem conscientiæ, non tutelam etiam temporalem, non prẽmiũ æternæ salutis: atqui saltem urgeat istum pernicies maxima corporis & animæ eorũ, qui indigne sumunt sacramentum. Et ne cui quã aliquod dubiũ incidat de pœna malorum, primum omnium probabiles rationes adducemus, quãobrem credere debeãt omnes homines, uenerabile hoc sacramentum huiusmodi fructus exercere in anima boni & synceri Christiani, sicut ante per nos ostensum est: idq; beneficio & auxilio diuinæ omnipotentiæ, secundum beneplacitum suæ uoluntatis.

¶ Ecce enim in euangelio legimus mulierẽ duodecim iam annis profluuio sanguinis laborantẽ, hoc uno sanatam, q; fimbriam dñi tetigit. Quis ambigit corpus illius, in quo natus, passus & mortuus est, plus habere uirtutis à deo q̃ fimbriam? Deinde ligno isti quod erat in medio paradisi, uim hanc indidit deus, ut hominibus uitã corporalem ꝑpetuo prorogaret: & panẽ illũ immortalẽ, animę uitam reddere posse negabimꝰ? Fatemur oẽs ex certa sanctæ historiæ ueritate, semicinctia & sudaria Pauli uirtutis tm̃ habuisse, ut imposita infirmis, sanarẽt eos, & dæmonia ex obsessis eiicerẽt: & adhuc dubitamꝰ corpus Christi morbos sanare corporũ, & dæmones ex animabus hominum pellere posse?

Matth. 9.

Gene. 2. 3.

Actuũ. 19.

¶ Si umbra Petri, principis quidem apostolorũ, sanauit ęgrotos, quid ueritas poterit corporis Christi, qui rex est angelorũ & hominum? Prẽterea si Iohãnes solo cõtactu, hominis infidelis Aristobuli tres mortuos resuscitauit, quanto magis credendũ est, deũ adesse habitui & indumẽto suæ diuinitatis, adsumptæ scilicet naturæ humanæ, q̃ ille ut homo indutus ac uestitus est? Nemo itaq; dubiter, multo plus corpori suo tribuisse uirtutũ & fructuũ, quã enarrauerimus ipsi. siquidem corpus illud sanctissimum in unitate suæ personæ suscepit, in eodẽ salutẽ operatus mundi, morte iam deuicta & superato diabolo: illud deinceps super choros eleuauit angelorũ, cõstituit ad dexte

Actuũ. 5

Philip. 2

ram patris sui omipotentis, in quo etiã anima illa sanctissima sub finem mundi iudicabit uiuos & mortuos. Hoc ipsum Christi corpus quisquis manducat digne, eũ plurimos supra enumeratos acquirere fructus, dubiũ nõ est: & uicissim qui sumit indigne, immẽsa sibi mala cõciliat. Et primũ quidẽ qui nõ indigne tantũ manducat, sed etiã uel mãducare oino cõtemnit, uel in pctõ mortali accedit, uel seipm nõ satis excutit & pctã sua recogitat, uel cõfessꝰ nõ est, uel si cõfessus est, absolutionẽ ex sacerdote nõ est cõsecutus, denuo iam peccatũ mortale & quidẽ maximũ committit: quia qui pollutus (inquit Ambrosius) accedit, non solũ corpꝰ Christi lacerat, sed totã trinitatẽ adunatã corpori Christi inhonorat. Et ifra, Pœnã mortis Christi meretur, acsi Christũ occidissent, qui indigne percipiũt. Esse aũt pctm illud sane magnũ eoꝝ qui Christũ crucifixerũt, uel ex ipsis uerbis Christi apparet, quãdo dixit Iudæis: Veniet supet uos omnis sanguis iustus à sanguine iusti Abel usq; ad sanguinem Zachariæ. Quis est aũt Christianorũ, qui non abominetur pctm Iudæoꝝ, Christum crucifigentium? Quis qui non auersetur pctm Iudæ traditoris? At quotusquisq; indigne sumentium est, qui cogitet se in eadem cũ omnibus illis cẽ naui pctõrum? Aut nonne de quolibet fic indigne sumente, sicut de Iuda dicit dominus, Ecce manus tradentis me, mecũ est in mensa? Nam sicut Iudas tradidit Christum malis Iudæis, ita hi indigne communicantes, tradunt Christũ peccantibus membris. Imò quotquot sunt huiusmodi, Christiani quidem censentur partim titulo, partim externis gestibus, sed meritis & uirtutibus quidnis potius quàm Christiani, atq; ideo grauꝰ peccant, & ad eos dicit Iohannes, quoniam uiuentis nomen tantũ habent, cætera mortui. atq; ideo panis ille sanctus ipsis in iudiciũ cedit & mortẽ: uertiturq;, ut ait Iob, in fel aspidum intrinsecus. Quãuis autẽ tempore quo præceptũ est sumere sacramentũ, intermittere illud sine peccato non liceat, tñ peccatũ maius habent, qui illud in peccatis suscipiunt. Et sicut cibus corporalis, cum uentrẽ inuenit à diuersis humoribus occupatum, amplius lædit, magis nocet, nullum præstat auxilium, ita est cibus spiritualis, si aliquem reperit malignitate pollutum, magis eũ

Ambrosiꝰ.

Matth. 23.

Gregoriꝰ.

Apoca. 3

Iob. 20.

Chrysost.

perdet, non suo, sed accipientis uitio. Ne itaq; putet quis quam sacramento illo malitiam suam supportandam, sicut per Ieremiã dicit dominus: Quid est quod dilectus meus in domo mea facit scelera multa? Nunquid carnes sanctæ auferent à te malitias tuas, in quibus gloriata es? quasi dicat, nihil minus. Imò nôrit, contra legem dei facere se & præceptum domini, quo ille mandauit sanctum canibus nõ dari debere, quia quicũq; sic faciũt & peccatis premunt, iumẽtis cõparant insipiẽtibus, & similes fiunt illis. Ieremi. 11 Matth. 7. Psalm. 48

2. ¶ Diabolus quoq; eos qui indigne sacramentũ susceperе, ingreditur ac obsidet, q̃uis corporaliter nõ excrucіet, neq; torqueat illos: sic contigit Iudæ, qui cum intinctum à Christo panem accepisset, intrauit in eum sathanas. ubi Augustinus dicit, quòd sicut Iudas, non q̃ mali quippiam suscepisset, sed quia bonum male sumpserat, locum dedit diabolo, sic quilibet facit, qui indigne suscipit corpus Christi. Et infra, Ideo quisq; conscientiam mundam adferat ad hoc sacramentum, ne si adferat immundam, admittat diabolum ut Iudas. Discat inde unusquisq; quomodo insidietur diabolus ijs, qui impure sanctissima tractant mysteria dei. Periculum est enim, ne septem spiritus immundi in huiusmodi hominem ingrediantur, sicut in euangelio legitur. Tu Cyprianum quoq; uide, q̃modo contigerit aliquando puero cuidam, qui cum ex idolothytis comedisset, quomodo se gessit, quando intrusum deinceps sibi quoq; gustauit sacramentum. Neq; raro in historijs legitur, quo pacto obsessi sint à dæmonib⁹, qui indigne sumpserunt hoc uenerabile sacramentum. Augustin. Leo. In sermo. de lapsis.

3. ¶ Quid quòd sæpenumero corporaliter isti afflig̃untur, ægrotant, moriuntur nonnunquam subito? secundũ quod Paulus testatur, cum ait, Qui manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus domini. Ideo inter uos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. moriuntur scilicet, ut habet Glossa. Aut non putas multos subitis febribus correptos, uarijs morbis afflictos, diuturnis cruciatibus extabescentes, demortuos, qui indigne sumpserint sacramentum? Vtiq; etiamnum uidemus plerosq; post imminentia hæc festa paschalia, morbis corripi, uexari. unde etiam tunc 1. Cor. 11 Glossa.

ecclesia suppliciter pro ijs dñm precat, in hymno dicens:

Hymnus. Quæsumus autor omnium, in hoc paschali gaudio, ab omni mortis impetu tuum defendas populum.

2. Reg. 6 ¶ Sic subito mortuus est Oza ex arcæ contactu. Sic le-
2. Para. 26 prosus factus est rex Ozias, ꝙ præter conditionem officij
Gene. 3 sui, sacrificasset. Adam & Eua primi parentes nostri, quia de cibo uetito comederant, profligati & eiecti sunt de paradiso cum omni posteritate sua. Balthasar rex qui ex uasis sanctificatis domino, biberat, grauiter afflictus est à
Dani. 5 domino, sicut prædixerat illi Daniel: sequenti quoꝙ nocte misere confossus, occubuit. Ii omnes quando grauiter & duriter adeo supplicia malorum suorum condigna sustinuerunt, quid de Christianis futurum putas? Ecce cum fastidio indignantibus Iudæis super eo, quod illis affatim
Nume. 21 de cælo dabatur manna, & dicentibus, Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo, grauiter iratus est domin⁹, & immisit eis serpentes igneos, ex quibus multi eorũ infirmati & mortui sunt. Quòd si igitur non pepercit deus Iudæis indigne manducantibus manna illud, an Christianis parcet, indigne sumentibus etiam sanctissimum corp⁹
Hebrę. 10. Christi? Quin potius, ut ait Paulus, Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in q̃ sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit?

¶ Hoc etiam inde colligitur, quòd ij qui mortis Christi fuerunt autores, omnes graui morte perierunt: eorũ autem, qui indigne hoc suscipiunt sacramentum, pcẽ̃ ęquale est ei, quod commiserunt qui crucifixerunt Christum, iuxta illud Pauli, rursum crucifigentes sibimetipsis filiũ
Hebre. 6 dei. profecto enim qui manducat indigne, reus est corporis & sanguinis domini. Quid est hoc, inquit Ambrosius,
1. Corin. 11 esse reum? hoc nimirum, sicut isti rei sunt, qui Christum nihil tale commeritum occiderunt. Sicut ergo dixit do-
Matth. 26 minus, Væ homini, per quem filius hominis traditur: ita uæ quoꝙ illis, per quos Christus denuo crucifigitur. Væ uæ inquam omnibus, quotquot eum in mala conscientia sub sacramento suscipiunt: qui q̃uis illũ non tradunt crucifigendum, tamen membris inimici offerunt ueścendũ.
Matth. 27 Quid multa? sic omnino accidit Iudæ, qui sacramẽtum in-

digne sumpsit, deinde prodidit dominũ ac tradidit exili & sordido precio uenditũ Iudæis, mox desperãs abijt & laqueo se suspendens, crepuit medius: quoniã indigna erat anima ipsius maledicta quæ per os exiret, ubi sanctissimũ corpus domini ingressum fuerat. Actuũ. 1

4¶ Sed quid longius ijs immoramur, quãdo quod malorũ omniũ & maximum & extremũ est, eos manet, qui indigne suscipiunt sacramentum? pœnam enim acquirunt damnationis æternæ, secundũ illud Pauli: Quisqs mãducat & bibit indigne, iudiciũ sibi mãducat & bibit. Aut q̃d aliud est iudicium hoc, nisi damnatiõis? Sic uere dici põt huiusmodi homini, q̃d Christus dixit Iudę: Melius fuerat ei, si natus non fuisset homo ille. Et quid mirũ, si in pc̃tis accedentem uel ima terra dehiscens absorberet, non aliter quàm Dathan, Chore & Abiron? 1. Corin. 11 Matth. 26 Nume. 16

¶ Sic quoq; præcepit dñs in lege: Anima polluta quæ ederit de carnibus hostiæ pacificorum, quæ oblata ẽ domino, peribit de populis suis. Et hõ igit̃ q in pc̃tis constitutus, manducaucrit de sancto illo Christi sacrificio, q̃d pacem nobis in cælo simul ac terra restituit, eiectus omino peribit de populo & grege beatorũ, detrusus in carcere damnatorũ. Væ uæ homini, qui tã immemor salutis suæ, tã non solicit⁹ de felicitate & uita futura, nihil plane meminit animæ suę. Et miũ sane quòd nõ, cõniuẽte dño deo, in huiusmodi hominẽ diabol⁹ ingreditur, uiscera q̃ illius disrũpit, ut Iudæ. Certe sic afflixit deus Bethsamitas, eo quòd arcã tm̃ domini uiderãt indigne, ut quinquaginta millia morte perirẽt. Huiusmodi sane & id genus alias plures pœnas, quas prę̃parauit deus ijs, qui indigne suscipiũt sacramentũ, & proprie & serio spirit⁹ sanctus pos Dauidis prædixit: Fiat mẽsa eorũ coram ipsis in laqueum, quia hic peccant: in retributiones, ecce pœnas: & in scandalum, quo ad proximum. Obscurent oculi eorũ ne uideãt, ecce cæcitas mentis: & dorsum eorũ semper incurua, ecce uicti iacent sub tentationibus. Effunde super eos iram tuã, & furor iræ tuæ cõprehendat eos, ecce flagella dei. fiat habitatio eorũ deserta, & in tabernaculis eorũ nõ sit qui inhabitet. Id demum fit, quum isti omni gratia cunctis q̃ dei donis priuati, iam q̃ consolatiõis expertes, Actuũ. 1 1. Reg. 6 Psalm. 68

desperare incipiunt, & nihil boni uel cogitant amplius uel operantur. Postremo, q̃ id fieri potest diligentissime, admonitos in Christo uos uolo, ut quàm chara uobis est corporis & animæ uita, tam solicite caueatis, ne indigne tantũ suscipiatis sacramentum, in detrimentum temporale & damnationis æternæ iudicium: quoniam eo maxime diuina offendi maiestas solet. Prospicite igitur, ut quod in bonũ, cõmodum, remediũ & salutem uobis est institutum atq; à Christo relictum, id ne uertatis in perniciem uestram: quod hic non Christum tantũ, sed totã simul trinitatem in uos concitabitis. Conqueritur ecce dominus deus & pater ille cælestis aduersus indigne su-
Gene.37 mentem, cũ Iacob dicens: Fera pessima deuorauit filium meum, bestia deuorauit filium meum.

¶ Conqueritur super huiusmodi pctõre & filius ipse
Psalm.68. Christus dominus: Dederunt, inquiens, in escam meã fel.
Matth.26 Conqueritur & spũs sanctus, dicens: Iuda, osculo filium hominis tradis. Quilibet em̃ hoc modo sacramentum sumens indigne, sub specie, fuco & prætextu Christiani nominis, Christũ tradit mẽbris suis in pctõ sepultis. Quid ergo facis ò Iuda? quid cogitas? An damnationem ultro tibi paras? An charitatem dei contemnis? Ne id facias, per Christum rogo, illius passionem amarissimã in te perire non sine, quin potius conuertere ad dominũ ex toto corde tuo, & inuenies gratiam atq; misericordiam apud do-
Iezech.18 minum. Ecce em̃ uiuo ego, inquit dominus, nolo mor-
& 33. tem pctõris, sed magis ut conuertatur & uiuat. Humilia te coram deo, procidens plora ante dominum, confite-
Psalm.94 re pctã tua, & da gloriam deo cum rege Acham. Ingredi-
Josuę.7. ens quoq; animi tui intimos recessus & abdita cordis pe-
Lucę.15 netralia, dic cũ filio prodigo: Pater, peccaui in cælũ & corã te, non sum dignus uocari filius tuus. fac me sicut unũ
Joel.2 de mercenarijs tuis. Quis scit, si conuertatur & ignoscat deus, & relinquat post se benedictionẽ? Vt sic tu quoq; in hac præsenti uita post indulgentiã & remissionẽ pctõꝝ tuoꝝ, gratiã ipsius impetres, & post hanc uitã, uitã illam sempiternã. Quã nobis om̃ibus misericorditer concedat Iesus Christus dominus noster, Amen.

PASSIO DOMINI

NOSTRI IESV CHRISTI, EX quatuor euãgeliſtis breuiter collecta, per Iohannem Eckium anno Gratiæ M.D.XII. & ad plebẽ Ingoldſtadij declamata.



ARTICVLVS .I.



IN illo tẽpore: Peracta ſcilicet iã ultima cœna, & magnifico illo domini ſermone finito, egreſſus eſt Ieſus trans torrẽtem Cedron, in uillam quæ dicebatur Gethſemani, cũ diſcipulis ſuis, & intrauit in hortum, ibiq; dixit illis: Sedete hic & orate, ne intretis in tentationem, donec eam illuc & orem. Et adſumpſit ſecum Petrum & duos filios Zebedæi, Iacobum & Iohannẽ, & cœpit triſtari ac mœſtus eſſe, dixitq; ad illos: Triſtis eſt anima mea uſq; ad mortem. ſuſtinete hic & uigilate mecum. Et progreſſus aliquantulum, procidit in faciem ſuam, orauit & dixit: Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte. Veruntamen non ſicut ego uolo, ſed ſicut tu uis. Et poſtquam orauit, uenit ad diſcipulos ſuos, & ait illis: Vt quid dormitis? non potuiſtis una hora uigilare mecum? Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus eſt, caro autẽ infirma. Atq; quum rurſus abiſſet oratum, ſicut prius, apparuit ei angelus & conſolatus eſt eum. Quumq; oraret longius, factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram. Et poſt oratio-

Sunt qui putãt hoc factũ in tertia oratiõe, quod equidẽ nõ improbo,

nem iterum uenit ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes. Deinde rediit tertio ad orationem suam, ut prius. rursusq; consummata illa, uenit ad discipulos suos, & dixit: Dormite iam & requiescite. Ecce iam uenit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum.

HAEC HACTENVS.

EXPOSITIO ARTICVLI HVIVS ET *pia meditatio, Quidnam anima in gradum sublimiorem conscendens contemplari debeat.*

PARTICVLA .I.

ASCende anima mea in gradum hunc primum, & contemplans undiq; circumlustra, quid uideas in illa pia contemplatione tua. Video, inquit, dominum Iesum flexis in terram genibus, procumbentem in monte Oliueti: sicq; extensis utrinq; manibus in crucis figuram iacere super terram, facieq; sua benedicta humo impressa, tremulum iam totum & turbatum undique anguistia circundatũ: sudorem quoque cerno sanguineum passim ex suo corpore emanare. Verum quur hæc & omnia & tanta anima mea? Ideo nimirum, ut hoc ipso sudore suo, inaudito antea & omnibus retro seculis nunquam uiso, immensam declararet mentis suæ, imò animi pariter & corporis turbationem. Totus itaq; & iustus imber ille fuit sudoris dominici, eo quòd anima illius turbaretur in mortem usque: ille inquam tristari cœpit & mœstus esse, qui pctm̃ nunquam fecerat, in cuius ore dolus inuentus non erat. Dominus in Oliueto. 1. Petri. 2.

PARTICVLA SECVNDA *piæ & deuotæ huius contemplationis.*

¶ Sed quid interim adhuc subest causæ, quòd dominus & deus ille tuus, adeo turbatur, anima mea? Respondet illa, Multæ & magnæ occurrũt hic rationes, quarum prima hæc est: Quoniam ratio hic in Christo sensualitati, & uel maxime proprie & clare, imò ineuitabiliter significabat imminentia supplicia, quæ Christus iamiam subiturus erat: ideoq; ipsam uelut præmonebat, ut ea fortiter sustineret, nec quicquam fugæ meditaretur. sic fiebat, ut iam sensualitatem non lateret aliqd eorum, quæ Christus passurus erat, sed illi uidebãtur omnia, ac si iam præsentia forent. & ideo tunc uires eius cõmouebantur omnes, spiritus uitales agitabantur per membra omnia, ita ut cõcitatus toto iam corpore sanguis erumperet. Eò pertinet, quòd Christus, quia secundum carnem per desuper uenientem spũs sancti operatiõem ex purissimis sanguineis guttulis uirginis matris genitus erat, naturæ q̃q; fuit subtilissimæ, ita ut hoc modo efficaci⁹ operata sit tristitia tanta in tenerrimo sanctissimoq; corpore Christi. quamuis non desunt, qui sudorem hunc Christi supernaturalem fuisse putant. Verum adhuc alia quædam mecum hic contemplarite quæso animula mea ne pigeat. Quin potius, uide, si super passione sua & morte adeo tristatus est dominus, qui tamen certus erat paulo post ingressurus se in gloriam summam suæ diuinitatis, potentiæ & beatitudinis, quid futurum est de miseris hominibus, quos ut certissima mors est, ita mortis hora longe incertior, multo uero omnium incertissimum, quonam uelut in proximum longissimæ istius profectionis diuersorium perueniant post mortem? Vt iam omnibus hominibus semp præ oculis obuersari debeat illud Sapientis, Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis: quando uel hoc ipso Christi exemplo apparet uerũ esse istud, quantũuis ethnici hominis dictũ, Terribilẽ omniũ mortẽ esse lõge terribilissimũ. Sed nos quoq; hic Christũ sequentes, lõgis multisq; nosmet præparemus orationibus, uolun-

Causę tristitię Christi.

Eccl. 7

Aristotel.

tatem nostram attemperemus uoluntati diuinæ, &(quæ ars artium omniũ una est & eminentissima & lõge optima) bene mori discamus.

¶ Altera tantæ in Christo tristitiæ causa est, quòd ille iam tacitus secum fugam cogitabat discipulorum, peccatumq; Iudæ & Iudæorum. Tristatus insuper est super peccatis omnium hominum, & præteritis & præsentibus & futuris, quæ sane maxima fuit tristitia, superans dolorem omnium eorum, qui pœnitentiam habent de pctis suis. quanto enim Christus & pctī mala rectius cognouit, & odium eiusdem maius habuit, tanto magis super illo tristari potuit & dolere omnibus cæteris hominibus. Sed ecce Lazarum etiam quatriduanũ iam resuscitaturus dominus, tristabatur & dolebat, spiritu quoq; infremuit, neque à lachrymis abstinuit: quid hic facturus, quãdo super pctis totius mundi tristitiam sibi conceperat? quando Iudæorum uesanum furorem, Iudæ perfidiam, cæterorũq; discipulorum à se defectionem & fugam præuidebat? Iudam nanque paulo ante in apostolatum adsumpserat, quem nunc uitæ suæ sibi uidebat imminere proditorem. Et quum Petrum uigilare secum non posse cernebat, dubium non erat, Iudam attentissimas agere cum Iudæis excubias, quod ipsum etiam considerans ille, dicebat discipulis: Non uidetis, quia Iudas non dormit, sed festinat me tradere Iudæis? ingratitudinem quoq; inter cętera hic secum reputabat dominus populi Iudaici, quem sibi præ omnibus alijs deus iam olim elegerat: quem multis miraculis illustrem, donis plurimis reddiderat & beneficijs insignem. Ex cuius sanguine nasci filius dei uoluit, cuius cæcos, claudos, leprosos, dæmonijs obsessos & alioq debiles sanare dignatus est. Sed uide uicissitudinem magnã. Quorum ille etiam mortuos paulo ante suscitauerat, eum ipsi nunc rursus morti tradere parabant. Ea omnia tristitiam domino maiorem commouebant & dolorem iuxta humanitatẽ ipsius, sicut ipsi q̃q; experimur in nobis, q̃d ingratos esse cõperientes eos, in q̃s multum beneficij cõtulerimus, penè disrũpimur. Merito itaq; tristatus est dominus super ingratitudine tanta Iudæorũ. Ratio porro certia hæc, Qm̃ hic dñs futura ista præuidebat etiã Chri-

Iohan. 12

Exodi. 19

stianorum maxima pctā, eorum inquam, qui repulsis iam Iudæis, ex gentilitate uocandi erant ad fidem, & spiritū sanctum in baptismo suscepturi, sanctissimumq; Christi corpus in cibum sumpturi, aliisq; tum sacramētis tum donationibus magna & immensa dei misericordia, futuri erant clarissimi, sed ij quoq; ingratissimi beneficijs tantis dei, quid aliud egerunt, uel etiamnum agūt, nisi quòd Hebræ. 6 Christum, quantum in ipsis est, rursus crucifigentes, suā sibi construunt damnationem? fuitq; adeo Christi dolor iste ex multis longe acerbissimus, dum considerabat passionem suam amarissimam in tot millibus hominum fore infrugiferam: imò Christianos quoq; futuros esse ingratos adeo, ut si quibusdam eorum adhuc daret crucifigendus Christus, multo plura ei inferrent etiamnum supplicia, quàm olim fecerint Iudæi.

Raban⁹. ¶ Rabanus adhuc dicit, ad mortem usq; tristem fuisse dominum, quoniam nouerat sanguinem suum tam inutiliter effundendum, ut tunc uix unum latronem acquireret, unum apostolum perderet. Tristatus itaq; sic Christ⁹, ueluti cum Psalmista inclamauit: Quæ utilitas in sanguine meo? Et hæ ferè sunt illæ potissimæ causæ, quāobrem Psalm. 29. mœrore tanto confectus dominus fuerit, ut dixerit: Tristis est anima mea usq; ad mortem, ut sudorem insup sanguineum sudârit. Neq; inficiamur rationes adhuc adsignari plures posse, ut compassionem uirginis matris, quam pertransiuit gladius ille Simeonis, tempore passionis CHRISTI: pertineret eò pulcherrimæ quoque urbis miserandum excidium. Sed ijs omissis, ad alia progrediamur.

PARTICVLA III.

¶ Quid amplius in hoc primo gradu cernis obsecro, anima mea? Video, inqt, Christum ter orare patrem suū, ut à se auferret calicem passionis, sed ut ipse uellet pater, non pro filij uoluntate. Sed quur constanter adeo & perseuerāter pro eo rogauit Christus, quod se non adsequuturum certus erat? Eius rei sane quamuis causæ reddi multæ soleant, potissima tamen est, in exemplum & doctrinam nostram idipsum fecisse?

1. ¶ Et primum quidem, sicut ipse postquam animã suam usque ad mortem esse tristem dixerat, statimq; abiit & orauit, ita nos quoq; dum persecutiones patimur, dum affligimur, dum malis premimur, clamare ad dominum debemus in sedula & pia precatione. Et qui hominem se nouit, non debet mœrore confici, & tristitia tabescere, sed potius apertis præcordiis coram domino, inde sibi petat auxilium, sicut sacræ scripturæ locupletè docent.

2. ¶ Quod autem ad iactum lapidis à discipulis recessit, docere nos uoluit, ut ipsi quoque oraturi, in locum secedamus abditum, sicq; magis pio uacare queamus affectui. Poterat quidem sine dubio simili adfectu orare dominus coram discipulis, sed nobis orandi modum prescribere uoluit, dum in terram pronus lapsus est.

3 ¶ Atq; cum tertio etiam legimus ipsum ad orationẽ redijsse, exemplum nobis proponitur perseuerantiæ in orando & constãtiæ firmæ.

4 ¶ Docemur hinc quoq; in omnibus orationibus nostris, uoluntatem nostram uoluntati subiicere & attemperare diuinæ: & sic omnino cum domino dicere, fiat pater non quod ego uolo, sed quod tu uis: sicut & oramus quotidie, fiat uoluntas tua sicut in cælo & in terra. Quomodo autem aliam à patre suo uoluntatem habuerit Christus, doctores dicunt uariam & multiplicem dici posse de Christo uel in ipso esse uoluntatem: unam secundum diuinitatem, & sic una & eadem est uoluntas trium personarum in diuinis, atq; de hac uoluntate loquendo, nõ orauit hic Christus: quia sic mori uoluit ex decreto & ordinatione diuinæ uoluntatis, sanctæq; & indiuiduæ trinitatis. Alia præter hanc dicitur esse in Christo uoluntas secundum humanitatem, in ipsa ratione tamen posita: & secundũ hanc quoq; pati non recusauit, non quidẽ propter ipsam in se passionem tanquam sibi contrariam, sed considerato illo fine, propter quem passurus erat, redemptione scilicet totius generis humani, & secundum hanc uoluntatem plane obediens erat deo. Verum quo ad uoluntatem sensualitatis, quæ naturali quodam instinctu tanta supplicia abhorrebat passionis & mortis, libenter effugisset

Matth. 6

Augustin.

Voluntas Christi.

pœnam mortis, atq; sic secundum hanc uoluntatem sensibilem orabat Christus auferri à se calicem passionis: sic tamen, ut hic quoq; fieret uoluntas patris sui cęlestis, atq; hoc modo ratio imperabat sensualitati & naturæ, quæuis supplicia ultro & libenter sustinere. Sed cur adeo cõstanter orârit ille, iam tunc quoque non ignarus se non exaudiendum, antea ostensum est, nobis factum esse in exemplum & instructionem.

PARTICVLA QVARTA.

¶ Adhuc in eodem stans gradu anima mea, quid obsecro cernis? Angelum, inquit, ecce uideo apparere domino, ipsumq; cõfortare & solari. Verum quid hoc sibi uult animula mea? aut quid est quod dominus idemq; rex angelorum consolatione confirmatur angeli? Potuit, inquit illa, angelus tanquam subtilis quædam & nobilis substantia consolari sensualitatem CHRISTI, quoniam adhuc corpus Christi clarificatum non erat: & quia sensualitas illa passionem horrebat, potuit eam confirmare angelus, non aliter quàm eam ratio ipsa quoque confortabat, breuitatem promittens supplicij, & imminentẽ spondens claritatem. Cęterum si personam CHRISTI, qui quidem rex & dominus erat angelorum, contemplamur, nihil minus quàm quod ipsum uel confirmârit in cœpta passione, uel de imminente morte consolatus sit angelus; sed eo tantum modo se exhibuit, sicut sæpenumero minister dominum suum consolari nititur. & angelus itaque fidelissimus Christi ministrator, diuinitatem ipsi⁹ hic declarauit, dum illi astitit, ipsum consolatus est, ostendens passione sua genus humanum esse redimendum: enixe insuper rogans, ut illam maturaret, nec diutius differret; fore enim ut ea ipsa, ruinæ quoq; implerentur angelorꝝ.

Psalm. 109 ¶ Adhuc alia quoque à doctoribus causa redditur, quare apparuerit angelus, nimirum ad declarationem humanitatis Christi, quæ sic consolationem suscipere poterat, sicut antea de sensualitate dictum est. Tertia porro ratio datur illius, quòd per hoc magnitudinem sui doloris uoluit insinuare seu manifestare. Et putat hic Christi-

anissimus ille cancellarius Gerson, archangelum Gabri elem apparuisse Mariæ, ipsiq; dixisse, Ne timeas Maria. et sic illi enumerasse immensum, qui ex passione filij sui pro uenturus erat, fructum: atq; quid post resurrectionem ei⁹ gloriæ, quantum gaudij insecuturum erat. Theophylactus uero: Apparuit, inquit, ei angelus, glorificans eum, & dicens, Tua est domine fortitudo. tu enim præuales cõtra mortem & contra infernum liberare genus humanũ. Quarta etiam causa adsignari potest, factum id esse ad instructionem & informationem nostram, ut ait Iordan⁹: quoniam ex illo Christi exemplo, nos quoq; non paulo iam confidentius sperare possumus, quod nobis & orantibus & in tribulatione quacunque constitutis sancti angeli dei fideliter adsistant. Contemplemur itaque dilectissimi in Christo fratres, & consideremus in hoc primo sanctæ meditationis gradu stantes, immensam CHRISTI tristitiam, uideamus sudorem eius sanguineum, animo concipiamus & orationem illius & angelicam consolationem. Oremus nos quoq; & dicamus: Gerson. Theophy. Iordan⁹.

¶ O domine IESV CHRISTE, ultima spes nostra & unicum solatium, digneris per te tuosq; bonos angelos in omnibus tribulationibus & afflictionibus nos confortare, pcipue in postrema necessitate nostra, in tremendo mortis certamne, ut habeamus per ueram pœnitentiam, tui doloris, tui sudoris, sanguinis & orationis memoriam. Amen.

DE FVRIOSA ET CONCITATA CHRISTI captiuitate, simul ac fuga discipulorum.



ARTICVLVS SECVNDVS.

TEXTVS EVANGELISTARVM.

Et adhuc loquente domino, ecce Iudas unus de duodecim, & cum eo turba multa cum gladijs & fustibus, missi à principibus sacerdotum & senioribus populi. qui autem tradebat eum,

dedit illis signum, dicens: Quemcunq; osculatus fuero, ipse est, tenete eum, & ducite caute. & cum uenisset, statim accedēs eum, ait: Aue rabbi. & appropinquauit ad Iesum ut oscularetur. IESVS autem dixit ei: Iuda, osculo filium hominis tradis? Amice, ad quid uenisti? & osculatus est eum. IESVS itaq; sciens omnia que uentura erant super eum, processit, dixitq; eis: Quē queritis? Responderunt: Iesum Nazarenum. Dicit eis IESVS: Ego sum. Stabat autem Iudas qui tradebat eum, cum ipsis. Vt ergo dixit eis, ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Iterum interrogauit eos: Quem quæritis? illi autem dixerunt: Iesum Nazarenum. Respō dit IESVS: Dixi uobis quia ego sum. Si ergo me quæritis, sinite hos abire, ut impleretur sermo quem dixit, Quia quos dedisti mihi pater, non pērdidi ex eis quenquam. Tunc accesserūt & manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum. Videntes autem ꝭ qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt ei: Domine, si percutimus in gladio? Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, & percussit pontificis seruū, & abscidit auriculam eius dexteram. Erat autē nomē seruo Malchus. Dicit ergo IESVS Petro: Calicem quem dedit mihi pater, non bibam illum? mitte gladium tuum in uaginam. Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. an putas quia non possum rogare patrem meū,

& exhibebit mihi plus quàm duodecim legiones angelorũ? Quomodo ergo implebũtur scripturæ, quia sic oportet fieri? Sinite usq; huc. & cũ tetigisset auriculam eius, sanauit eum. In illa hora dixit IESVS turbis: Tanquam ad latronem existis cum gladijs & fustibus comprehendere me, quotidie apud uos sedebam docens in templo, & non me tenuistis. sed hæc est hora & potestas tenebrarum. Hoc autem totum factum est, ut implerentur scripturæ prophetarum. Tũc discipuli omnes, relicto eo, fugerũt. Adolescens autem quidam sequebatur eum, amictus sindone super nudo, & tenuerunt eum. At ille reiecta sindone, nudus profugit ab eis.

EXPLICATIO ARTICVLI HV-
ius secundi Particula seu consideratio prima.

AGe itaq; anima mea, enitere & ascendens in secũdum gradum, circunspice quid uideas. Iudam, inquit, uideo istum perditissimum, non minimum ex sectatoribus Christi, sed unum ex duodecim, dominũ & magistrum suum Christũ osculo tradere Iudeis in mortem: atque adeo ad ipsum uenire in montem Oliueti, dolose salutare magistrũ, cuius nolebat esse discipulus. Ambrosius dicit: O Iuda amoris pignore uulnus infligis, & charitatis officio sanguinem fundis, pacis instrumento mortem irrogas. Seruus dominum, discipulus prodis magistrum, electus autorem. O Iuda, quid facis? osculo filiũ hominis tradis? Infelicissime Iuda, ut quid præsumis impudenti ore os Christi sanctissimum tangere? O mutationem dexteræ excelsi admirandam, ò stupendam uicissitu-

Ambrosi.

Psalm. 67

dinem. Discipulus iste faciem dñi sui osculatur, & condemnatur: peccatrix mulier Maria osculata est pedes illius, & saluatur. O miseram tuam mercaturam impie & scelerate Iuda, qui & uitæ datorem & autorem denarijs triginta uendidisti in mortem. O fraudulentam retributionẽ & iniquam: quoniã triginta denarios, quos à muliere in honorem & sepulturam Christi pro unguento precioso impensos, tibi tuisq; furtis & rapinis decedere uidebas, ex sanguine Christi recuperare parabas. Profecto sicut insanabilia uulnera nec austeris medicamentis obediunt, nec demulcentibus, sic anima ubi semel est captiuata, & sei psam dederit cuicunque peccato, nullum emolumentum ex admonitionibus consequetur: quod & Iudæ accidit à proditione non cessanti, quamuis omni modo doctrinæ esset à Christo cohibitus. Vocauit ille eum in apostolum, dispensatorem esse uoluit, potestatem efficiendi dæmonia & curandi infirmos ei tribuit, sedulo in cœna præmonuit, sanctissimo corporis & sanguinis sui sacramento ipm cibauit, diuina uirtute eũ cũ ceteris in terram prostrauit. Verum istum à tam scelerato suo proposito pertinacem adeo neq; benignitas domini tanta deduxit, etiam cum diceret melius fore si natus nõ fuisset homo ille, neq; uirtus diuina in mõte oliueti exhibita, Iudã cohibuit. quinimo in uoluntate semel concepta perdurauit iste, tantisper dum consummaret eam. Horrendum est prohdolor & extremis deplorandum suspirijs, tantam esse posse alicuius hominis miseriam, quam uel cogitare saltem longe miserrimum est. Quanto studio, quanta cura solicitus subinde fuisti turpissime Iuda, propositum istud tuum impium perficere, usq; adeo ut signum dares similibus tui p fidis & sceleratis Iudæis in capiendo Christo, quem tu ꝙq; noras antea sæpius eis elapsum? Vbi sunt ex doctoribus, qui dicant factum id omne esse propter Iacobum minorem: qui, quia facie Christo erat similimus, frater quoque ipsius cognominatus est.

Luce. 7

Johan. 12.

Chrysost.

Matth. 16

Gerson.

Judas.

¶ Sed ò anima mea, id quoq; mihi aperi, qui factũ sit, q̃ re tanta, tam efficaci magnæ benignitatis signo, osculo, pmot9 nõ sit Iudas ad pœnitẽtiã? Doctores sane hic rñdẽt, ꝙm sicut in ueteri testamẽto manna cuiq; sic sapiebat, ut

Exodi. 16

ipse erat(bonis enim bonum,optimis sapidissimum,malis plane ingratum uidebat & insipidum)ita penitus hic cũ Christo contigit,quoniã pijs benignus, mitis apparebat & mansuetissimus,malis autẽ durus & acerbus. Quomodo in extremo etiam iudicio aliter iustis , aliter uidebitur à damnatis. Arcꝙ ideo nihilo emẽdatus est hoc osculo Iudas, sed quia demum desperauit & semet suspendit, condemnatus est. Et quotusquisꝙ iam est Christianorũ, qui non peccatum istud Iudæ extreme auersetur? & tamẽ in dies peccata committuntur isto multo maiora . Iudas eleemosynam furtim subtrahebat , quam ut dispensator erogare debebat pauperibus. Idem etiamnum hodie faciunt plericꝙ,tum procuratores,tum testamentarij . Iudas Christum uendidit secundum humanitatem. Quot obscro iam uendunt illum secundum diuinitatem, periurijs, blasphemijs? Quocũcꝙ hoc seculo ueneris, siue in forum, siue in macellum, siue in tabernas uinarias , uideas hic tãuile nihil esse,ut Christum sanctumꝙ nomen dei:adeo ut nihil ne teruncio quidem uel emi queat uel uendi, nisi simul uenalis proponatur hic sanguis Christi, nisi deus in mercis partem rapiatur, nisi denicꝙ omnia illius & membra & uulnera in medium adferantur. Prodidit quidem Christum Iudas: sed num illi parcunt, aut non etiam traditores eius sunt, qui hoc sanctissimo tempore corpꝰ ipsius sumunt indigne? osculantur & illi eum, ad mensam tãti conuiuij accedunt ut amici homines, & interim ipsum membris suis tradunt in peccato sepultis. Iudas Christum Iudæis & crucifigentibus illum ministris tradidit : sed & tu, quantum in te est, illum denuo crucifigis quotidie, dũ quotidie peccatis peccata adcumulas. Imò si passio Christi non fuisset sufficiens pro omnibus peccatis, tunc oporteret Christum de nouo mori propter peccata tua, si uellet te saluare. Quàm multos iam reperias peccatores, qui pœnitentiam nullam agunt, quantumcunꝙ ad illam diuinitus incitentur, iam per prædicatores, iã tacito instinctu, iam prosperis rebus & secundis, iam aduersis, neꝙ tamen proficitur apud illos quicquam . Vnde quid sperandum de eis est, nisi quod cum Iuda, quẽ egregie adeo imitantur, perpetuo condemnabuntur?

Chrysost.

O miserã huius seculi condi tionem.

Augustin.

Ambrosi.

Gerson.

CONSIDERATIO SECVNDA.

¶Quid deinceps uides anima mea in illo ſpirituali gradu contextus euangelici? Video, inquit, Iudæos dominum ualidiſſimo, tum impetu, tum clamore adoriri, funes iniicere collo, uincire manus, omniúmque furore ipſum tractare. Impetus hic in capiendo moleſtiſſimus utique fuit domino & contumelioſus, ut unctus ille qui nos redimere uenerat à captiuitate diabolica, ligaretur, uinculisque conſtrictus duceretur à peccatoribus, ab impuriſſimis qui Hieroſolymis erant, hominibus. Aut quomodo non triſtis hic fuiſſet anima CHRISTI, quum ille rex regum uideret ſe à diſcipulo traditum, à populo electo uinciri, & inſtar latronis (ut ipſe dicebat) duci? ligauerunt enim, inquit Auguſtinus, à quo potius ſolui uelle debuerunt: illum conſtrictum tenebant, qui poteſtatem ligandi ſoluendiq; habet in cælo & in terra. Auguſtin.

¶ Eia animula mea, conſiſte hic in uno illo contemplationis gradu paulo diutius, & circunſpice ſimul ac meditare attentius, quomodo propter te dominus noſter Ieſus Chriſtus & propter totum genus humanum captus eſt miſere. Tu capi debebas, tu uincienda eras, tuo collo aſtringendus erat funis, tibi manus ligari debebant: quoniam tu peccaſti, tu deum offendiſti: tu omnis huius amaritudinis cauſa es, non ille innocentiſſimus Chriſtus. eniteré igitur & uiribus tuis omnibus utere in laudem & ſeruitutem, cultumq; illius, qui tuo nomine pati tãta uoluit ex ardentiſſima illa ſua erga te charitate. Bernard.

CONSIDERATIO TERTIA.

¶ Adhuc quid uides anima mea oculis iſtis piæ contẽplationis tuæ in eodem gradu? Diſcipulos, inquit, uideo omnes à Chriſto fugientes, ſolumq; hic inter Iudæos dominum conſtitutum. Vulgo iactatum prouerbium eſt, eſſe gaudium miſeris, ſi communis calamitatis & mali ſocios habeant. uerum hic ſolus aſtitit dominus, fugientibus omnibus etiam diſcipulis, quibus ille tanta hactenus Diſcipulorum fuga

exhibuerat beneficia, quos toto plus triennio iam communi conuictu & benignitate sibi habuerat coniunctos,
Iob.19 iuxta illud Iob: Fratres meos longe fecit à me, & noti mei quasi alieni recesserunt à me. In eius rei signum & exemplum hodie iam nudãtur altaria: nec amplius campanæ pulsantur, eo quòd nullum iam habebant sanctæ fidei sonum apostoli. In significationem illius quoq; hodie luminaria successiue per uices psalmorum & lectionũ in matutinis precibus extinguuntur, præter unum, quod Christum qui lux uera est, uel secundum quosdam Mariam, designat: quæ ideo quoq; die sabbati colitur, quòd tunc sola illa fidem toto terrarum orbe retinuit. Vbi igitur iam nunc pertinax adeo audacia tua Petre? ubi istud
Matth.26 quod paulo ante dixeras, Etsi omnes scandalizati fuerint in te, at non ego? O Iohannes dilectissime Christi discipule, ubi amor ille tuus feruens, ubi ardentissima charitas, qua præ cæteris te illustrauit dominus? Quid ita reiecta etiam sindone (ita enim Gregorius & Beda sentiunt) au-
Gregorius. Beda. fugisti, immemor iam tuæ fratrisque tui nimium temeratiæ præsumptionis, quando dicebatis Christo, posMatth.20 se & uos bibere calicem, quem bibiturus ille erat? O Simon Thaddæe & Iacobe, obliuiosos uos omnis q; iam cognationis oblitos, qua coniuncti eratis domino, cum tamen constet multos gentiliũ propter unum amicitiæ uinculum secum aliis periculo & discrimini mortis subiecisse. Vbi uirilis ille animus, animosus q; tuus conatus ô Thoma, qui ascendente domino Hierosolymam, cæteris
Johan.17 apostolis dixisti, Ascendamus & nos, atque moriamur cum illo?

¶ Vbi nobilis illa mens Bartholomæe tua? ubi insignis & splendida nobilitatis uirtus? ubi fortitudo, qua plerique ethnici pro suis mortem opperiere cõstantissime? Quid multa? omnes in uniuersum iam apostoli obliti erãt promissionis suæ, quam fecerant domino prædicenti eis, ꝙ hac nocte oẽs ipsum essent abnegaturi; & tunc quidem audientes hoc, mortem omnes ei promittebant pro illo communem: sed iam capto domino, soluta fide, oẽs fu-
Isaiæ.63 gerunt, ut sic impleretur prophetia quæ dicit: Torcular ego calcaui solus, & nõ est de gentibus uir mecum.

CONSIDERATIO SIVE PARTI-*cula quarta.*

¶ Quid præter hæc omnia uides adhuc anima mea? Mœrorem maximum & triſtiſſimum uideo, inquit illa, dolorem diſcipulorum, quum iam in fugam uerſi eſſent. Immenſam quoque intueor cõpaſſionem uirginis matris, de dira dilectiſſimi filij ſui captiuitate. Nõ eſt quòd cogitet aliquis fugam iſtam diſcipulorum, Chriſto tantum mœſtitiam & dolorem attuliſſe, cui nõ potuit utiq; nõ eẽ moleſtiſſima. Ipſis quoq; apoſtolis triſtis fuit & plena dolore, ſe tam impudenter & ignominioſe à ſuo decedere magiſtro. Quis enim uerbis exprimere queat tantũ iſtum diſcipulorum dolorem, triſtitiam q; tãtam ex tam repentina fuga, adeo ut nullus eorum uel extremum uale dicere potuiſſet optimo & domino & præceptori? nullus ei uerbum dicere ſeu mutire ſaltem audebat, tantum undiq; fuga, alio horſum, iſtorſum alio profugiente. Et ueriſimile eſt, quoſdam illorum, ut Iohannem maxime, ad habitaculum ubi Maria erat, confugiſſe. illiq; ſimul & aliis cohabitantibus quæcunq; acta iam eſſent, denunciaſſe. Iam itaq; anima mea contemplare hic mecum, pulſante ſic ad oſtium ſanctarum matronarum Iohanne & intromiſſo, quomodo interrogauerint eum, quur aufugiſſet, quid ſibi hæc fuga uellet, quid rerum ageretur, quidue ipſe tam triſtis & mœſtus adcurreret. Vere dicebat Maria, filius meus dilectiſſimus captus eſt, in mortem traditus amariſſimam. O me miſeram, ò infelicem, ò calamitoſam matrem, filius mihi chariſſimus uinctus eſt. Ah uideo, uideo inquam iam impletam eſſe propheriam illam, Percuſſus eſt paſtor, diſperguntur oues. Huiuſmodi quædam & id genus ſimilia plura, uix præ lachrymis tamen eloqui potuit mœſtiſſima mater. Quid inter hos plãctus Maria Magdalenae? quid dixerit obſecro Marthae? Iohannes utique uix per gemitus & ſuſpiria enarrare eis cœpit captiuitatem domini, impetum Iudæorum, fratrum ſuorum & condiſcipulorum fugam ignominioſam. Hinc q; lachrymæ, fletus, ululatus & gemitus con- Zacha. 13

sequuti, atque dolentissimæ matris luctus immensus, ut tota domus planctu & mœrore repleretur. Videte hic & cogitate apud uosmetipsos, quotquot amorem uel erga liberos uel coniuges experti estis, cogitate inquam & expendite, quantum tristitiæ, doloris, fletus & suspiriorum mœstissima mater habuerit, quæ chariorem sibi habuit filium suum, quàm ulla unquam mater. neque enim ignara erat, quomodo ipsum concepisset de spiritu sancto, admiranda quædam ipsi denunciante angelo. sciebat quo pacto apparuissent illi uixdum nato angelorum chori. Et breuiter per reuelationem diuinam cognitum habebat, ipsum uerum esse & deum & hominem, quo maiorem ex eius captiuitate dolorem concipiebat. Contemplemur nos quoque omnes, quãtum tristitiæ in hoc habuerit dominus ex unius discipuli per osculum traditione, ex communi aliorum omnium fuga, quum iam solus ipse à Iudæis captiuus abduceretur: unde maximus quoque Mariæ dolor & tristitia emergebat. Oremus itaque communibus uotis & dicamus:

Luce 12.

Pia precatio.

¶O domine IESV CHRISTE, tuæ nos misericordiæ captiuos dedimus, quoniam & tu pro nobis uoluisti ignominiose & cum proditione capi atque ligari. *Suscipe nos in gratiam, nostráque nobis remitte debita. Tuere nos domine à proditoriis mundi osculis, ab omnibus peccatorum uinculis nos libera, & ab horribili inferni carcere, uera mediante pœnitentia & pia huius ignominiosæ captiuitatis recordatiõe.*

Amen.

QVOMODO DOMINVS IESVS AD ANNAM ET Caipham ductus, atq; coram eis illusus sit et accusatus.

ARTICVLVS .III.



Cohors autem & tribunus & miniſtri Iudæorum comprehenderunt Ieſum, & ligauerunt eum,& adduxerunt ad Annam primum. Erat enim ſocer Caiphæ,qui erat pontifex anni illius. Erat autem Caiphas,qui conſilium dederat Iudęis,Quia expedit unum hominem mori pro populo. Petrus uero ſequebatur eum à longe, & alius diſcipulus uſq; intro in atriũ ſummi ſacerdotis.Diſcipulus autem ille erat notus pontifici, & introiuit cum Ieſu in atrium pontificis.Petrus autem ſtabat ad oſtium foris.Exiuit ergo diſcipulus alius qui erat notus pontifici,& dixit oſtiariæ,& introduxit Petrum. Quem cũ uidiſſet ancilla, ait: Nunquid & tu ex diſcipulis es hominis iſtius? At ille dixit: Mulier, non noui illum. Neſcio quid dicis. Stabant autem ſerui & miniſtri ad prunas,quia frigus erat,& calefaciebãt ſe.Erat autem cum eis & Petrus ſtans, & calefaciens ſe,ut uideret finem. Pontifex ergo interrogauit Ieſum de diſcipulis ſuis,& de doctrina eius. Reſpondit ei Ieſus: Ego palã locutus ſum mundo.ego ſemper docui in ſynagoga & in templo, quo omnes Iudæi conueniunt,& in occulto locutus ſum nihil,quid me interrogas? interroga eos qui audierunt quid locutus ſim ipſis.Ecce ĩ ſciũt quid dixerim ego.Hæc autẽ cum dixiſſet, unus

Iohan.xr.

assistens ministrorum dedit alapam Iesu, dicens: Sic respondes pontifici? Respondit Iesus: Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid me cædis? & misit eum Annas ligatum ad Caipham pontificem. Erat autē Simon Petrus in atrio deorsum stans & calefaciens se. Rursus autem cum uidisset & illum alia ancilla, cœpit dicere circunstantibus: Et hic erat cū Iesu Nazareno. Et post pusillū accesserunt qui astabant, & dixerunt Petro: Vere & tu ex illis es, nam & loquela tua te manifestū facit. & iterū negauit cum iuramento, quia non noui hominē. & interuallo facto q̄si horæ unius, dicit ei unus ex seruis pontificis, cognatus eius cuius abscidit Petrus auriculam: Vere & hic cum illo erat, nā & Galilæus est. nō ego te uidi in horto cum illo? Tunc cœpit detestari & anathematizare & iurare, quia nescio hominem quem dicis. Et statim gallus cantauit, & conuersus dominus, respexit Petrum: & recordatus est Petrus uerbi, quod dixerat ei Iesus, quia priusquam gallus cātaret, ter me negabis hodie. & egressus Petrus, fleuit amare. Mane autem facto, concilium inierunt omnes principes sacerdotum, & seniores populi aduersus Iesum cōuenerūt & consiliū fecerūt: q̄q̄rebāt aduersus Iesum testimoniū, ut eū morti traderēt: nec inueniebāt, q̄uis multi falsi testes accesserūt aduersus eū, & cōueniētia testimo

nia non erant. Nouissime uero uenerunt duo falsi testes, & dixerunt: Quoniam nos audiuimus eum dicentem, possum destruere templum hoc manufactum, & post triduum aliud non manufactū reædificare. Exurgens autem summus sacerdos, interrogauit Iesum, dicens: Nihil respondes ad ea quæ isti aduersus te testificantur? Iesus autē tacebat. Rursum summus sacerdos interrogat eum, & dixit ei: Adiuro te per deum uiuum, ut dicas nobis si tu es Christus filius dei benedicti. Dicit illi Iesus: Tu dixisti. Et ait illis: Si uobis dixero, non credetis mihi: si autem & interroga uero, non respondebitis mihi, neque dimittetis. Veruntamen dico uobis, amodo uidebitis filium hominis sedentem à dextris uirtutis dei, & uenientē in nubibus cæli. Tunc princeps sacerdotum scidit uestimenta sua, dicens: Blasphemauit. quid adhuc desideramus testimonium? Ecce nunc audistis blasphemiā de ore eius. Quid uobis uidetur? At illi respondentes, dixerūt: Reus est mortis. Tunc expuerunt in faciem eius, & qui tenebant eum, illudebant ei: & cooperuerunt faciem eius, & colaphis cædebant eum. Alij autem palmas in faciem eius dederunt, dicētes: Prophetiza nobis Christe, quis ē qui te percussit? & alia multa blasphemantes dicebant in eum.

ENARRATIO ARTICVLI *huius tertij.*

¶ Porro iam anima mea pie contemplatiõnis tuæ pedem in tertium hũc spiritualem gradum colloca, & quid hic quoq; uideas edissere. Oh quid uideo? & uix præ tremore uidere queo. Ah non omnes hinc creaturas exhorrescere? non omnia omnium hominum pectora scindi? Quum deus & dominus noster IESVS CHRISTVS propter peccata hominum captiuus & uinctus ab ipso iã usque monte Oliueti ad ædes Annę ducitur, hinc inde truditur, cæditur, trahitur, ipseq; interim mitis adeo & mãsuetus ista perfert omnia: cumq; toties antea ex eorum elapsus fuisset manibus, si quando uel lapidibus obruere, uel ex monte dare præcipitem ipsum uolebant, nunc uero eum quem tam diu optârunt, pertrahunt, lacerant, inclamitant, Iám ne nobis contigisti? nunc in manibus es nostris? tu ille es quem quærebamus? Huiusmodi clamoribus ipsum deducentes, per torrentem Cedron pertrahebant, usque ad ædes Annæ, ita ut iam hic dicere poterat dominus illud cum Dauide, Ex omni parte me angustiæ premunt. fuitq; adeo ductus hic primus, quo illusus est dominus in passione sua. Nouies enim mitissimus ille dominus hinc inde ductus est, primo ad Annã, secundo ad Caipham, tertio ad Pilatum, quarto ad Herodem, quinto rursus ad Pilatum, sexto in prætorium, septimo ex prætorio in locum iudicij, octauo ex iudicij loco iterum in prætorium, nono ex prætorio in caluariæ locum. Hinc illa pia quorundam & religiosa consuetudo, qui hodie templa nouem inuisunt, in singulis orantes quinquies orationẽ dominicam & symbolum apostolorum, in honorem passionis dominicæ & quinque uulnerum CHRISTI. Alij septem tantummodo templa uisitant, eo quòd in prætorium & ad Pilatum bis ductus est dominus. Amen.

Johan. 8
Luc. 4
1. Para. 21.

PARTICVLA SEV CONSIderatio secunda

¶ Quid amplius uides anima mea obsecro? Sisti uideo mitissimum dominum IESVM CHRISTVM simul & adcusari coram Anna pontifice. Oh cæli terræq; do-

minum, uiuorum ac mortuorum iudicem, turpiter adeo & ignominiose coram põtifice iudicari. Quia enim Caiphæ socer erat Annas, primum ad istum duxerunt Christum Iudæi, ut sic plus & autoritatis & fidei res habere uideretur, si coram seniore etiam pontifice causa excidisset. Quid quòd ij duo contra legis decretum coemerant hoc modo pontificatũ, ut uicissim ex altero alter annuum obtinerer pontificatum? Verum qualesquales erant pontifices, talia eorum iura: quales domini, tale ipsorum erat famulitiũ. Neque deum amabant, & temporalia tantũ bona requirebant, iustitiæ & æquitatis rationem nullam habebant. Et tamen ijs quoque dominus sapientissimus ita omnino prudenter, ut contra ne mutire quidem poterant, respondere dignatus est, dicens palàm se prædicasse, iudicium illius & æstimationem aduersarijs quoque se relinquere, ut ipsi dicerent quid loquutus fuerit. Tanta erat Christi, tum uitæ inculpatæ, tum saluberrimæ doctrinæ iustitia. Cæterum ut nunc quoque palpationes, assentatiões in aulis principum plurimæ sunt, ita iam olim fuit apud Annam quoque, cui seruus bene placere studens, heu heu turpiter se perdidit. manus enim inijciens CHRISTO ipse, misere in manus incidit dei, alapam cum dedit Christo uehementẽ adeo, ut membra illius omnia, omnia uiscera commouerentur, sanguis ipse quoque iam prosiliret plurimus: cicatricem malę illius infligeret ingentem, quæ nunc etiam Romæ subobscurior in Veronica cernitur, ubi sudario faciem suam impressit dominus. O admirandam diuinę ultionis patientiam, ò stupendum dei iudicium. Non ipsum ad scelus tantum è cælo demissum fuisse ignem, qui scelestum hunc uno hiatu absorpserit? Non tellurem imam quoq; dehiscentem ualida uoragine scelus istud absumpsisse? ò sceleratum seruum, ò uile & sordidum mancipium, summam illam & altissimam dei sapientiam præsumit nimis confidenter docere, quid respondeat pontifici, quod ipsum sane dolorem hunc Christo magis exacerbauit.

Alapa.

¶ Neq; desunt ex doctoribus, qui dicãt seruũ hũc ipsum fuisse Malchũ, cui paulo ante auriculam rescissam sanauc

rat dominus, quæ summa fuit & extrema desperati hominis ingratitudo. Sed huic quoq; CHRISTVS responsionem dedit mitissimam, nobis uel maxime in eruditionem & instructionem, ut sic nos etiam proximos nostros humaniter & placide corripiamus. Dixit enim: *Si male loquutus sum, testimonium prębe de malo: sin bene locutus sum, cur me cædis?* Tam rationabiliter, tã prudenter & nihil minus quàm concitate, iam maxime Iesus innocentiam suam defendebat. Verũ uesanus & malignus pontifex, uidens & scelerati serui summam malitiam, & sanctissimam Christi innocentiam, tamen conuiuet, tamen ad hæc omnia magis mutus quàm piscis, tacet. Væ illis, qui innocentes adeo uiolenter opprimi sinunt, quàm frigide, quamq; male habebunt in nouissimo die, rationem suæ impietatis reddituri? Chrysost.

CONSIDERATIO III.

¶ Adhuc in eodẽ stans gradu, uideo quantũ doloris concipiat Christus ex dilectissimi discipuli tum fuga, tũ abnegatione. Ille enim in maxima miseria cõstitutus, adhuc tamen Petri recordatur, inter manus tenentium & illudentium sibi Iudæorum, magis, quàm de se, super illo cõtristatus, quòd ad unius ancillæ non malo etiam adfectu, sed ex compassione interrogantis uocem, magistrum & dñm suum abnegârit. Ah discipulus ille dominũ iam suũ negat, qui antea interroganti ei, quẽ nã ipsi dicerent esse filium hominis, responderat, Tu es CHRISTVS filius dei uiui. discipulus ille, cui dominus claues promiserat regni cælorum: discipulus ille, cui dixerat dominus, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Ille inquam discipulus, qui paulo ante receperat dño se cum ipso & in carceres & in mortem iturũ, nunc eũ pernegat se nosse, & deierat quoq;, semetipsum diris deuouet: neq; semel contentus est hoc facere, nisi insuper repetat terrio. Quæ omnia nõ parũ doloris Christo attulerũt. unde inter arma passionis dñicæ gallus depingi solet, negationem hãc Petri designãs. Et tamẽ sic quoq; Petrum respexit dominus oculis misericordiæ suæ, quamobrem & ipse, cõtritus, exiuit atriũ & fleuit amare. neq; tũc tm̃, sed Matth. 16 Matth. 26

etiam deinceps per omnem uitam suam, audito sub id tẽ poris gallo, fleuit acerbissime, usque adeo ut (si modo sua manet historijs & sacris lectionibus fides) foraminulentæ illi factæ sint buccæ, ex continuo isto lachrymarum ef fluxu attritæ. Et quamuis Hieronymo & Augustino nõ constat, an ter in atrio Annæ Petrus negârit dominum, aut negatio tertia factá ne demum sit in atrio Caiphæ: tamen quicquid id est, constat utique eas certo factas esse, & quidem tres singulas. Verum hinc quid colligis anima mea, quando constat omnia quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam esse conscripta? Ne quis, inquit, nimium præsumat, ne sibi uiribúsque suis plus æquo tribuat, ne forte & ipse cum Petro cadat. Audierat quidem Petrus sibi dictum à CHRISTO, quoniam ea nocte ter ip̃um negaturus esset: uerum nimium sibi confidit ille, plus sibi tribuens quàm ueritati diuinæ. Nemo de se nimium præsumat, quin potius etiam qui stat, uideat ne cadat: quia humilitas est, quæ omnia quantumuis ardua uincit & exuperat. Et quis credidisset latronem præuenire in cælo, nõ dico Iudam, sed omnes apostolos, ipsumq; adeo apostolorum principem Petrum?

Hierony. Augustin. Roma. 15. 1. Corin. 10 Beda.

¶ Eodem porro hoc suo lapsu futurus ille totius ecclesiæ pontifex Petrus erudiebatur, quõ & ipse cõpati deberet peccatoribus cæteris, si quando cõuersionem pararẽt, neq; eos statim cõtemnere. Insuper nos quoq; hic docemur, quotiescunq; abnegauerimus dominum per peccatum mortale, audito gallo, hoc est, prædicatore, pœnitẽtiam agere, flere cum Petro quàm amarissime, eo quòd peccatum nullum sit tam magnum, quod non possimus pœnitentia, lachrymarumq; fonte delere. Sic fit, ut cum flente Petro conseruemur, qui poteramus cum desperãte Iuda damnari. Quisquis igitur est pctõr, nõ peccatum tantum inspiciat Petri, sed pœnitentiam quoq; attendat, quã habuit & displicentiam de peccato.

Augustin. Chrysost. Augustin.

CONSIDERATIO QVARTA.

¶ Quid insuper in hoc gradu conspicis anima mea? Christum dominum ualidissimo impetu duci uideo ad pontifi

cem Caipham, ibiq; uarijs modis rideri, eludi & impie pla ne tractari, Iudæos omnes cõcurrere & conuenire uideo in senatum aduersus Christum, testes iniquos parari intu eor. Dicũt autem doctores, paulo post medium noctis dominum ab Anna in ædes Caiphæ esse deductum. ibi tota cum eo nox transacta est illusionibus, ludibrijs, conuitijs, cõtumelijs & blasphemijs. Mane facto, clamore maximo rursus irruerunt in dominum, ipsumq; sine omni miseri cordia protraxerunt, huc illuc detruserũt, barbam capillosq; euulserunt, rapientes ad pontificem.

¶ Conuenerunt itaq; seniores populi & sacerdotes, atq; ex summa inuidia parem conceperunt lætitiã, maximũq; gaudium, uidẽtes captum se iam habere Christum, quem tam diu quæsierant, ita ardentes feruentesq; ipsos reddebat odij amaritudo. Vocatur Christus, sistitur pro concilio. ubi mirum dictu est, neminem adeo fuisse qui ipsum uel adiuuisset, uel consolatus esset, uel misericordia sui commotus fuisset. Tantum ardebant omnes audire proferreq; aduersus eum testimonia, ut impleretur illud psalmi: Oẽs inimici mei cogitauerunt aduersum me mala, Psalm. 40
uerba iniqua proposuerũt aduersum me. Ad extremũ denicq; hoĩes duos simĩles sui, malos & mẽdaes inuenerũt. nec q̃ eñ quærebãt testes synceros, qui propter iustitiã, q̃d uerum esset eloquerentur, sed fucum tantum & prætextũm testimonij inquirebant. Et adhuc tamen quicquid id erat testimonij, conueniens non erat: quoniam iniquissimi testes non uerba tantum, sed & intellectum & sententiam eorum quæ Christus dixerat, immutauerunt. Verba quidem, quia CHRISTVS dixerat, Soluite: ipsi loco illius subijciebant, possum destruere. CHRISTVS dixerat, Et ego resuscitabo: isti dicebant, reædificabo. Insup quoq;, quod Christus non dixerat, addiderunt manufactum. Augustin.

¶ Intellectũ uero uerborum quoq; immutauerunt, quia loquebantur de materiali isto templo Salomonis, cum ipse interim id totum dixerat de tẽplo corporis sui, quod ille tertia die resuscitaturus erat in resurrectione. Omnis autẽ hæc sententia, totusq; adeo ille adfectus in eis erat deprauatus, quoniam eo ipso testimonio sanguinem cupiebant innocentem effundi: atque ideo nec conueniens

extitit, neque uim aliquam habuit, eo quòd falsum erat & confictum. Ideo CHRISTVS quoque respondere ad hæc nihil uoluit, sed patientiam suam manifestans, nos docuit tacere potius debere, quàm sine commodo defendere & purgare. Caiphas autem interrogauit Iesum ex malitia, ut sic ex illius responsione aliquam calumniam inueniret. Et ecce quanto Iesus tacebat, tanto magis impius pontifex furore succensus ac superatus, eum ad respondendum prouocat, ut ex qualibet occasione sermonis locum inueniat accusandi. Exurgens in medium, adiurat in super Christum, ut ediceret coram omnibus an ipse esset Christus. Verum ille dans honorem deo, respondet cum ueritate, aduentum suum ad iudicium illi prædicens, quo iudicaturus tunc esset, sicuti nunc ab ipsis iniuste iudicio sistebatur.

Rabanus.

¶ Ibi statim Caiphas ex more Iudæorũ uestimenta sua scidit, sibi audire uisus ex Christo blasphemiam. Qua in re sanctior erat Iudæorum consuetudo, quàm ea quæ est inter nos Christianos, qui audimus quotidie blasphemias dei undiq;, nec aliquod tamen meditamur & paramus remedium. Quamuis idipsum quoque Caiphas adfectu bono non fecit, sed eo maxime, ut sic ueluti sententia sua blasphemum declaratum dominum, in maiorem raperet inuidiam Iudæorum, ipsiq; illum deinceps adhuc tractarent indignius. Neque eum fefellit spes sua, cœptũ est enim deinde adclamari fortius. clamoribusq; replebantur atria tota, & ipsi iam parietes resonabant ex boatu clamantium: Reus est mortis. Non parum cuique etiam sonti, & qui mortem malefactis demeruerit, doloris concitatur, cum audit se reum mortis pronunciari, damnari, conclamari undique. Quid putas tristitiæ hinc sibi conceperit CHRISTVS, qui & innocentissimus erat, & causam mortis (uel Pilati quoque iudicio) nullam habebat? qui solo ducebatur amore erga genus humanum, ad tam dura subeunda supplicia. O siniſtrum, ò corruptũ, ò iniustissimum iudicium: iudex iniquus, adcusatores iniusti, testes mẽdaces, adsessores improbi: & ij omnes Christi erant aduersarij.

Gerson.

CONSIDERATIO QVINTA
& articuli huius ultima.

¶ Nunquid amplius anima mea uides in hoc gradu? Videō, inquit, Christum à Iudæis huc illuc rapi impudēter, impie tractari, crinibus lacerari, alapis cædi, conspui, turpiter omnia: tantisq; clamoribus, ut posset impetū hunc exaudire tenerrima uirgo, eademq; sanctissima mater Maria: quæ quantum doloris conceperit obsecro, audiēs alapas & uerbera dilectissimi filij, clamores quoq; tumultuantium Iudæorum. Quid autem turpius, quid ignominiosius quàm expui in faciem speciosissimam, in quam desiderant angeli prospicere, quæ plena est gratiarum & desiderata cunctis gentibus? Alius in hoc impetu ipsi uellebat barbam, alius comam diripiebat, alius fricabat faciē, trudebat alius aliò, pugnis cædebant omnes, conculcabant pedibus, in ipsum irruebant impetuosissime: & quasi uenatores inuenta fera, sic uiolentia & furore ferebantur: uelut canes uenatici capta præda, in iram efferuescebant. sicque impletum est, quod prædictum erat per prophetam: Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas uellentibus, faciem meam non auerti à percutientibus me, & conspuentibus in me. Impleta sunt etiam uerba illa Iob, Exprobrantes percusserunt maxillam meam, satiati sunt pœnis meis. O insignem Iudæorum uesaniam, quibus satis non erat supplicium tantum, quod Christo infligebant, nisi insuper illi illuderent uocabulo prophetiæ, ut sic eis prædiceret, quis ipsum percussisset, contemnentes per hoc diuinam sapientiam, interrogant: Dic nobis Christe, quis est qui te percussit? Nunc demum scitis peruersissimi Iudæi scisse ipsum omnia? scitis inquam? uerum confiet, ut ne id scieritis impune, quin potius ideo ab ipso iusto iudicio condemnati in gehennam ignis detrudemini. Scitis ecce iam, illum facilime potuisse quod quærebatis uobis dicere. Verū pessimo iudex, pessimis quoq;, imò perditissimis, seruis Christū tradiderat, adeo ut eorū q̄ q̄ que pœnas maiores grauioraq; supplicia inferre Christo poterat, eo uolebat eē & haberi honoratior, cęteris q; lōge

Bernar.

Chrysost.

Isaiæ. 53.

Iob. 16.

præstantior. Atq; ideo sine omni commiseratione impie tractabant filium dei, non parcentes quicquam, quo minus ad huberrimam sanguinis profusionem illũ cæderẽt.

Chrysost. Quàm autem repente poterant creaturæ omnes ulcisci conditorem suum, nisi id peculiariter præcauisset deus? Quoties enim tum elementa, tum cæli uindicârunt contumelias & iniurias seruorum dei? Aut nonne adaperta

Nume. 16 eximo hiatu terra, deuorauit Dathan & Abiron? Non &

Exodi. 14 Pharaonem cum uniuerso exercitu suo dimersum in mari rubro legimus? Nonne infectus aer multa hominũ mil-

2. Reg. 4 lia peremit, sicut in historia Regum legitur? Nõne ignis Chore perdidit cum omnibus suis, quòd Moysi aduersati erant? Quoties cælum afflixit peccatores iam grandine, aliâs fulmine, nunc fulgoribus, nunc æstu, siccitate interdum? Et quis dubitat hic elementa quoq; non permisisse, ut hæc impune licerent Iudæis, nisi id ita uoluisset deus? Imo angeli interfeciſſent eos, sicut occiderunt multa hominum millia de castris & exercitu Sennacherib.

2. Para. 32. Hierony. O igitur immensam dei, in summa hominum malitia & impietate, patientiam.

¶ Quur autem sereniſſimam Christi faciem uelârunt Iudæi? quoniã, ut inquit Hieronymus, tã amabilis fulgor egrediebatur ex oculis Christi, q; aspicientes in eum, conceptam malitiam, quam in animo habebant, non potuerunt ad libitum perficere: undę eum uelauerũt, ne inspicerent oculos eius, indigniſſimi, qui uiderent faciem, quã angeli desiderant aspicere: quam omnes omnibus retro seculis, tum patriarchæ, tum prophetæ, maximo ardore

Psalm 79 cupiebant semper intueri, gemitibus assiduis, continuis suspiriis perentes & clamantes: Ostende nobis faciem tuã, & salui erimus. Qui sedes sup Cherubim, manifestare, faciem tuam ostende nobis.

¶ Hanc isti perfidi & iniquiſſimi, ne uiderent, uelârunt. Et quamuis plerique omnes Christiani peccata hæc Iudæorum abominantur, ipsi tamen similia non desinunt cõmittere: cuiusmodi sunt qui ore Christum confitentur, factis negant. ij sane alapis cædunt Christũ. similiter qui ex proposito in uoluptatibus & uanis turpibusq; cogitationibus perseuerant, conscientiam suam prauis uolupta-

tibus polluunt, in faciem Christi cõspuunt. In faciem cædunt dominum, quotquot blasphemant & iurant, quia iuramentum ad diuinitatem Christi usq; pertingit. Gregor.

¶ Qui clam peccant, aliis interim hominibus bonĩ cupientes uideri, quid aliud faciunt, quàm quod faciẽ Christi uelant? quamuis & idipsum aliquanto melius est, aperte omnibusq; manifeste peccare, propter offendiculum aliorum.

¶ Nos itaq; iam tandem hunc etiã ab Anna ad Caiphã ductum domini, adcusationem tantam, tam falsa testimonia aduersus illum adducta, impias adeo illusiones & calumnias meditantes, gratias agamus ei pro tot tantisq; beneficiis, pro tam diris supplicijs, & clamantes sic oremus:

¶ O domine Iesu Christe, qui ob redemptionem generis humani iudicib⁹ præsentari, inique adcusari, illudi quoq; uoluisti & conspui, da ut nunq̃ ab hostibus seducamur, sed custodi nos ab omni adcusatione mala, ut sic læti & alacres appareamus coram te iustissimo iudice per temetipsum deus, qui es benedictus in secula seculorum. Amen. Precatio.

QVIBVS MODIS IESVS CHRISTVS CORAM *Pilato & Herode adcusatus, flagellatus, coronatus quoq; sit & illusus.*

ARTICVLVS QVARTVS.



TEXTVS EVANGELISTA rum.

Surrexit autẽ omnis illa multitudo populi, & seniores & principes sacerdotum adducunt Iesum ligatum in prætorium, & tradiderunt Pontio Pilato præsidi. Ipsi uero non introierũt præ

torium, ut non contaminarẽtur, sed ut manducarent pascha. Tunc uidẽs Iudas qui eum tradidit, quod damnatus esset, pœnitẽtia ductus, retulit triginta argẽteos principibus sacerdotum & senioribus, dicẽs: Peccaui tradens sanguinem iustum. At illi dixerũt: Quid ad nos? tu uideris. Et proiectis argenteis in templo, recessit: & abiens, laqueo se suspendit. Principes autem sacerdotum, acceptis argenteis, dixerunt: Non licet eos mittere in corbonam, quia precium sanguinis est. Consilio autem inito, emerũt ex illis agrũ figuli in sepultutam peregrinorũ. Propter hoc uocatus est ager ille, Acheldemach, hoc ẽ, ager sanguinis, usq; in hodiernum diem. Tunc impletum est, quod dictum est per Ieremiam prophetam, dicentem: Et acceperũt triginta argenteos precium appreciati, quem appreciauerũt à filijs Israel: & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi dominus. Pilatus ergo exiuit ad eos foras, & dixit: Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc? Responderunt & dixerunt: Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. hũc inuenimus subuertentem gẽtem nostram, & prohibentem dare tributa Cæsari, & dicentem se Christum regem esse. Dixit ergo Pilatus: Accipite eum uos, & secundum legem uestram iudicate eum. Dixerunt ergo Iudæi: Nobis non licet interficere quenquã. Introiuit ergo iterum in prætorium Pilatus, & uoca-

uit Iesum, & dixit ei: Tu es rex Iudæorũ? Respõ dit Iesus: Tu dixisti. Et cum hoc dixisset, exiuit ad Iudæos, & dixit ad principes sacerdotum & turbas: Nihil inuenio causæ in hoc homine. At illi inualescebant, dicentes: Commouit populũ, docens per uniuersam Iudæam, incipiens à Galilæa usq; huc. Pilatus autem audiens Galilęam, interrogauit si homo Galilæus esset. Et ut cognouit quod de Herodis potestate esset, remisit eũ ad Herodem, qui & ipse Hierosolymis erat illis diebus. Herodes autem uiso IESV gauisus est ualde. erat enim cupiẽs ex multo tempore uidere eum, eo quod audiret multa de eo, & sperabat signum aliquod uidere ab eo fieri. Interrogabat autẽ eum multis sermonibus. At ipse illi nihil respondebat. Stabant autem principes sacerdotum & scribæ constanter accusantes eũ. Spreuit autem illum Herodes cũ toto exercitu suo, illusitq; indutum ueste alba, & remisit ad Pilatũ. Et facti sunt amici, Herodes & Pilatus in ipsa die. nam ante inimici erant adinuicem. Pilatus autẽ, cõuocatis principibus, sacerdotum & magistratibus & plebe, dixit ad illos: Obtulistis mihi hominem hunc quasi subuertentem populum, & ecce ego coram uobis interrogans, nullam causam inuenio in homine isto ex his, in quibus eũ accusatis. sed neq; Herodes. Nam remisi uos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum est ei. Ingressus ergo in prætorium, dixit ad Iesum: Tu

es rex Iudęorũ? Repõdit Ieſus: A temetipſo hoc dicis? an alĩ dixerunt tibi de me? Reſpondit Pilatus: Nunquid ego Iudæus ſum? Gẽs tua & põtifices tui tradiderũt te mihi, quid feciſti? Reſpõdit Ieſus: Regnum meum non eſt de hoc mundo. Si ex hoc mundo eſſet regnum meum, miniſtri mei utique decertarent, ut non traderer Iudæis. Nunc autem regnum meum non eſt hinc. Dixit itaq; ei Pilatus: Ergo rex es tu? Reſpondit Ieſus: Tu dicis quia rex ſum ego. Ego in hoc natus ſum, & ad hoc ueni in mundum, ut teſtimonium perhibeam ueritati. omnis qui eſt ex ueritate, audit uocem meã. Dicit ei Pilatus: Quid ẽ ueritas? Per diem autem ſolennem conſueuerat præſes populo dimittere unum uinctum, quem uoluiſſent. Habebat autem tunc unum uinctum inſignem, qui dicebatur Barabbas. Congregatis ergo illis, dixit Pilatus: Eſt autem conſuetudo uobis, ut unum dimittam in paſcha. quẽ uultis dimittam uobis? Barabbam an Ieſum qui dicitur Chriſtus? Sciebat enim q̃ per inuidiam tradidiſſent eum. Principes autem ſacerdotũ & ſeniores perſuaſerũt populis ut peterent Barabbam, Ieſum ueroperderent. Reſpondens autem præſes, ait illis: Quẽ uultis uobis de duobus dimitti? At illi dixerũt, Barabbã. Erat autem Barabbas latro, qui erat propter ſeditionem quandam factam in ciuitate & homicidium, miſſus in carcerem. Dicit illis Pilatus. Quid igitur faciam

de Iesu qui dicitur Christus? Dicũt omnes: Crucifigatur. Ait illis præses: Quid mali fecit? Remendatum ergo illum dimittam. Tunc apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit. & milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti eius. & ueste purpurea circundederunt eum, & uenie bant ad eum, & dicebant, Aue rex Iudæorum. Exiuit ergo Pilatus foras, & dicit eis: Ecce addu co eum foras, ut cognoscatis quia nullã inuenio in eo causam. Exiuit ergo Iesus, portans coroam spineam & purpureum uestimentũ. Et dicit eis: Ecce homo. Cum ergo uidissent eum pontifices & ministri, clamabant: Tolle tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Accipite eum uos, & crucifigite. ego enim non inuenio in eo causam. Respondерunt ei Iudæi: Nos legem habemus, & secundum legẽ debet mori, quia filium dei se fecit. Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit. Et ingressus est prętorium, & dicit ad Iesum: Vnde es tu? Iesus autem respõsum nõ dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus: Mihi nõ loqueris? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te? Respõdit Iesus: Non haberes potestatem aduersum me ullam, nisi tibi datum esset desuper. Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Iudæi autem clamabant, dicentes: Si hunc dimittis, nõ es amicus Cæsaris. Pilatus autẽ cũ audisset hos sermo-

nes, adduxit Iesum foras, & sedit pro tribunali, in loco qui dicitur lithostratos, hebraice aūt gabatha. Erat aūt parasceue paschę, hora q̄si sexta Et dicit Iudæis: Ecce rex uester. Illi āt clamabāt: Tolle tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Regē uestrum crucifigā? Respōderunt pontifices: Nō habemus regem nisi Cæsarem. Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum uxor eius, dicēs: Nihil tibi & iusto illi. multa enim passa sum hodie per uisum propter eum. Et accusabant eum summi sacerdotes in multis. Iesus autē nihil respondit. Tunc ei dicit Pilatus: Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? Et non respondit ei uerbū ullum. Videns ergo qa nihil proficeret, sed magis tumultus fieret in populo, accepta aqua, lauit manus coram populo, dicens: Innocens ego sum à sanguine iusti huius, uos uideritis. Et respōdēs uniuersus populus, dixit: Sāguis eius super nos, & super filios nostros. Dimisit ergo Pilatus Barabbā eis. Iesum autē crucifigendum tradidit secundum uolūtatem eorum.

EXPOSITIO ARTICVLI *huius quarti.*

CONSIDERATIO PRIMA.

¶Quid ita te torques animula mea? cur adeo turbaris? quid uero es tristis? cur mœrore tanto solicitaris? aut quid uides in quartum gradum iam piæ meditationis euecta? Non, inquit, contremiscerem, non horrerem, aut non uires mihi meæ omnes deficerent, cum uideam dominum & creatorem meum, coram omni populo clara luce impie adeo & impudenter maximis clamoribus ad prætorium Pilati pertrahi? Tota enim tunc gens Iudæorũ ex omnibus tum regionibus tum ciuitatibus congregata ad erat Hierosolymis, propter imminentem paschalem festiuitatem: fiebatq; circunductio illa Christi coram omnibus publice per uicos & plateas, comitantibus etiam dominum summis sacerdotibus, pontificibus & scribis. Tũc quàm turbatum fuisse putas cor uirginis matris, quæ & ipsa dominum suum & dulcissimum filium, omnibus despectum, sequebatur, cum iamiam cruci tradendus & adfigendus esset? O dolorem, ò luctum, ò planctum uirginis, cum uideret filium suum spretum ab omnibus, consputũ, ligatum hinc inde trahi & trudi. O turbatum pectus Mariæ, cum uideret Iudam quoque commissi sceleris pudore & pœnitentia tangi.

¶Hic apud se cogitet quilibet Christianus, quòd induratum quoq; Iudæ cor, peruersus ille animus quoq; commotus est. Vidẽs enim iste dominum magistrum'q; suum misere adeo ab omnibus tractari, ad Pilatum ignominio se pertrahi, uidens dolentissimam matrem Mariam tristissimas matronas cæteras, perturbatos discipulos, in se reuersus, pudorem commissi facinoris concepit, sibiipsi iratus, ratusq; est indignum esse se quem terra portaret amplius. Quod si igitur adeo compassus est Christo Iudas, quem paulo ante tradiderat, quid tu peccator miserande facis, quauis petra durior, ipsoq; Iuda· induratus magis? Iudas pœnitentia ductus, pecuniam sanguinis innocentis precium restituit, honorem & gloriam quam Christo ademerat reddidit, peccatum tantum confessus est corã omnibus, dicens: Peccaui, tradens sanguinem iustum. Peccator ecce maximus, utut peccauerat grauiter, quàm prope ta-

men ad uiam salutis peruenit, hoc uno impeditus erro-
re, quòd peccata sua maiora putaret, quàm quæ apud deũ
gratiam & remissionem inuenirent? desperans itaq; cor-
ruit, suáque ruina ualidum posteris omnibus reliquit ex-
emplum spei & diffidentiæ. Vbi mihi consideret bona
magnaq; Christianorum pars, an non & ipsi in quibus-
dam iniquiores longe sint Iuda, dum nec pœnitentiam
agunt de peccatis, nec male parta bona restituunt, nec
peccata plene confitentur, neq; famam nomenq; bonum
proximis reddunt ademptum, tãto magis, imò nimium
de dei præsumentes misericordia, quanto minus de illa
confidit Iudas: cuius desperatio ex inhumano & iniquo
Iudæorum responso ortum habuit, quia eum non recipi Gerson.
ebant benigne. imò postquam peccatum suum & facinus
confessus fuerat, dicebant: Quid ad nos? tu considera fa-
ctum. Quo instruunt ij qui confessionibus audiendis præ-
sunt, ne simplicioribus rigidi nimium sint & duri, sicq;
eos desperare faciant. Quem autem infelicis hominis ex
itum fuisse putatis? aut quomodo sceleri tanto condignũ
respondit præmium? Abiecta pecunia, abijt, & semetipm
laqueo suspendit, atq; ut ait Petrus, crepuit medius, erum Actuũ. 1
pentibus ex eo uisceribus: quoniam indigna erat anima
eius quæ per os egrederetur, quo Christum osculatus fu-
erat. deinde q̃ agrum eo precio cõparârunt Iudæi, nullo
animo bono fecerunt, sed in ignominiam Christi: quam
uis propria ipsorum ab omnibus hic agnoscatur contu-
melia, dum praua eorum mercatio & iniquissima forma
agendi, sic posteritati quoq; & toti mundo innotuit. Ve- Chrysost.
runtamen per hoc impleri oportebat prophetiam, ne q̃
quam à prophetis prædictum, in Christo non satis uidere
tur esse consummatum.

CONSIDERATIO II.

¶Quid insuper uides anima mea? Iniquitatem, inquit,
& malitiam Iudæorum, temere & mendaciter Christum
coram Pilato & Herode adcusantium. Constitutus tunc
Pilatus à Nerone erat præses Hierosolymitanorum.
Vbi principio mirari succurrit insignem Iudæorum stul
titiam nescio dicam magis, an insaniam, dum ædes Pilati

intrare formidant, ueriti ne polluti indigni fierent esus paschalis. (ibi tamen pascha non accipitur pro agno paschali, sed pro pane azymo, quo uescebantur per sex dies. uerba tamen Chrysostomi hic non referimus, quod licet disiunctiue loquatur, nõ tamen abhorret à sententia suorum Græcorum de fermentato.) Stolidissimi domum gẽtilis ingredi metuunt, sanguinem fundere innocentem non timent. Parua & minutissima legis præcepta seruare studebant, magna nihil curabant, sicut eis prædixerat dominus. In quatuor autem rebus dominum accusabant: primum, quoniam malefactor esset, ipsiq; adeo probi & sanctuli forent, ut ultra nihil quærere deberet Pilatus, sed nudis eorum uerbis habere fidem, cum interim & ipse sciret quia per inuidiam tradidissent eum. 2. Deinde dicebãt inuenisse se eũ subuertentẽ gentem. id paruifaciebat Pilatus, qui quia gentilis erat, non curabat, seruasset ne ille legis suæ præscripta an non. 3. Et quod insuper mentiebantur, prohibuisse eum tributa dare Cæsari. Nec hoc ei curæ erat, quoniam non ignorabat seruos suos interfuisse, quando Christus ostenso sibi denario iusserat dari, q̃d dei erat deo, quod Cæsaris Cæsari. 4. Verum postrema accusatio de regno, quod regem se perhiberet esse Iudæorum, ad Pilatum nonnihil pertinere uidebatur: quia hoc modo ut ipse intelligebat Pilatus, si pro rege Iudæorũ se Christus iactasset contra Cæsarem Romanum, & Pilatũ Hierosolymis poterat expellere. Ecce quàm infensi erant principes Iudæorum Christo, qui contemptu & illusione & supplicijs eius tãtopere gaudebant: & ipsum huc illuc pertrahere, q̃ maximo poterant impetu, festinabãt. Adeó ne te o altissima dei sapientia sperni pateris? adeo à uilissimis hominibus contemni? Aut quantum inde tibi Christe doloris, quantum molestiæ prouenit? Tota illa tibi insomnis nox deducta erat. Impetus in te factus fuerat perpetuus: neq; modus, neq; finis aliquis suppliciorum. Quis satis exprimere queat, quàm hic defatigatus, quàm lapsus, quàm exanimatus fueris, quamq; parum abfuerit quo minus defeceris, nisi quicquid in te uiriũ erat hũanarum, diuina sustinuisset omnipotentia? Quæ autem & q̃nta Mariæ quoq; tunc extitit tristitia, cum uideret dilectis

Augustin. Chrysost.

Matth. 23

Matth. 22

simũ filiũ suũ impie adeo tractari, trahiq; adeo huc istuc, illudi ab omnibus & trudi maxima importunitate? Quanta aliarum mulierum, quæ Christum secutæ fuerant, commiseratio? qui dolor, tristitia quanta? Ecce & Herodes petens ex Christo signum uidere, ipsum ludibrio habet. uerum nunc etiam in tormentis experitur, quæ sit potentia illius, quæ signa. Qui quamuis per seipsum non adiudicârit Christum morti, dum tamen eum uestè alia indutum remisit ad Pilatũ, quid aliud fecit, nisi quòd in ipsius mortem consensit? debebat enim dimittere eum poti⁹, quàm ut rursus Pilato præsentaret innocentem. Interrogauit ergo Christum Pilatus an rex esset ipse. Respondens autẽ dominus, dixit regnum suum nõ esse ex hoc mũdo. Quo audito, iam omni cura liberatus erat præses, nec ultro eũ super hoc interrogauit. cui etiam quàm bonum & salutare fuisset, expectasse ex Christo responsum ad illud quod ipse ab eo quæsierat, Quid sit ueritas? Quid putas uero responsurum ei fuisse dominum, nisi illud, Ego sum uia, ueritas & uita? cuius sane responsionis testimonium etiam habiturus fuerat ex ipsis Iudæis, qui ei antea dixerant: Magister, scim⁹ quia uerax es. Quàm uero multi adhuc sunt, qui de ueritate quærunt, nec tamen responsionem ullam audiunt neq; admittunt?

Herodes. Johan. 14. Matth. 22.

¶ Illusio hæc uestis istius Herodianę, in officio missę designatur per albam, sicut reliquus etiam habitus sacerdotis celebraturi, mysteria passionis significat. Casula quidẽ uestem purpureã, qua induerunt Christũ serui præsidis. Stola uero funem, quem collo ipsius iniecerunt. Manipulus funiculos cæteros, quibus ei manus ligauerunt. Zona laqueum, quo alligatus ab ipsis est statuæ, in qua flagellatus est. Amictus, quo caput obumbrat & humeros, pannũ repræsentat, quo ludęi domino illudentes, faciem uelârũt in domo Caiphæ.

Uestitus sacerdotis celebraturi quid significet.

CONSIDERATIO III.

¶ Adhuc circũspicis anima mea? quid igitur uides? Heu heu infelicissimos Iudæos uideo, præ Christo impurissimum hominẽ & nequissimum eligere latronem Barabbã, maximosq; insuper clamores concitare super dominum:

Tolle tolle, crucifige eum. Quid non facit cæca & peruersa hominum malitia? quàm excæcat omnes? Christũm ne scelerato latroni comparari? Aut eò impietatis & furoris insanos peruenisse Iudæos, ut dimisso Barabba, Christum morti adiudicatum damnarent? qui & uitæ autor erat, & eandem omnibus dare uenerat, eum morti traderent? impurissimum latronem dimitterent? O dolentissimæ matris mœrorem & tristitiam, cum audiret filium suum dulcissimum latroni comparatum, præillo cõdemnari: quãdo tamen iste innoxios multos trucidauerat, hic uero inter alia bona multa in eos collata, mortuos quoq; ipsorum resuscitauerat, infirmos sanauerat, cæcis uisum, surdis auditum restituerat. Quibus omnibus beneficijs, ut erant maxima, ita hic nihil omnino pensitatis, isti adhuc nocentissimum latronem seruare & dimitere, Christum uero innocentissimum & uitæ æternæ datorem, uolebãt crucifigi. Quid tu sanctissima uirgo cum Iudæis paulo ,p pius tibi astantibus locuta es, cum Pilatus proclamaret, utrum mallent eligere? nunquid per deum, & quicquid oñino est diuini numinis, eos obsecrasti, ut præ latrone filium tuum seruare cuperent? quod & Ioseph & Nicodemus, & alij quidam, qui in mortem Christi non consenserant, fecisse creduntur. Verum ut alibi, ita hic quoq; potẽtiores & primores Iudæorum clamore suo prævalebant: aliosq; ex uulgo persuadebant, eundem quem ipsi cuperent latronem, dimitti peterent. O mater & regina misericordiæ, quomodo uox hæc aures tuas pertransijt? quàm dolens & mœsta audisti istud, cum Barabbam seruari peterent, & non tuum æterniq; patris filium Iesum Christũ? Quantum doloris animo tuo tibi cõcepisti, audiens istud subinde iterari cordi tuo durissimum uerbum, Crucifige crucifige? Quid autem dum uulgi instabilitatẽ considerabas, & uesani populi inconstantiam summam? q̃ alienus erat hic ululatus eorũ ab illo, quod ante sex dies ipso palmarum die, prosequentes & turmatim dominum comitantes, cum gaudio ei adclamârant: Benedictus qui uenis in nomine dñi, pro quo tunc Crucifige crucifige clamitabant? Maledictus, inquiunt, qui pendet in ligno. Ante sex dies Iesum regem uocabant, deumq; adeo laudabant,

Chrysost.

Deut. 21.

quòd nunc ueniret regnum patris sui Dauid: hodie malefactorem eum appellantes, nullatenus uolebant agnoscere regem, regem se nõ habere nisi Cæsarem clamabãt. Ante sex dies adreptos ex arboribus ramos & uestimenta sua Christo substernebant: hodie & proprias Christo uestes exuerunt, pro ijsdem ludentes & purpuram induentes illi, deriserunt eum, spinas capiti sanctissimo impresserunt. Ante sex dies laudabant eum, ante & retro comitantes ipsum, benedixerunt deum, & quæ fecerat mirabilia magnificârunt: hodie ante & post ipsum cursitantes, illuserunt ei, seductorem populi & blasphemum appellârunt. Vsq; adeo instabiles & inconstantes sunt filij mundi huius, ut iam latronem seruari dimittiq; præ Christo cuperent, qui & nouus & cæteris grauior domino dolor extitit

CONSIDERATIO IIII.

¶ Quid insuper hic intueris anima mea? Ministros, inquit, Pilati uideo CHRISTVM atrociter adeo & immaniter columnæ iniectum adstringere: atque eum tum uirgis, tum flagellis cædere, ut mirum non fuerit, ipsum hic in manibus eorum demortuum, nisi diuina uirtute sufful tus & adiutus esset. O pijssime domine Iesu Christe, oportét ne pati te flagella, ut flagella peccatorum tolleres, q̃ multa sunt? Quàm uero dolore plenissima hæc Christo fuerit flagellatio, en Augustinum uobis testantem & dicentem: Ecce iam dominus aptatur ad uerbera, iacet extensus ante hominem deus: & supplicium patitur rei, in quo nullum peccati uestigium potuit inueniri. primum enim ipsum in terram deiecerunt, deinde laqueis & funibus columnæ ita adligârunt, ut undiq; caro eius sanctissima ultra funes intumesceret: duriter adeo deinde tenerrimum corpus illius uirgis flagrisq; ceciderunt, ut instar riuuli effusissime undiq; promanaret toto corpore sanguis, iamq; caro & cutis tota instar panni sanguine tincti apparebat, neq; erat in illo sanitas à planta pedis usq; ad uerticem. Referunt doctores, dominum cuidam homini pio religiosius passionem eius meditanti reuelasse, q̃ in corpore suo uulnera habuerit quinquies mille, trecenta, se-

Augustin. Psalm. 31

Augustin.

Isaiæ. 53

Ludol. Vulnera Christi quot?

ptuaginta quinq;. Quod si igitur innocentissimus ille, tã-
ta pro peccatis alienis passus est supplicia, quid putatis mi
serrimos peccatores iam apud inferos sustinere pro pro-
prijs? Verum tu quàm totius oblitus eras Pilate æquitatis
& iustitiæ, dum insontem dominum atrociter adeo fla-
gris cædi finis? Cœperas iam causam recte experiri, inno-
centem illum confessus eras, dicens te nullam in eo mor-
tis inuenire causam. Quid ita igitur tibi non constas? cur
flagellari finis nihil cõmeritum? innocẽtem & innoxium
ut quid cædi permittis? Manus abluis, & statim profers
sententiam mortis. Ah quicquid habet oceanus totus aq̃-
Ambro sup Luc. rum, abluere de manibus tuis sanguinem Christi nõ po-
terat, quem condemnasti. Manus lauisti, sed factum non
diluisti. Atqui eo clamoribus te suis adegerunt Iudæi? ne-
que te ex præscripto iustitiæ agere permiserunt? Tuum
erat Pilate, qui iudicis fungebaris officio, non obsequi. Iu
dex enim nec inuidiæ cedere debuit alienæ, nec timori,
ut sanguinem innocentis morti addiceret. Grauius quidẽ
quàm tu, peccatum Iudæi habent, sed tu interim quoque
excusationem nullam mereris. nanq; si tua nulla hic fuis-
set siue potestas, siue autoritas, cur ipsi dixeras Christo,
Nescis quia potestatem habeo occidere & dimittere te?
Multis argumentis insontem deprehensum, cur non li-
berasti? cur non dimisisti?

Testimo-nia innocẽ tię Chri-sti.

¶ Vtiq; innocentiæ suæ & plurimos testes & argumẽ-
ta multa in passione sua habuit Christus. Quoties enim
Pilatus dixerat, Non inuenio in eo causam? Et deinceps
cum lauaret manus, Innocens ego sum à sanguine iusti
huius. Herodes dum illum remisit ad Pilatum, nonne os-
tendit se nihil dignum morte inuenire in ipso? Quid ue-
ro Iudas? nonne & ipse palam innocentem testatus est es
se Christum, cum diceret confitens, Peccaui tradens san-
guinem iustum? Vxor Pilati quoq; idem confessa est, mit-
tens ad maritum & denuncians illi, ne quicquam sibi esset
cum iusto hoc. Præterea centurio dixit post mortem: Ve
re filius dei erat iste. Iatro alter in cruce loquẽs, alteri aie
bat: Nos quidem digna factis recipimus, hic autem quid
fecit? Merito igitur Pilate afflictus es hic temporaliter, &
nunc torqueris in perpetuũ. quamuis enim adfectum ali-

quando habere potueris & cogitare de liberando illo, nō tamen ideo tibi licebat quod malum erat facere: quia ne sic quidem faciendum est malum, ut ex eo bonum proueniat. Roma. 3.

CONSIDERATIO QVINTA.

¶ Quid amplius uides anima mea, in eodem hoc stans gradu pię cōtemplatiōis supplicij amarissimi, q̄d subijt dominus noster Iesus Christus? Furibundos, inquit, uideo Pilati ministros circuncursitare, & in hoc unum elaborare, ut ne aliquod Christo membrum integrum relinquāt, nec ue ullam corporis partem non cruentatam, non sanguine aspicerent madentem. Ecce enim coronam plectūt ex acutissimis spinis, eam capiti illius sanctissimo imponūt, capiti inquam uniuersi mundi, capiti ad quod inclinant se cęlum & terra, atque ne quicquam intentatum relinquāt, ecce ui & uiolentia spinas capiti illius fustibus in hoc correptis & adhibitis imprimūt, unde affatim sanguinis fluenta promanārunt. Nec est quod putes coronam hanc instar serti paruulam fuisse, lata & ampla extitit instar pilei, ita ut totum penè caput undiq; ei ambiendo contegeret. Quilibet Christianus hic expendat, quātum doloris Christus in hac spinarum punctione persenserit, quando uenerandum illius caput acutissimis spinis undiq; perforatum est. Ex ijs spina una sancte adseruata est aliquandiu Rhodi, quę singulis annis eodie quo Christi passionis memoria in ecclesia nostra catholica celebratur, hoc est, hodierno die parasceues, uidente populo florebat, neque diutius, quàm hora illa qua Christus crucifixus creditur. Ita hodie pro miseris peccatorib⁹ Christus rex gloriæ coronatus ē, quæ corona fuit triumphalis istius uictoriæ suæ insigne. Bernar. Picus in theor. de fide principio 1.

¶ Neq; uero sic satiata fuit insanientium impietas ludæorum: arundinem quoq; domino dederunt in benedictas & uenerabiles manus suas, atq; in maiorem contemptum procidentes dixerunt: Aue rex Iudæorum. O te regē egregium, uide regiam istam dignitatem tuam. contemplare insignia regiæ maiestatis tuæ, en coronam, en sceptrum en diadema regium. Ob hanc illusionem Iudæorum,

quando hodie pro uniuerso omnium hominum statu orans ecclesia undiq; genua flectit: ea tamen non flectit, dū pro Iudæis orat. Nouus autem hic quoque Christo dolor subortus est, quando percutientibus Iudæis super coronā spineam cum fustibus & arundinibus, motis sic spinis, renouabantur incussa capiti sanctissimo foramina & punctura. Insuper in faciem expuebant ei, ne quis esset impio furori motus. Ita ne conspui, contemni, illudi, rideri illum decebat, quem laudant angeli, quem adorant dominationes, quem tremunt potestates, quem cæli cælorumq; uirtutes, cherubin quoq; ac seraphin socia exultatione concelebrant, regem gloriæ, filium dei, dominū dominantium? Porro non me præterit, nonnullos doctorū uelle flagellationem hanc factam esse post Christi condemnationem & iudicium: alios, ante eam. uerum quicquid est quod controuertitur, ueri similius utiq; est, utranq; illam factam esse. Alteram hanc priorem, qua Pilatus satis cupiebat facere Iudæis, per modum pœnæ: alteram istam posteriorem, secundum consuetudinem Romanorum, q̄ qui cruci erant adfigendi, prius uirgis cædebantur.

CONSIDERATIO VI.

¶ Quid rursus anima mea horres? quid contremiscis? aut quid uides unde horrorem tantum cōcipis? Vnquám ne, inquit illa, faciem uidistis magis horrendam, aspectū magis miserandum, quàm cum Christum ita cōsputum, coronatum,ueste purpurea indutum foras educeret Pilatus, dicens, Ecce homo, quando iam ex ipso undiq; largissimus manabat sanguis, capilli sanguine madebant, facies tota sputis fœdata erat? En uobis hominem illū, quem quomodo regem appellare potestis? Vidistis unquam uel magis perturbatum, uel dolores maiores passum? Videte hoc triste spectaculum, moueantur saltem uobis uiscera misericordiæ. Videte hominem hunc, neq; enim canis est ille, quem tamen crudelius cane tractatis. Si regem odio haberis, nunc saltem ei parcite, dum contemptum & spretum ab omnibus cernitis, flagellatum quoque, spinis coronatum, ueste purpurea indutum & alapis cæsum.

Recordare homo, quanta pro te passus est dominus, semper animo tuo fixum permaneat illud, ECCE HOMO. Ecce inquam, qualia & quanta pro te sustinuit opprobria atq; supplicia. Qui speciosus erat præ filijs hominum, hodie omnium maxime uulneratus est, adeo ut iuxta prophetiam reputari non potuerit. Atq; ideo & Pilatus ait, Ecce homo. quasi dicat, Homo hic est, etiam si figura & specie hominis careat. Quisquis igitur es homo, qui Christiano uere censeri cupis nomine, peccata uide ut uites, propter quæ CHRISTVS tanta passus est supplicia. Sacrificij huius memento, & tu deinceps offer domino deo tuo sacrificium pię precationis, & dic: Omnipotens sempiterne deus, ecce homo qui pro me tantas sustinuit passiones, cõcede propitius, ut pœna illius acerbissima, mihi sit ablutio scelerum, omniumq; peccatorum meorum remissio. Pater cæleſtis, clementissime deus, respice in faciem unigeniti tui dñi nostri Iesu Christi: illoq; pro nobis intercedente mediatore propicio, recipe nos in uera contritione & pœnitentia ad uitam æternam.

Psalm. 44

Isaię. 53

Bernar.

¶ Quantumuis autem grauissima hæc fuerint Christi supplicia, ijs tamen non contenti, neq; dum satiati Iudæi, clamare porro pergebant: Tolle tolle, crucifige eum. Si dimittis hunc, non es amicus Cæsaris. Nos enim regem non habemus nisi Cæsarem. O Iudæorum perfidiam, ò cæcitatem, ò stuporem, ò induratum rabiosorum canum furorem. Ex propriis uerbis animaduertere & debebant & poterant adesse iam tempora Messiæ, impletamq; adeo prophetiam patriarchæ Iacob, cum dixerat: Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec ueniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. Nunquid impleram hanc prophetiam ipsa eorum uerba testabãtur & arguebant, cum dicerent, Regem non habemus nisi Cæsarem? Quod si itaq; illis regem non habentibus, ablatum iam uidebatur ab eis sceptrum, nonne manifestum esse ipsis poterat, uenisse Messiam? Quid hic tu doloris, quantum tristitiæ habuisti dulcissima mater Maria, uidens indigne adeo filium tuum tractari? Sane hic gladius Simeonis animam tuam pertransijt, speciosissimũ ex cunctis filijs hominum, unigenitum tuũ uides hinc inde per-

Genes. 49.

Lucę. 2.

Psalm. 44

trahi, adeo defœdatum sputis, & sanguine cõspersum, ut uix illum agnosceres. Ecce hic cithara tibi tua conuersa ẽ in luctum, & quidem amarissimum, quando cum alijs probis hominibus te comitantibus dicere poteras illud pro-
Isaiæ. 53. pheticum: Non est species ei, neq; decor. Et uidimus eum, & non erat aspectus, uere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Et nos putauimus eũ, quasi leprosum & percussum à deo & humiliatum. Ipse autẽ uulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est, propter scelera nostra.

Qui autem sibi uult quod ad Pilatum misit uxor sua, de-
Augustin. nuncians ei quanta passa esset in somno? Dicunt hic doctores, quod diabolus, qui Iudæis suggerebat ut Christum caperent & occiderent, uidens iam exultationem patrum in limbo, multis q; ex causis suspicatus ipsum esse Messiam uerum, ut qui patiẽter adeo sustineret supplicia, si per uires fraudes q; suas stetisset, modis omnibus passionem Christi impedire conabatur: & sicut quondam per Euam uniuersum genus humanũ in damnationem adduxerat, ita nunc redemptionem illius rursus per mulierem præuertere & impedire cogitabat. Quàm ẏo insani fuerint Iudæi, hinc licet colligere, quod non super se tm̃, sed & sup filios suos omnes ultionẽ ac uindictam iusti sanguinis uenire cupiebant. Atq; adeo ipso iam Pilato cogitante, quomodo se ab innocentis sanguinis effusione eximeret, isti non de-
Chrysost. sinebant clamare: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. O linguam maledicã. Quid mirum homines impurissimi, si sic Christum tractastis, quando & uobis & liberis uestris non pepercistis? Maledictio hæc super Iudæos & filios eorum uenit in excidio Hierosolymitano, neque dum desinet aduersus omnes, qui conuerti nolunt ad
Gene. 4. dominum. Sicut enim sanguis iusti Abel clamauit ad dominum de terra, ita etiã sanctissimus Christi Iesu sanguis adhuc clamat ad deum super istos. sentiũt adhuc maledictionem hanc super se, dum uagantur undiq; profugi super terram, in maximo contemptu degunt, expositi ob-
Augustin. probrio omnium hominum. Refert Augustinus ex hac maledictiõe etiamnum uiros Iudæos pati menstrua, sicut mulieres: neq; aliud habere eius mali remedium, nisi san-

guinem Christianorum, quamobrem toties innocentes paruulos Christianos occiderunt, sicut de Sancto Simone Tridentino constat. Friburgi etiam Brisgoiæ anno domini millesimo quingentesimo tertio, Christianus quidam proprium filium Iudæis uendidit: qui cũ ex illo sanguinem elicuissent, statim mortuus est. Possent hic de fraude, usura, malitia & impietate Iudæorum multa dici, sed aliò differenda sunt, quando periculum est, ne nostri quoque principes grauissime deum offendant, dum adeo fouent Iudæos, ut plura plerunque sint eis, quàm Christianis concessa priuilegia. Sic itaque Pilatus instabilis & iniquus iudex, CHRISTVM quem toties hactenus innocentem confessus erat, morti adiudicauit, qui iudex futurus est uiuorum & mortuorum. Quid agis Pilate? deum, creatorem, iudicémque tuum condemnas? Sed nos iã cruciatus illos supplicia'q; dira, & extremas ignominias quibus adfectus est CHRISTVS, pie meditantes, illi'q; gratias agentes, clamemus toto corde & animo ad ipsum, & dicamus: Benedictus es domine IESV CHRISTE, qui pro salute nostra adcusari, illudi, cõspui, flagellari, & spinis coronari uoluisti: auerte à nobis quæsumus flagella iracundiæ tuæ, ut sic te iudicante coronam gloriæ adipisci mereamur æternæ, Amen.

S. Simon Friburg.

Luc. 23.

Precatio.

QVO PACTO DOMINVS NOSTER IESVS *Christus spretus ab omnibus, ignominiose sub graui sanctissimæ crucis mole ductus, & clauis illi adfixus sit.*

ARTICVLVS V.



CONTEXTVS EVANGELIS.

Et postquam illuserunt ei, exuerunt eũ chla myde: & induebant eum uestimẽtis suis, & duxe runt eum ut crucifigerent eum. & baiulans sibi crucem, exiuit Iesus. Exeuntes autem inuenerũt hominem Cyrenæum, uenientem de uilla, patrẽ Alexandri & Rufi. hunc angariauerunt, & im posuerũt illi crucem portare post Iesum. Seque

batur autem illum multa turba populi & mulierũ, quæ plangebant & lamẽtabantur eũ. Conuersus autem ad illas Iesus, dixit: Filiæ Ierusalẽ, nolite flere super me, sed super uosipsas flete, & super filios uestros. Quoniam ecce uenient dies in quibus dicetis: Beatæ steriles & uentres qui non genuerunt, & ubera quæ nõ lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus, Cadite super nos: & collibus, Operite nos. Et postquam uenerunt in locum qui dicitur Golgatha, dabãt ei bibere myrrhatum uinum aceto mixtum, quod cum gustasset, noluit bibere. Et crucifixerũt eũ, atq; cum eo latrones duos hinc & hinc, mediũ autem Iesum, ut sic impleretur scriptura quæ habebat: Quia cũ iniquis deputatus est. Iesus aũt dicebat: Pater, dimitte illis, nõ em̃ sciũt q̃d faciũt.

EXPOSITIO ARTICVLI V.

PARTICVLA SEV CONSIderatio prima.

¶ Quid uero hic anima mea uides, impositio pede super hunc quintum sanctæ meditatiõis gradum? Video, inquit, & proh dolor, uideo inquam, & miror, nõ oẽs nos dolore deficere & cõtabescere: qm̃ dominus noster Iesus Christ⁹ tanto impetu rapit, trudit, extrahit, sub graui crucis mole mortẽ subiturus amarissimã. O q̃ mœsta fuit hic totius mater misericordiæ, uidens dulcissimũ filiũ sic ad mortẽ pertrahi, cui nec ultimum uale dicere poterat. Quanta duxisti hic suspiria clemẽtissima mater, mater inquã gratiæ & cõsolatiõis, q̃t quãtos q̃ gemitus edidisti? q̃ uero cõtremuisti? Nõne cogitasti? Ah ubi nũc ò Gabriel nunciũ tuũ, qm̃ dixeras, Aue gratia plena? ecce em̃ doloриb⁹ repleor, crucі

orq; misera. Quis autem & filio meo charissimo uel mini mum gratiæ exhibet? quis parcit illi? Quid uero dixisti, dominus tecum? Ecce dominus ille meus & deus, CHRISTVS Iesus mecum non est, sed à Iudæis abducitur iãiam crucifigendus. Et tu itaq; infelix homo, qui tanti supplicij, tã diræ mortis causa es unica, recordare quàm omnino tristissimus aspectus hic fuerit, quamq; luctuosum spectaculum, quando Christus prodibat ex ædibus Pilati, cruce propria onustus, sanguine respersus undiq;, turbis tumultuantium Iudæorum pressus, quorum quo quisq; melior uideri cupiebat, eo plura tum conuitia inferebat, tũ uerbera domino infligebat. Iámque cum de pronunciata certi erant sententia, cædere omnes, trudere, magis quàm antea impie tractare pergebant. Alius clamabat, Sequere, festina, propera, quid cessas? Alius eum cædebat, alius capillis trahebat, alius pedibus conculcabat, alij fustibus, alij pugnis percutiebant, ut quenq; suus agitabat furor. Pars ipsum funibus quibus astrictus erat, ultro citroq; trahebant, ut sic uestibus suis prælongis impeditus subinde casum minaretur & lapsum. Quid hic non fleuerit mater sanctissima? non doluerit, filium suum conspicata sic contemni & sperni ab omnibus, nec quenq; esse qui illi motus misericordia condoleret?

CONSIDERATIO SECVNDA.

¶ Quid insuper hic uides anima mea? Christum iam, inquit, proh dolor uideo sub graui adeo pondere defecisse, atq; humi iacere prostratum, Iudæi autem crucem baiulare cuidã Cyrenæo, nomine Simoni, demandârũt. Quid em̃ mirũ, Christum (cui etiam corpus erat tenerius) ex tãtis supplicijs, uerberibus, plagis iam defecisse, nec amplius potuisse impetum Iudæorum tantum sustinere, qui nisi adiutus fuisset desuper, neq; ijs sufferendis supplicijs, quãuis corpus habuisset robustissimum, suffecisset. Sunt quidã ex doctoribus, qui putãt diuinitatẽ, hic uim uirtutẽq; suã omnem subtraxisse humanitati, ut sic homo Christus debilitatus multum, penè contabuerit, quando & crux ipsa sic magna erat, ut sustineret magnum hominem quemcunq;, & ut tantũ esset à terra subleuatus, quòd nemo pal-

Gerson.

ma pedes suos tangere posset. Quilibet hic hõmõ pius cõ
sideret & contẽpletur dolorem hunc domini immẽsum,
quando uirtute sua animæ simul & corporis omni debi- Lucę.23.
litata, succubuit sub pondere crucis. O quàm perturbata
fuit hic castissima uirgo, quantum mœroris & doloris per
fudit cor illius, quando Iudæi cum Christo stãtes, undiq;
circunspiciebant de aliquo qui crucem ferret, siquidem &
aliâs apud eos mos non erat, ut qui rei erant mortis, ipsi
cruces suas efferrent, quod nũc in peculiarẽ ignominiam
domino fecerũt, cogentes ipsum crucẽ portare ꝓpriam.
Verũ cũ iam deficeret, nec amplius sufferre posset, ueriti
ne moreretur Christus nondũ in crucẽ suffixus, sicq; non
satis suppliciorum pro sua crudelitate illi inferrent, ꝓui-
debãt de adiutore baiulo, quoniam ipsosmet pudebat cru
cem siue patibulum efferre. Hæc dum aguntur, appropin
quantibus sibi mulieribus & flentibus, dominus prædice-
re cœpit excidium urbis: quod ita ut hic prædixerat, cõti-
git anno quadragesimotertio post Christi passionẽ. sub-
sequuta enim sunt mala omnia, fames immanis & miserã- Iosephus
da, adeo ut autore Iosepho, mulier quædam nobilis pro-
prium filium suum tostum igni uoraret, quẽ odorem mi-
lites, qui inciuitate erant, cum sensissent, irruentes in do-
mum illius famelici, putabant eam carne assata uesci. ostẽ
so autem filio proprio, aufugerunt exterriti. Præter eos
autem qui fame & peste perierunt, occisa sunt circiter
undecies centum millia, uenditis insuper plus quã octo-
ginta millibus Iudæorũ, sæpe triginta denario uno, sicut
ipsi denarijs triginta uendiderant Christum. Multi diui-
tum trucidati sunt, eo quòd argentum & aurum propriũ
deuorauerant, ut sic illud resectis eorum corporibus exi
meretur rursꝰ. Durat eorũ afflictio adhuc in hodiernũ diẽ,
dũ ꝓfugi toto orbe exulãt, pulsi eriã ꝓmissiõis terra, quã
plus mille & quingentis annis possederant.

¶ Eodẽ hoc tẽpore Veronica sudariũ q̃q; exhibuit dño,
qui faciẽ suã illi impressit, sicut adhuc cernit Romæ. Por-
ro q̃mõ Simõ Cyrenæus portãdo dñm iuuerit, uariãt do
ctores, aliꝭ putãtibus Christũ priorẽ, posteriorẽ uero cru
cis partem portasse Simonem, quoniã Lucas, dicat Iudæ
os imposuisse crucem Simoni portare eãdem post Iesum;

aliis aũt existimãtibus Simonẽ solũ tulisse crucẽ. unde &q̃d Lucas habet, intelligũt hoc mõ, Christũ prio tulisse crucẽ, post eũ Simonẽ itidẽ solũ eandẽ portasse. Quicqd aũt id ẽ, parum sane refert. sed quòd Simonis filios ambos nomina tim appellat euangelista, Alexandrũ & Rufum, eo pertinet, ꝙ illi discipuli quoq; & sectatores erant Christi.

Hieron.

CONSIDERATIO III.

¶ Adhuc anima mea, te quæso, quid uides? Christum, ait illa, uideo in fœtidissimum & sordidissimum caluariæ locũ adduci, ibidẽ exui & cruci clauis crudeliter adfigi. Qui sane nec minimus illi, neq; leuissimus dolor extitit, dum sic deductus est in putidum & fœtidissimum locum, ubi ossa cadauerum iacebant. neq; enim minus ingratus illi fuãt ossium fœtor, quàm molesta tam contempti loci extrema ignominia. Porro dum alij fossas infigendæ cruci parant, alij cruci foramina clauorum adaptant, quicquid interim cæteri contemptus, probri & ignominiæ inferre poterant domino, curabant sedulo ne quid intermitterent. Et ne ocioſum hic relinquerent dominum, unum ei bibẽ dum porrigunt myrrhatum, aceto mixtum, unde nouus illi dolor, nouaq; ex gustato uino acerbitas oriebatur. Et sine mora irruentes Iudæi, exuunt dominum, neq; simpliciter exuunt, sed maiori tum crudelitate, tum dolore, quãante flagellationem: ex qua compacto iam uestimẽto uulneribus, immensus ei dolor renouatus est, dum uiolenter & impetuose exuitur: & nouis iam quibusdam & maioribus aliis uulneribus factis, dehinc pari impetu in crucem deiectus est, manusq; altera clauo obtuso, ut sic grauior esset dolor, fixa cruci: altera uero, quando iam paratum foramen attingere nõ poterat, funibus sic extensa est, ut uenæ disrumperentur, donec & ipsa ad foramẽ alterum pertingeret. Non aliter itaq; hic extensum est sacratissimum Christi corpus, atq; tympanum tendi solet, & sicut chordę distenduntur: ita omnia Christi membra, nerui omnes, uenæ quoq; & arteriæ, & costæ sine ulla cõmiseratione protensæ, ita ut iam dicere poterat Christus, Impletum utiq; nunc est, quod olim de me prædixerat Dauid, Foderũt manus meas & pedes meos, ossa mea omnia dinumerauerunt.

Psalm. 21

sive dinumerabilia fecerunt. Hac ipsa, inquit Hieronymꝰ, manu sinistra mortem apprehendit, & apprehensam cruci adfixit. ideo per prophetã dicit: Ero mors tua ò mors, ero morsus tuus inferne. Hieron. Oseę. 13

¶ Dubium est hic quibusdam, unó ne an duobus clauis crucifixus sit Christus pedibus, essentq; multa quæ super ea re dici possent. uerum quia non ita multum refert, missa facio omnia.

¶ Refert Ludolphus cuidam homini pio reuelatum esse à Christo, se maiorem pœnam non habuisse, nisi quando sic extensis expansisq; membris, affixus sit in cruce: ubi ipsa etiã eleuatio crucis, multum ei doloris peperit. prius enim (autore Hieronymo) cruci adfixus est dominꝰ, & dehinc tandem erecta illa, in fossam præparatã demissa est eo impetu, ut rursus hic omnia uulnera eius renouarẽtur, cæteraq; clauorum foramina maiora fierent. Dolorẽ istum per se quidem maximum non parum auxit domino, quòd neq; solus, neq; tamẽ cũ bonis crucifixus est, sed cum latronibus pessimis, & horum quidem ille pependit medius, quasi sceleratior ipsis. Inter hæc omnia, inter tot opprobria, ignominias & cõtinua supplicia, charitatem adhuc suam erga genus humanum exhibens Christus, orat pro crucifixoribus suis, dicens: Pater, ignosce illis, qa nesciunt quid faciunt. O immensam dei bonitatem, ò malitiam hominum summam, homines quicquid comminisci possunt suppliciorum, inferunt domino, ille uicissim pro eis orat, solamq; iam linguam habens qua uti posset, eam ad orandum & matrem discipulo commendandam impendit. Res miranda, ludęi clamant, crucifige: sed Christus orat, ignosce. magna illorũ iniquitas, sed maior tua pietas domine. Vnde credibile est, uirtute huius orationis tot statim deinceps conuersa hominum millia, apostolis prædicantibus, iam tria, aliâs quinq;. Et adhuc dubitamus Mariam matrem appellare misericordiæ, quæ tam misericordem & propicium nobis genuit filium? Nos tamen quoq; Christum oremus quotidie, ut ipse sic etiam pro nobis, nostrisq; peccatis oret patrem suum cælestem, & dicat: Pater, dimitte eis. Verum omnium istorum dolorum, quos in sua eductione & crucifixione pertulit Chri- Hieron. Luce. 23 Bernar. Actuũ. 2. & 4.

Oratio. stus, nos quoque non immemores clamemus ad ipsum, intentóque corde sic oremus: O misericordissime domine IESV CHRISTE, per illum acerbissimum dolorem quem sustinuisti, quando eductus, diris clauis cruci adfixus fuisti: te humiliter deprecamur, ut sic pro nobis etiam patrem tuum cæleſtem ores, qua tenus & nos mundo huic crucifixi, obedientes tuis semper inueniamur mandatis. Amen.

QVOMODO IN CRVCE QVOQVE IAM PENdens, multis modis irrisus sit dominus, et quæ præterea circa crucem illius contigerint.

ARTICVLVS VI.

CONTEXTVS EVANGELICVS.



Postquam autem crucifixerunt eum, accepe runt milites uestimēta eius, faciētes quatuor par tes, unicuiq; militi partem. erat autē tunica incon sutilis contexta desuper. Dixerunt ergo ad inui cem: Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius sit. ut scriptura impleretur, dicēs: Partiti sunt

uestimenta mea sibi, & in uestē meā miserūt sortem. & milites quidem hoc fecerunt, & sedentes seruabant eum. Scripsit autem & titulum causæ eius Pilatus, & posuit super crucem: Iesus Nazarenus rex Iudæorum. Hunc ergo titulum multi Iudæorum legerunt, quia prope ciuitatem erat locus, ubi crucifixus est Iesus. & erat scriptū Hebraice, Græce & Latine. Dicebant ergo Pilato pontifices Iudęorū: Noli scribere rex Iudæorū, sed quia ipse dixit, Rex sum Iudæorum. Respondit Pilatus: Quod scripsi, scripsi. Et prætereūtes blasphemauerūt, mouentes capita sua, & dicentes: Vah, qui destruis templū dei & in tribus diebus reædificas, salua temetipsum. similiter & summi sacerdotes illudētes, ad alterutrum cum scribis dicebant: Si tu es Christus rex Israel, descendas nunc de cruce, & credimus tibi. Vnus autem qui pendebāt ex latronibus, blasphemabat eum, dicens: Si tu es Christus, saluum fac teipsum & nos. Respondens autem alter, increpabat eum, dicens: Neq; tu times deū, qui in eadē damnatione es? & nos quidem iuste, nam digna factis recipimus, hic uero nihil mali gessit. Et dicebat ad Iesum: Domine, memento mei, cum ueneris in regnum tuum. Et dixit illi Iesus: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Stabāt autē iuxta crucē Iesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalene. Cū uidisset ergo Iesus matrem & discipulum stantē

quem diligebat, dicit matri suæ: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eã discipulus in suam. A sexta autẽ hora tenebræ factæ sunt super uniuersam terrã usq; ad horã nonã, & sol obscuratus ẽ.

EXPOSITIO ARTICVLI HVIVS VI.

CONSIDERATIO I.

¶ Quid uero iam hic conspicis anima mea in hac ipsa graduum piæ contemplationis summitate? Quo altius, inquit, ascẽdo, hoc plus doloris tum ipsa mihi cõcipio, tum in deo creatore meo intueor misera. Et tamen inter cætera quiddã hic uideo, quo merito totus gaudeat Christianismus, titulũ illum triumphalẽ crucis Christi, à Pilato de scriptum, Iesus Nazarenus rex Iudæorũ, Scripsit hunc q- dem titulum Pilatus, ut se Romanæ conformaret cõsuetudini: & tamen nihilo interim minus in corde illius uirtus operabatur diuina, quamuis id ipsum & latebat. Chrysostomus refert Pilatum scripsisse titulum hunc, tum ut Iudæos ulciscere, tum ut Christum excusaret: quia tanq; trophæo cuipiam literas insculpsit, clara uoce & uictoriã & regnum profitentes. Hoc illud nobile est uitæ nostræ chirographum, hoc insigne & præclarum Iesu Christi uexillum, hic ille color, quo gaudere debent omnes aulici illius: hoc præsidium firmum aduersus omnes insidias diaboli, & quæ aliãs ingruere solent pericula. Quid enim dicas uel mane è lecto surgens, uel sero cubitum abiens, q̃d magis te iuuet, & confirmet animum tuum in bono, nisi hac ipsa tituli inscriptione, simulq; frontem locumq; cordis crucis figura signes? Titulus iste unicuiq; Christiano, qui ipsum dicit uel defert bona credulitate, ualet contra omnes insultus diaboli, quod quidã qui ex reuelatione illud habuerunt, constanter adserunt. Titulus iste hodie uicit, triumphauitq; aduersus pontifices & primores Iudæorum, qui ideo etiam mutari illum uolebant. Et q̃uis

Remigius

Chrysost.

Prudentius in hym.

Gerson.

iniquus erat Pilatus, titulus tamen iste triumphat: unde pia & sancta illa consuetudo fluxit, ut quidã crucis signo se consignantes, sic orent: Iesus Nazarenus rex Iudæorũ, titulus triumphalis defendat nos ab omnibus malis, Sancte deus, sancte fortis, sancte & immortalis deus, miserere nobis. Nec temere titulus hic tribus præcipuis descriptus erat linguis, Latina, Græca & Hebræa: qnoniam ex omnium nationum & gentium linguis aliqui essent ad Christi fidem peruenturi. sic in tribus ijs linguis sancta celebrantur peraguntur̃q; missarum solennia. Verum titul⁹ hic licet membranæ fuerit inscriptus, tabulæ tamen deinceps illitus est ex oliua, & cruci impositus. Nec ẽ quod putes crucem hanc Christi sic fabricatam esse, ut supra cap⁹ Remigi⁹. trunc⁹ extaret eminẽtior transuerso, sed huiusmodi fuit, ut capiti Christi nihil esset q̃ sustineri fulciri̇q; potuisset, iuxta illud quod ipse prædixerat: Vulpes foueas habẽt & Matth. 8. uolucres cęli nidos, filius autem hominis nõ habet, ubi caput suum reclinet.

PARTICVLA SEV CONSIDERATIO *secunda.*

¶ Quidem autẽ est ò anima mea, quod hic dolorẽ Christo magnum adeo conciliauit, tu̇q; adeo id in hoc gradu es conspicata? Contemptus, inquit, quem passus est à ministris pontificum & senioribus plebis, ipsoq; etiam latrone pessimo. Diabolus nanque inspirabat Iudæis, ut dicerent, *Si* filius dei es, descẽde de cruce, & credemus in te. Ostendebant per hoc & declarabant filios se esse diabolo, sicut eis ante prædixerat dominus, quem cõsimili plane modo in deserto diabolus tentauerat, dicens illi: *Si* filius dei es, dic ut lapides isti panes fiant. neq; parum coniecturam dæmonis de Christo uero Messia, augebat insignis illa exultantium in limbo patrum lætitia. Noluit autem descendere de cruce dominus, quin potius opus perficere uoluit humanæ redemptionis: qui multo maioribus signis & miraculis hactenus eos conuertere non potuit. fraudulenta enim hæc fuit promissio, quia quod horum maius est, de cruce adhuc descendere uiuentem, an de sepulchro mortuum resurgere? resurrexit ille, & tamen

ô iniquissimi Iudæi non credidistis: ergo etiam si de cruce descenderet, non credideretis. Sed mihi, inquit deinceps Hieronymus, uidentur hoc dæmones immittere. Statim em ut crucifixus est dñs, senserunt uirtutem crucis: & intellexerunt fractas esse uires suas, unde hoc agunt, ut de cruce descendat. Maior tñ adhuc cõemptus Christo fuit, q̃ eũ latro perditus quoq; probris incessuit, qui uitæ largitor erat, dixit q̃; Si tu es Christus, salua temetipsum & nos. Sed tu maximum illud duorum latronum discrimen cõsidera: in uno scelere ambo erant. latro fuerat uterq;, in uno supplicio ambo, quia crucifixus uterq;, uterq; iuxta uicinus Christo, neuter ab eo erat remotior. Alter tamen Christum ecce contemnit, & damnat: ueniam alter petit, & saluatur. Pulchrum est quod super hoc Hieronym° ait: Christus in paradisum de cruce etiam latronem tulit. & ne quis aliquando seram conuersionem putaret, fecit homicidij pœnam, martyriũ. latro hic suspensus erat in cruce, manibus pedibus q̃ pẽdebat adfixus, præter cor & linguam liberũ nihil habebat. utrunq; tamẽ illud membrũ per gratiam dei totum impendit & obtulit Christo, latronem alterum corripuit, & ad Christum sic dixit: Domine, memẽto mei cum ueneris in regnum tuum. Vincẽtius ait umbram corporis Christi tetigisse hunc ipsum à dextris pendentem latronem. Sic itaq; dñs latroni regnum, crucifixo cælum, damnato paradisum promisit & tribuit. latro hic & homicida erat, & crucifixus, & ad mortem dãnatus: illi tamẽ regnum, cælum & paradisum nõ negauit dominus, plus ei conferens quàm petierat. Ecce hic charissimi feudalia sua hoc modo confert dñs, sicut rex in maiestate sua: ut sic nec temere, nec frustra Pilatus in titulo Christum regem inscripserit Iudæorũ. Primaq; adeo hęc in Christo fuit regiæ dignitatis suæ declaratio, dum latroni confert feudum paradisi.

Hieron.

Hieron.

Vincent.

CONSIDERATIO III.

¶ O domine Iesu Christe, inquit anima fidelis, quid hic tu doloris, quantum tristitiæ & mœroris habuisti, iam conspicatus sub cruce stantem uirginem matrem, non

ignorans utiq; afflictionem & miserandam materni pectoris passionem? quia omnia quæ tu passus es in corpore, illa pertulit in corde: & quamuis in partu tanto perfusa est gaudio, ut nullam illius senserit acerbitatem: tamē omnis iste dolor iam hic ei conduplicatus est, adeo ut si unquam ulla præ mœrore & doloris grauitate mortua est mulier, quid mirum si Maria in tanto dolore deficiēs fuisset mortua, nisi peculiari quadam uirtute desuper ei collata suffulta esset? Heri pedibus ingressa fuit iam inde à Bethania usq;, totā egerat ingerat noctē peruigil, hinc inde cursitando circumlustrans, quid de filio suo dulcissimo fieret, neq; dum manducauerat quicquam. Sic ergo dicit textus, Stabat iuxta crucem Maria mater Iesu. Non corruit neq; concidit in terram prona, sed stabat, quia floribus optimarum fulcita erat uirtutum, subinde per Gabrielem confirmata, dicentem sibi: Non est quod metuas Maria. tertia enim die resurget filius tuus, tunc'q; immensum concipies gaudium. Insuper diuina uirtute & gratia sustentata est. Neq; suspicandum puta, illam uel indecenti clamore, uel importunis gestibus animi sui mœrorem declarasse. cōstans fuit & firma, magna'q; misericordia sic uoluit per filium suum uniuersum redimi gen⁹ humanū.

Cantic. 2
Luce. 1

Verum illud Christi uerbum, intima cordis sui uiscera p̄transijt, quando dixit: Mulier, ecce filius tuus. Constans doctorum sententia est, Christum honorifice semper matrem suam salutasse. Sed quòd hic matrem non appellauit, Gerson & Lyra factum putant, ut illi parceret, quā si materno compellasset nomine, cor ei disrumpi poterat.

Gerson.
Lyra.

Ait ergo: Mulier, ecce filius tuus, hoc dicto Iohānem ipsi commendare uolens & tradere. O mutationem miserabilem. pro conditore ei dat creaturam, pro deo hominem, pro filio proprio amicum, pro magistro discipulum, pro præceptore commendat piscatorem. Quid ni dixerit tūc illud Iob, Versa est cithara mea in luctum? Quicquid in uniuersum gaudij habuit in angelica adnunciatione, in conceptione filij dei, in natiuitate eiusdem, id omne in mœrorem iam mihi uertitur, luctum & dolorem. Deinceps quoq; Iohanni dixit: Ecce mater tua. En testamentū quod in ara crucis fecit dominus, quo prouisum matri suę

Augustin.
Chrysost.

Iob. 3

uoluit: quo nos admonuit sedulam parentum nostrorũ curam habere, ut prospectum sit illis. Cõstituta igitur in tanta cõpassione Maria, potuit utiq; recordari istius quod ei prædixerat Simeon, Et tuam ipsius animam pertransibit gladius doloris. Aeq; quid mirum, si intercontinua suspiria perpetuosq; gemitus, cor illius assidua palpitatione penè defecerit, facie tota lachrymis madente, uoce cõfracta, oculisq; iam penitus perturbatis? An non tacita secum cogitârit ipsa? O fili dulcissime, aperi benedictum & sanctissimum os tuum, uerbum benignũ eloquere mihi. Quàm decuit autem, ut gloriam tantam quam nunc præ omnibus creaturis longe maximam habet Maria, tã honeste promereretur & acquireret? Ac sic quidẽ dilectissimã suam matrem, uirginem uirgini commendauit Iohanni. Vnde & honorifica & uenerabilis trium horum nominum mentio est, IESVS, MARIA, IOHANNES. suntq; ea in quacũq; necessitate præ omnibus inuocanda. In omnibus membris suis passus est, ut omnia peccata tua aboleret. Quod si ob magnitudinem & multitudinem peccatorum tuorum Christum accedere non audes, age Mariã implora & Iohannem. animam tuam, corpus tuum, teq; adeo totum & omnia tua committe Marię & Iohanni, sicut Christus Mariam Iohanni commendauit, Iohannem Mariæ. Quod si tu fide recta, bonaq; feceris mente, nõ te mater illa omnis gratiæ & misericordiæ, fons pietatis, deseret. Quilibet hic consideret, quomodo sol & luua clarissima mundi luminaria, obscuratione sua condoluerint domino, cuius miserri nõ sunt durissimi Iudæi. Eclipsim hanc, ut erat miraculosa, uidit Dionysius adhuc gentilis, & agnouit eam naturalem non esse. ideoq; dixit, Aut naturæ deus patitur, aut mũdi machina dissoluetur. deinde conuersus ille à Paulo, fidei Christianæ factus est propugnator acerrimus. Hæc omnia in gloriam Christi sanctissimæq; uirginis honorem meditantes, clamemus ad dominum, oremusq; dicentes: O benignissime domine Iesu Christe, qui in cruce pendens, matrem tuam Iohanni cõmendasti, commenda nos quæsumus matri tuæ in perpetua custodia, ut tecum sicut latro in paradiso mereamur sine fine gaudere. Amen.

Luce. 2

Hieron.

Dionys. Actuũ. 17.

Oratio.

QVOMODO IN CRVCE MORTVVS DOMINVS, et quæ mortem illius sequuta sint miracula, simul ac de lateris eius aperitione.

ARTICVLVS SEPTIMVS.



TEXTVS EVANGELISTARVM.

Et circa horam nonam clamauit Iesus uoce magna, dicens: Eli Eli, lama asaphtani, quod est interpretatum, Deus meus, deus meus, ut quid dereliquisti me? quidam autem illic stantes & audientes, dicebant: Eliam uocat iste. Postea sciens Iesus quia omnia consummata sunt, ut implerētur scriptura, dicit: Sitio. Vas autem erat positum aceto plenum. & continuo currens unus ex eis, acceptam spongiam impleuit aceto, & imposuit arundini, & dabat ei bibere. Cum ergo accepisset IESVS acetum, dixit: Consummatum est. Cæteri uero dicebant: Sine, uideamus an uenit Elias, liberans eum. IESVS autem iterum uoce magna ait: Pater, in manus tuas commendo spiritū meum. Et inclinato capite, tradidit spiritum. Et ecce uelū tēpli scissum est in duas partes à summo usq; deorsum, & terra mota est, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt: & multa corpora sanctorū qui dormierunt, surrexerunt: & exeuntes de monumentis, post resurrectionē eius uenerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerūt multis. Centurio autē & qui cum eo erāt custodientes Iesum, uiso terræ motu & his quæ fiebant, timuerunt ualde, dicentes: Vere filius dei erat iste. Et omnis turba

eorum qui simul aderant ad spectaculum istud, & uidebant quæ fiebant, percutientes pectora sua, reuertebãtur. Iudæi ergo, quoniã parasceue erat, erat enim magnus dies ille sabbati, rogauerunt Pilatum, ut frangerentur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus ẽ cum eo. ad Iesum autem cum ueniissent, ut eum uiderunt iam mortuum, non fregerunt eius crura: sed unus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua. Et qui uidit, testimoninm perhibuit, & uerum est testimoniũ eius: & ille scit quia uera dicit, ut & uos credatis. Facta ẽm sunt hæc, ut scriptura impleretur, Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit, Videbunt in quem transfixerũt.

EXPLICATIO HVIVS SEPTIMI *Articuli.*

PARTICVLA SEV CONSIDE*ratio prima.*

¶ Verum quid hic uides anima mea? Video, inquit, sensualitatem iam in Christo penè cõtabescentem deficere ex amarissimis supplicijs, quorũ hactenus finis nullus est. Rationem quoq; audio in Christo pro sensualitate orare ad deum, & summis ardentissimisq; uotis inclamare: Deus meus, deus me⁹, ut qd dereliquisti me? Nõ est quod hic uel cogitet secum, uel suspicetur quisquam, deum ipsum etiam rationem in Christo dereliquisse. Sed doctores sancti, quicquid id est, exponunt in hunc modũ: Quia enim

uirtus spiritus & rationis se diffundit in corpus, eiusmodi hic effusio uirtutis à deo patre erat corpori Christi sub tracta. Quo factum est, ut quocunq; tandem furore Christum tractarent Iudæi, non impedirentur in illo per assistentem rationem. Aliter autem contigit in uirgine Maria, quam quotiescunq; aspiciebant Iudæi, tam fauorabilis & iucundissimus quidam radius exibat è facie eius, ut non possent isti furore suo prævalere in illã, eo quòd uirtutes animæ emanabant & redundabant in corpus. Similiter in alijs quoq; sanctis sensualitas consolationem & confortationem habuit à uirtutibus ex anima diffusis, uti in Sancto Laurentio, Agnete & alijs liquet. Verùm singulari quadã dispẽsatione dei, sensualitas huiusmodi in Christo derelicta est, non habens solatiũ aliquod ex uirtutibus animæ, iam tunc quoq; non redundante gaudio à superiori portione rationis in illam: quia nõ tanta audacia & temeritate cũ Christo agere omnia potuissent Iudæi, si ex uultu Christi radius exisset, qui eos à furore eorum deterruisset, sicut antè quum è templo ipsos pelleret, aliasq; sæpius factum legitur, ubi influxus spiritualis Christo subtractus non erat. Augustin. Matth. 21. Johan. 2

¶ Et ideo passio Christi supra modum omnibus omnium sanctorum supplicijs maior fuit, q; illi influxu isto & consolatione destituti non sunt. Et hic ille clamor rationis in Christo fuit ad deũ: Deus meus, deus meus, ut quid dereliquisti me? Sancti autem ratione sensualitatis suæ, in qua patiebantur, geminam habuere consolationem, alteram ex ratione uirtutibusq; suis, alteram à deo. sic Laurẽtius carbones rosas & rorem esse putabat. Verum sensualitas Christi consolationem hanc priorem non habuit, alteram tantum ex deo, qui Christum confortabat ad ista sustinenda supplicia, non etiam consolabatur. Ita igitur sensualitatis nomine deũ rogabat ratio in Christo. Communis autem sanctorum patrum expositio est, quòd non secus tam dira filium suum pati supplicia permisit deus, atq; si dereliquisset eum, quam ob rem & Gerson dicit, pretiosum Christi corpus, uelut lampada fuisse extinctam & absconsam, Mariam uero sicut lampadem uitream, quæ per interiorem relucet claritatem. Tamen in hoc doce- Gerson.

mur, in omni necessitate & afflictione nostra confugere ad deum.

¶ Expende etiam homo, quo pacto hic Christus defatigatus & continuis lassatus supplicijs, tantum non defecerit: quomodo uigilia perpetua, ieiunijs quoq; & siti emaceratus fuerit. Et quãuis re uera multum sitiret iam Christus, satiariq; & refici cuperet secundum sensualitatem, maiorem tamen sitim in oratione habebat de salute uniuersi generis hũani. Quid multa? de nostra siti sitim ipse sibi conceperat, ut & nos quoq; sitiremus ad fontem gratiæ uiuum. Sed quod deinceps ait, Consummatum est, non ad acetum referendum erit, quoniam pauciſſima in cruce loquutus est dominus, & ea tantũ quæ multum grauitatis habebant. Quando ergo dixit, Cõsummatum est, tantundem est atq; si dixisset: Hæc omnium summa est, hic exit?, facta transactaq; iam sunt omnia, implera etiam quæcũq; de me prædixerant prophetæ, opus obedientiæ quod assumpseram perfeci. Consummatum iam opus est totius meæ passionis. illud ego tibi domine pater cęlestis offero pro peccatis & salute generis humani. Sic ergo intelligẽdum est, quomodo Christus omnia esse consummata dixerit.

CONSIDERATIO .II.

¶ Quid hic obsecro uides amplius animula mea? Ah uideo simulq; iam exaudio dominum nostrum Iesum Christũ, elata sublimiq; uoce cũ clamore ualido spiritum suũ tradere, inq; patris manus cõmendare, dicendo: Pater, in manus tuas cõmendo spiritum meũ. Hieronymus hic putat eum Psalmum hũc totum peroraſſe: Deus deus meus, respice in me. Ait enim: Hoc uersiculo dominus in cruce pendens usus est, ex quo animaduertimus, totum psalmũ à domino in cruce positum decantari. Alij existimãt eum oraſſe Psalmum, In te domine speraui: cumq; peruenisset ad hunc ultimũ uersum, clamasse: Pater, in manus tuas cõmẽdo spm̃ meũ. Estq; hoc insigne solatiũ Christianis oĩbus: quante Christi mortẽ nõ poterat qsquã in manus patris cõmẽdare animã suã, sed descendẽtibus in limbum & tenebras omnibus, poterant forte in sinum Abraæ com

Hieronym. Psalm. 21

mendare animam ſuam, ſicut Lazarus. Nunc uero ani- Lucę.16
mæ iuſtorum aſcendunt ad deum in uirtute huius uerbi
Chriſti: Pater, in manus tuas cõmendo ſpiritum meum, Sapien.3.
ſunt animæ iuſtorũ in mano dei, ut teſtatur Sapiens. Sint
igitur hæc nobis uerba Chriſti, memoriale perpetuum,
uelut à chariſſimo amico nobis relictũ. poſtremũ etenim
ea loquutus eſt dominus, ut & nos ſemper illa in memo-
ria habentes, quotidie clamemus ad dominum: Pater, in
manus tuas commendo ſpiritum meum. Cum mane ſur-
gis, ſigno crucis te cõſigna, ſanctiſſima hæc tria nomi-
na exprime, Ieſus, Maria, Iohannes, adde inſuper ex pſal-
mo hoc Chriſti uerbum: Pater, in manus tuas commen-
do ſpiritum meũ, redemiſti enim tu me domine deus ueri
tatis. Notanter autem dicit euãgeliſta, Et emiſit ſpiritũ: Johan.19.
quia poteſtatẽ habuit ponere animã ſuã, & iterum ſume- Auguſtin.
re eã, neq; etiã mori coactus ẽ, neq; inuitus, ſed ultro mor
tuus eſt. id declarare uolẽs, cũ clamore ualido expirauit. Gloſſa.

¶ Nos autẽ cum nulla uoce, ut habet Gloſſa, uel cũ ima
morimur, qui de terra ſumus: ille uero cum exaltata uo-
ce expirauit, qui de cælo deſcenderat. Clamans quidẽ, ſuã
declarauit deitatem: flens & lachrymans, hominem ſe eſſe
teſtatus eſt. Notabile eſt quoq; eadem qua in paradiſo
Adam peccauit hora, meridiana ſcilicet, Chriſtum eſſe de
mortuum, ut ſic una & eadem hora qua mors in mundũ
irruperat, etiam deſtrueretur. Quàm dolorosa & mœſta
ęq; Chriſto fuerit mors ſua, uel hinc colligi poteſt: quia
enim mors terribilium omnium longe maxime terribile
eſt, ut teſtatur Ariſtoteles, quid tandem de omnium nobi
liſſima anima Chriſti, uel cogitari poteſt, cũ iã à corpore
ſanctiſſimo cui unita erat diuinitas, ſeparari deberet? Pau
lus quoq; dixit: Nolumus expoliari, ſed ſuperueſtiri, ut 2. Corin.5.
abſorbeatur quod mortale eſt à uita. Quanto plus dolo
rum habuit anima Chriſti, cum eſſet iam derelictura cor- Heb.5.
pus? ideoq; cum lachrymis & clamore ualido mori uolẽs,
exaudiri quoque meruit pro ſua reuerentia. Etò uocem
magnam atq; prævalidam, quæ cælũ terramq; cõmouit,
quæ totum penetrauit orbem ad ima tartari uſq;. O pre-
cioſam Chriſti mortẽ, cui creaturæ omnes cõpaſſæ cõdo-
luerunt. O mortem pręclaram, quæ uitam & ſalutẽ attulit

mũdo. O efficacẽ, ò potẽrissimã mortẽ, q̃ uno morsu utrin q; momordit inferos, limbũ cõfregit, uinctos eripuit, purgatoriũ euacuauit. Quod prę uidẽs, ꝓpheta, in ꝑsona Christi dixit: Ero mors tua ò mors, morsus tuus ero inferne.

Oseę. 13 Quis em̃ uel dubitet uel recusęt credere, Christũ aduẽtu suo lætissimo ꝺs q in purgatorio detinebant, plenã dedisse pc̃ȏ; remissionẽ, pœnæ q; totius immunitatẽ? sicut cũ rex regnũ occupaturus aduenit, captiui oẽs, q mõ regno insidiati nõ sint, nec cõtra illud bella mouerint, dimitti solent. Quia igitur in purgatorio erant amici dei, decebat, ut adueniente rege Christo, & ipsi ex carcere & uinculis pœnarum dimitterentur abire.

CONSIDERATIO III.

¶ Quid insuper hic uides anima mea? Admirãda, inquit, & stupenda miracula cerno, quæ Christi mortem sunt cõsequuta, & quomodo creaturæ omnes conditori suo cõpatiuntur. O te infelicem & miserrimum peccatorem, qui adhuc in cœno & luto uitiorum delitescis. nõ re supplicia dei tui tanta, non uulnera, non sanguinis effusio, nõ acerbissimæ mouerunt pœnę? petræ saltẽ durissimæ te emolliant, scissi scilicet, ruptum uelum, creaturæ cæteræ permoueant. Quanto autem magis quàm illæ, tu qui rationẽ habes, qui intellectum & uoluntatem à deo suscepisti, Christo dño patiẽti cõpati debes? Scinde uelamẽ pectoris tui, uelamẽ rũpe inscitiæ & negligẽtię. O te negligentẽ, ò immemorem, neq; cogitantem qua sorte censearis, quantis teipsum priues bonis. scinde uelamen & aspice sanctum illum sanctorum omnium, dominum deum tuum. ora eũ, quatenus te illuminet cognitione peccatorum tuorum & bonorum omnium. In tres siquidem partes diuisum erat templum, sicut in Exodo legitur. uelamen quoque in eo

Exodi. 26 geminum erat, alterum inter sanctuarium & sancta sanctorum, ibiq; arca stabat: alterum in ipso templi ingressu. Vtrunq; autem ruptum est, ad designandum, ex sentẽtia doctorum, quoniam mors Christi ueritatem attulerit

2. Corin. 10 eorum, quæ in ueteri testamento sub extenso figurarũ uelamine latuerant. siquidem uerum est illud Pauli, quòd omnia in figura cõtigerint illis. Ecce igitur aperi oculos

tuos peccator, & uide quia ueritas adest. contremisce & tu terra ab ira iusti iudicis, quam exercebit in die nouissimo. An ne petris durior es tu? an & terra grauior, obscurior uelo? Expergiscere ò peccator, expergiscere inquam, scinde petram cordis tui, rumpe uelum pectoris, diffinde duritiem animi tui malleo charitatis & dilectionis Christi, qui tanta passus est pro te. scinde cor tuum, contunde & emolli ipsum sup incude pœnitētiæ. aperi sepulchrū tuum peccatorum fœtidum, sepulchrum cōscientiæ per cōfessionem integram, ut sic spiritus tuus in peccatis sepultus, aliquando resurgat per gratiā dei & uirtutē passionis Christi: sicq; tandem perueniat in ciuitatem sanctam Ierusalem, in uitam æternam: quoniam sola hac uia adipisci poteris uel guttulam aliquam preciosissimi sanguinis domini nostri Iesu Christi, ut sic ab omnibus peccatis tuis resurgas. Vtrum autem mortui isti, qui simul cū Christo resurrexerunt, corpore pariter & animo cum Christo ascenderint in cælū quoq;, nullum extat certum scripturę sanctæ testimonium. & quia in hoc Augustino cum Hieronymo non conuenit, nos quoq; missum facimus. Augustin. Hieron.

CONSIDERATIO IIII.

¶ Verum quid hic insuper uides mea animula, super eodem hoc piæ contemplationis gradum constituta? Horrendum, inquit, uideo spectaculum. de mortui iam domini latus lancea uideo aperiri, atq; inde largiter sanguinis & aquæ fluēta effundi. fecit hoc Longinus, uolens sic gratificari Iudæis, qui hoc modo certi esse uolebant de morte Christi, ut inquit Theophylactus. Inde uerus sanguis emanauit & aqua. Inde militantis ecclesiæ mysteria nata sunt. Ecce enim quàm uigilanti uerbo usus est euangelista, ut non diceret, latus eius percussit aut uulnerauit, aut quid aliud, sed aperuit, ut illic quodammodo uitæ ostium panderetur, unde sacramenta ecclesiæ manauerunt, sine quibus ad uitam, quæ uera uita est, non intratur. Et sicut Eua sumpta est ex latere primi Adam in paradiso, sic ecclesia ueluti creuit nataq; est ex latere secundi Adam, Iesu Christi in cruce. Neq; sacramentis tantum uirtutem sua attulit sanguis ille, sed ipsum quoq; antea male uiden Theoph. Augustin.

tem sanauit Longinum, non ignarum utiq; corpus Christi, si exanime foret & mortuum, exangue etiã esse. Quid quòd Augustinus refert, aqua quæ fluxit è latere Christi, baptizatum esse latronem alterum, quoniam ad corpus eius guttulæ aliquot aspersæ pertigerint?

¶ Quæres autem, quomodo hæc lateris apertio fuerit Christo dolorosa iam demorruo. Dico illam uariis modis à nobis intelligi posse: & primum quidem quo ad Iudæos, quorum uesanus furor tot Christo illatis supplicijs satiatus nondum erat, nisi insuper morttuum transfoderent.

2. ¶ Quæ mortuis infertur contumelia, uergit & in uiuos, ut si quis uel sub furca sepeliatur, uel mortuus cõburat, uel rotæ inijciatur

Damascen theori. 3. ¶ Quicqd semel adsumpsit deus, nunq̃ dimisit filius dei, sicut in incarnatione sua corpus adsumpsit & animã, ita in morte neutrum deseruit. & corpus quidẽ illud Christi quando etiam mortuum, adhuc tamen unitum fuit deitati, maior fuit ista Christo illata contumelia in confosso latere.

4. ¶ Virgini uero Mariæ insignis ista fuit ignominia, ita ut quamuis sensu iam carens, nõ senserit illud corpus Christi sanctissimum, tamen deum immortalem quàm acriter sensit hoc Maria: adeo ut eadem lancea quæ latus Christi aperuit, in compassione pectus etiam traiecerit Mariæ. Et nos igitur dilectissimi contemptum hunc saluatoris nostri, amarissimamq; passionem & mortem recogitantes, dicamus: O domine Iesu Christe, qui iamiam moriturus spiritum tuum in manus patris commendasti, suscipe quęsumus & spiritum nostrum tempore mortis nostræ, ne supplicijs mortis deputemur æternæ, Amen.

Precatio.

DE SEPVLTVRA CHRISTI ET SEPVLCHRI custodia.

ARTICVLVS VIII.



CONTEXTVS EVANGELISTARVM.

Et cum iam sero esset factum, uenit quidam homo diues & nobilis decurio ab Arimathia, Ioseph nomine, uir bonus & iustus, eo quod esset

discipulus Iesu, occultus autem propter metum Iudæorum, qui expectabat & ipse regnum dei, nec cõsenserat consilio & actibus eorum. Hic accessit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu. Pilatus autem mirabatur si iam obijsset. & cum cognouisset Pilatus, iussit reddi corpus. Venit autem & Nicodemus, qui uenerat ad Iesum nocte primũ, ferens mixturam myrrhæ & aloes quasi libras centum. Acceperunt autem corpus Iesu, & ligauerunt linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire. Erat autem in loco ubi crucifixus est, hortus, & in horto monumentum nouum, in quo nondum quisquam positus fuerat. Ibi ergo propter parasceuen Iudæorũ, quia iuxta erat monumentum, posuerunt Iesum, & aduoluerũt saxum magnum ad ostium monumenti, & abierunt. Erant autem ibi Maria Magdalena & altera Maria, sedentes contra sepulchrum, aspicientes monumentum, & quemadmodum positũ erat corpus eius. & reuertẽtes, parauerũt aromata & unguẽta, ut uenientes ungerent corpus Iesu.

E NARRATIO ARTICVLI *huius octaui.*

CONSIDERATIO PRIMA.

¶ Etiamnum solicita circumlustras undiq; cuncta, neque dum finem aliquem cõtemplationis tuæ facis anima mea? quid igitur uides? quidue intenta adeo miraris? Et uideq, inquit illa, & miror deum ubiq; gloriam magnam, insignem splendorem, summam magnificentiam exhibere circa humanitatẽ Christi: quam etsi contemptum ma-

gnũ, multa supplicia & horrẽdas sustinere pmisit passiões, subiude tñ in oñibus illis plurima cõcomitata est p̃clarę glorię diuinię; honoris declaratio. Ecce enim in horto at toniti oñes in terrã uelut fulmine icti concidunt Iudæi. Malcho auris restituitur. innocens ubiq; & innoxius ip̃e pronunciatur ab omnibus. rex Iudæorum inuitis scribit Iudæis, ipsę; magna uoce, & (ut Paulus ait) clamore ualido spiritum emittit. Sic nunc quoq; (id enim iam uideo & stupeo) ab optimis quibusq; sepeliendum poscitur à Pilato corpus domini mei Iesu Christi. laudatur ób id Ioseph hic ab euangelista, quoniam & diues fuerit, & nobilis, & decurio, & pius: quia Christi discipulus & timens deum. Venit ergo ab Arimathia oppido Iudææ, quod olim fuerat Helchanæ patris Samuelis, distabatq; tribus penè miliaribus Germanicis à Ierusalem. Venit is ad Pilatum, petens sibi dari corpus Christi sepeliendum.

Ioseph. Hyeroni.

¶ Verum quid obsecro etiam hoc cernis? aut quomodo illud uidere potes anima mea, dum gradibus meditatorijs dominicæ passionis insistis? & tamen hoc honestum fuit Christo, pura à sanctis hominibus exhibitum pietatis officium. Quamuis id ita sit, inquit anima, nescio tamen quomodo miserabile habetur, corpus illud sanctissimum de cruce depositum, instar cadaueris alterius, hinc inde poni & deportari, utut benedictũ illud corpus Christi, ab omni corruptionis contagio immune præseruatũ sit, propter unionem diuinitatis, adeo etiam ut forma cadaueris ad ipsum non pertigerit.

¶ Et quamuis non persenserit hoc Christ⁹ iam tunc demortuus, quantum tamen doloris inde sibi maternũ cor concepit? Imò quàm pie & sancte credendum est, Mariam illum in sinum suum acceptum tunc exosculatam & amplexam esse, atq; undiq; uulnera eius contemplatam, qui sane ei dolor fuit maximus. O quantum lachrymarum, p fudisti sanctissima mater? quot edidisti suspiria? quantũ luctus & gemitus coram demortuo exhibuisti corpore? quàm profusis fletibus irrigasti membra illius? quàm uero intortis manibus animi tui dolorem significasti? quot, quibus & quantis eiulatibus præmissis, uix tandem tantum extorsisti uocis, ut diceres: O te dulcissimum filium,

quàm omnino extinctus es? O spes, ò gaudium meum, q̃ es in omnem tristitiam uersum? O uita mea, quàm ignominiosam subisti mortem? O igitur fili charissime, quare sic me post te dereliquisti? Aut cur non & ego tecum morior? Aut ubi tuæ excellẽs ille radius est diuinitatis? Quid ita iaces concussus? Porro cum iam Ioseph & Nicodemus sepulturam pararent, quilibet apud se cogitet, quidnam Maria tunc secum cogitârit, quæ lamenta profuderit. Quamuis ad extremum illa quoq; consenserit uoluntati diuinæ, neq; ab illa diuersum quicquam uoluerit, ut impleretur prophetia, quæ habebat: Et erit sepulchrum eius glorioſum. Dixit ergo: Fiat domine deus meus uoluntas in me tua, & non sicut ego uolo. Quis uero dubitet Mariam Magdalenam hic quoq; in summo luctu pedes domini exoſculatam, ad quos iam ante in uita sua sedulo iacuerat?

Isaię. 11

Lucę. 7

VOLVBET HIC SVPER PLANCTV MARIAE

carmẽ adscribere, quod puer Italus Adriano pontifici obtulit, & secretarius suus Hetzius mihi illius copiam fecit.

Ah mater, non iam mater, sed flentis & orbæ
Infelix simulacrum, & functi corporis umbra.
Ante crucem discissa genas, laniata capillum,
Stat lachrymans, tristiq; irrorat pectora fletu.
Inspectãsq; sui demum morientia nati
Lumina, crudeles terras, crudelia dicit
Sidera. crudelem sese, quòd talia cernat
Vulnera, sæpe uocat. tum luctisono ululatu
Cuncta replens, singultatim sic ingemit ore,
Ingemit, & duro figit simul oscula ligno.
Heu quis me miseram, exclamat, quis culmine tanto

Deiectam, subitis inuoluit nate procellis?
Nate patris uirtus, sanguis meus, unde repente
Hæc fera tempestas? quis te mihi liuor ademit?
Quæ manus indigno fœdauit sanguine uultus?
Cui tantum insuperos licuit? bella impia cælo
Quis mouet? hunc ego te post tot male cauta labores
Aspicio? tú ne illa tuæ lux unica matris?
Tú ne animæ pax & requies spesq; ultima nostræ
Sic raperis? sic me solam exanimemq; relinquis?
O dolor, extincto iam te pro fratre sorores,
Pro natis toties exorauere parentes.
Ast ego pro nato, pro te, dominoq; deoq;,
Quem misera exorem? quò tristia pectora uertam?
Cui querar? ó me me diræ me perdite dextræ,
Me potius, si qua est pietas, immanibus armis
Obruite, in me omnes consumite pectoris iras.
Vel tu, si tantum est hominum genus, eripe matrẽ,
Quæ rogat, & Stygias tecum duc nate sub umbras.
Ipsa ego te per dura locorum, inamœnaq; uiuis
Regna sequar. liceat frangentẽ cernere portas
Aeratas, liceat pulchro sudore madentem
Euersorem erebi, materna extergere dextra.

PARTICVLA SEV CONSIDERATIO SECVNDA.

¶ Adhuc nõ desinis, neq; circũlustrare omnia cessas? q̃d igit̃ mea animula in eodẽ hoc gradu stãs uides? Sanctissimũ, inqt, Christi corp⁹ uideo à Ioseph & Nicodemo ĩ monumentũ excisum nouũ deponi. Ex multis hæc q̃q; omnib⁹ hoibus cõis miseria una est, q̃nos sepeliri oportet demortuos, sicq; ĩ eã, ex q̃ nati & cõpacti eram⁹, terrã resolui. Chri Genes. 3

autem corpus quamuis putrefactioni obnoxium nõ erat, illud tamen Iudæi (quantum quidem in ipsis erat) eo usq; perduxerant, quòd iam putrescere deberet. Consulto itaque factum est, illud sepulchro esse reconditum, ut sic omnis calumniandi Iudæis auferretur occasio, quasi mortuus ille in cruce nõ fuisset. Quia etiamnum hodie sepultura argumento est nobis, Christum post tot supplicia tãdem esse in cruce demortuum. Quidam hoc etiam mystice exponens, dicit: Disce hinc quisquis sanctam eucharistiam susceptisti ab altari dominico, inuoluere sanctissimum illud Christi corpus in sindone bene purgatæ conscientiæ, ipsumq; colloces in monumento nouo pectoris tui, quod etiam excisum recens sit ligone contritionis & pœnitentiæ. Monumento huic cordis tui custodes deinceps adhibe, uirtutum & operum bonorum studia, ne irruens tentator Christum tibi subripiat, imò ut sic illum tecum custodias, ne ab ipso relinquaris in æuum.

CONCLVSIO PASSIONIS HVIVS.

¶ Simul atq; omnia hæc eo quo iam cõmemorata sunt modo contigerunt, quid deinceps sit insecutũ, quilibet secum tacitus consideret, quomodo nimirum Maria, Iohannes, Martha, Magdalena, aliæq; sanctæ mulieres, quæ dominum secutæ fuerant à Galilæa, redierint in ciuitatem. Oculis mentis suæ quisq; contemplet, quo pacto loca suppliciorum omnia, omnes uicos demonstret illis, quibus uel afflictus à Iudæis uel locutus eis fuerit. Sic igitur cum eis domũ reuersa, dicto inter se mutuũ uale, semet in locũ peculiarẽ abdidit: inde non exiuit, nec ad se admisit quẽquam, neq; aliquod ulli hominum uerbum fecit, tantum resurrectionem filij expectauit constanter, certa existens illum tertia die resurrecturum. Et quis dubitet illam hic uelut raptam spiritu, uitam omnino uixisse contemplari uam? Quia si in monte Moyses, in conuersione sua Paulus, Iohannes tum in cœna Christi ultima, tum in Patmos insula, & alij plerique sæpenumero sancti dei homines sic rapti sunt, ut uiderent mirabilia & mysteria dei, pie credendum est, Mariam quoq; illius gratiæ factã esse participem hic in terris, & tunc quidem maxime, cum & tristissima erat, & plurima indigebat cosolatione. Plane

Exodi. 24.
Deut. 33.
1. Corin. 12
Johan. 18

Gerson.

ĩtaq; succensus fuit spiritus uirginis in cõtemplando profundissima illa mysteria passionis Christi super redemptione generis humani. Considerauit etiam tunc immẽsam lætitiam & exultationem patrum iam liberatorum, quõ illos fulgentissimo iubare circumfulserit anima Christi, quomodo & ij quoq; ipsam benedixerint, quæ digna sola inuenta esset parere saluatorem mundi. Huiusmodi & plures alias habere potuit contemplationes, tantisper dũ filius sibi rursus in die resurrectionis apparuit summa cũ gloria & maiestate. Vbi tunc rursus illud dicere potuit: Magnificat anima mea dominum, spiritus quoq; meus exultauit in deo salutari meo. Sed & amarissima passio Christi utiliter ab omnibus consideretur, nõ sine fructu & utilitate preciosissimi illius sanguinis effusi. Nos ĩq; ad dominum deum patrem omnipotentem clamantes in orationibus nostris, sic dicamus: Respice quæsumus domine deus noster, oculis misericordiæ tuæ super hanc familiã tuam, pro qua dominus noster Iesus Christus non dubitauit manibus tradi nocentum, & crucis subire tormentum, per eundem Christum dominum nostrum, Amen. Oratio.

PIA ET SANCTA PRECATIO *Christianissimi cancellarij Iohannis Gersonis.*

Iesu uere totius mundi saluator, concede nobis per passionis tuæ uirtutem, quod & pendere fixi in cruce pœnitentiæ, & talem mortificationem concupiscentiæ & uitiorũ habere possimus, q; spũs noster se tibi totũ dedat per eleuatam contemplationem & in cælis conuersationem: uti q; corpus nostrum sepultum sit in pace & tranquillitate, sine damnabili tentatione passionum: ut reddatur uelut immortale per abundantiam gratiæ tuæ, etsi imperfecte in præsenti uita, perfecte tamen in resurrectione nostra per gloriam. quod concedat nobis Christus Iesus per meritũ benedictæ passionis suæ & glorioſæ resurrectionis suæ, Amen.

PASSIO HAEC IN-GOLSTADII PRAEDICATA

est per D. Eckium, & per eundem in hanc formam redacta Anno 1512. deinceps trãsla ta Anno salutis 1532. die 28. Octobris



ALIA PASSIO, SED BREVIOR.

Quæ utilitas in sanguine meo, dum descẽdo in corruptionem? Psal. xxix

TAm amara fuit passio Christi, ut eam uel exprimere, uel cogitare satis nec hominis lingua sufficiat, nec animus. Amarissima enim fuit, si eos qui continuis ipsum supplicijs afflecerunt respicias, quoniam amarulentia & odio pleni erant: neq; dira adeo excogitare potuerunt supplicia, quin ea inferre domino modis omnibus elaborarent: suumq; sic in ipso uesanum animum explerent, citra tamen omnem illius noxam, sicut iam ante discipulis suis dixerat: Quia uiderunt me, atq; oderunt & me & patrem meum, ut impleretur sermo qui in lege eorum scriptus est: Quoniam odio habuerunt me gratis. Johan. 15 Psalm. 34.

¶ Deinde nõ minus amara fuit Christo, quando & ipse omnium hominum tenerrimus extitit, corpusq; habuit ex purissimis & sanctissimis sanguinibus uirginis coalitũ. Et sic complexio illius nobilissima, dolores tantos magis persensit, quàm ullus hominum sensisset: sicut & oculus uel leui ictus bacillo magis offenditur, quàm tergum fuste aut fude contusum. Atq; hæc omnia peccator durissime, CHRISTVS passus est non propter se, sed ut sic mederetur cicatricibus & uulneribus peccatorum tuorum. Vsq; adeo unigenito & proprio filio suo nõ pepercit deus, quin pro nobis omnibus traderet illum. Roma. 8.

¶ Nunc uero peccator attende, quisquis aures habes audiendi, arrige, quæstionem ausculta quam CHRISTVS tibi proponit, (quamuis iuxta contextum formet illam deo patri, ne se patiatur corrumpi more aliorum hominum, ut eleganter exponit Augustinus) En itaq; ille te quærit, me quærit, quærit omnes, & ait: Quæ utilitas in sanguine meo? Ita enim deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum tradiderit, inquit Christus ad Nicodemum. Paulus quoq; dicit, Christus Iesus uenit in hũc mũdũ peccatores saluos facere. Et rursus ad Galatas: Cũ iam uenit plenitudo temporis, misit deus filium suum, factum Augustin. Johan. 3 1. Tim. 3 Gala. 1

Augustin. ex muliere, factum sub lege. Ad hoc ergo Christus uenit, in hoc natus est, ideo defatigatus, prædicauit, miracula fecit: ideo passus, crucifixus, mortuus est, ut nos diabolicæ potestati ereptos, liberatosq; à morte & inferis, adsereret militiæ cælesti. Quando autem plurimi proh dolor sunt homines, qui quamuis dira durissimaq; hæc Christi supplicia nec agnoscunt, nec intuentur, nec pro tanta tam pretiosi sanguinis effusione Christo gratias agũt, idcirco eos admonẽs, quærit ille & ait: Quæ utilitas in sanguine meo?

Bernar. Sanguis hic, inquit Bernard⁹, pretiosissimus utiq; ẽ, adeo ut si guttula illius in una lance posita, ex altera uero animę omnes, omniaq; omnium hominum penderent peccata, unica illa gutta ijs omnibus prævaleret. Et tamen plerique hominum hunc tam parui æstimant, ijs præsertim temporibus, quibus nihil ram abũdat, quàm mores mali, scelera, omniaq; genera flagitiorum: atq; quod maximũ est, nihil ferè iam uel dici, uel tractari, uel uẽdi potest, ubi nõ sacramenta Christi, sanguis Christi, uulnera Christi intermisceantur & simul uendãtur. fastuosos taceo, imò scurras impudentissimos, qui iam ne loqui quidẽ possunt quicquam, ubi non uulnera, passionem, sanguinem, mortem, sacramenta Christi inserant, quo deum blasphemãt & ad iracundiam prouocant.

¶Ignominiosum id quondam in abiectissimis & infimæ sortis hominibus habebatur: nunc laudi ducitur, impune nũc iurare licet omnibus, etiam ciuibus, optimatibus, opificibus, rusticis, proh mulieribus quoq; garrulis, & pueris uixdũ è testa progressis. Quid quòd innumeri adhuc homines in suis pseuerãt erroribus, in quibus omnibus passio Christi utilitatis nihil habet? cuiusmodi sunt Iudæi, Turcæ, Sarraceni, & tot peruersi Christiani. Recte ergo & consulto Christ⁹ inclamat: Quæna utilitas in sanguine meo? quid cõmodi in tantis supplicijs? qui profectus ex amarissima morte? Sed nos impetraturi dicẽdi audiendiq; copiã & facultatem apud deum, passionem Christi acerbissimã corde & ore ueneremur, & priusquam orationem dominicam dicamus, alacres cantemus: O crux aue spes unica, hoc passionis tempore &c.

NEQVE ERAT OPERAE PRECIVM, neq; consultum uidebatur, textum euangelistarum hic denuo ponere, quum satis sit, illum in superiori passione ad longum recitasse. Nũc summatim omnia in sex effusionibus sanguinis Christi perstringere sufficiat.

ARTICVLVS PRIMVS DE PRIMA preciosissimi sanguinis Christi effusiõe, quæ facta est in monte Oliueti, dum prostratus oraret.



QVAE VTILITAS IN SAN
guine meo?

¶ Videte chariſſimi ſpectaculum, ſed horrendum, ſed miſerabile, Chriſtum aſpicite humi proſtratum, ſuper faciem ſuam iacentem, expanſis manibus, non genua tantũ (ut pingunt ſolita ſua licentia pictores) flectentẽ, ſed toto corpore pronum, undiq; dolore & anguſtia circundatum adeo, ut ſanguinem exudaret. Si enim nos dum angimur, ſudorem frigidum emittere prouerbio dicimur, quo mœrore confectus fuerit dominus, nec ſudorem tantũ, neq; illum frigidum, ſed & ſanguineum ex ſe guttatim diſtillãs, idipſum ille etiam uerbo teſtatus, dixit: Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem. Sudor hic argumentum certum eſt nobis acerbiſſimę paſſionis Chriſti. quia quis unquam homo in tanto mœrore, luctu & triſtitia fuit, ut etiã ſanguinem ſudârit? Inauditus igitur ille ſudor, inauditum ſignificabat angorem. Sed quia impii quidam & ingratiſſimi Chriſtiani Chriſto improperantes anguſtiam hanc, ſudorem & ſanguinem illi exprobrant, merito conqueritur & interrogat: Quæ utilitas in ſanguine meo? Quærentem autem hic mihi audire uideor aliquem, quæ cauſa tam admirandi fuerit ſudoris, Iudæorum adhuc nullo præſente. Ei ſane reſpondeo, dicens ex multis præcipuas cauſas tres eſſe, quarum prima eſt: Cũ iã ratio in Chriſto aperte & manifeſte indicaret ſenſualitati omnes pœnas imminẽtes, toram'q; adeo paſſionem, uelut ab oculos proponeret, & ex illo uirtutes animæ, ipſius'q; etiam corporis ſenſibiles ſpiritus omnes cõmouerentur, per omnia membra, per'q; ipſas ſanguinis uectrices uenas, motus hic ſanguinem fecit erumpere. Et hæc ſane pugna eſt & agonia, hic conflictus, in quo Chriſtus conſtitit orans aduerſus mortem, inter rationem & ſenſualitatem. Quomodo Dauid quoq; rationem introducit loquentem animæ ſenſui, & conſolantem ipſam in hunc modum: Quid triſtis es anima mea? & quare conturbas me? Spera in deo, quoniam adhuc confitebor illi, ſalutare uultus mei & deus meus.

Dominus in monte Oliueti

Sudor ſanguinis.

Pſalm. 42.

¶ Ratio ſecunda eſt, quoniam ſic perturbatũ nouimus

hic dominum propter fugam discipulorum & peccatum Iudæorũ, & in uniuersum, scelera & delicta omnium hominum, super quæ fleuit. Atq; ideo etiam si omnis omnium, quotquot unquam uixerunt, hominum contritio in unum conferretur pro peccatis, illa tamẽ quam hic Christus habuit, maior esset: quoniã ipse melius omnibus cognouit offensam dei ex peccatis hominum, peccatorũq; grauitatem, & ortam hinc hominum communem miseriam. Tertia porro causa tantæ in CHRISTO angustiæ est hæc, quoniam ille iam tum futurum præuidebat istã hæreticorum Iudæorumq; dissectionem, & malorũ Christianorum defectionẽ, in quibus passio sua tota, omnisq; ille sanguis effusus periturus erat, adeo ut uix unum in cruce latronem acquireret, discipulũ uero uicissim unum perderet. Neq; etiam asperrimæ spinæ, è quibus corona CHRISTI contexta fuit, caput illius ita afflixere, ut animam eius peccata tua pupugerunt: Imò, ut grauius quid addam, delicta hominis, eius maxime qui damnatur, maiorem illi dolorem incusserunt, quàm flagella, uirgæ, clauí, lancea & quicquid denique suppliciorum ei intulerunt Iudæi, ut merito tunc cogitare uel etiam dicere poterit illud, Quænam utilitas in sanguine meo? illúm ne in tot hominum myriadibus adeo perire, ut pro nihilo haberent isti terram desiderabilem, terram uiuentium? Vnde recte ab illo dominus introducitur, homini peccatori sic loquens: O homo, uide quæ pro te patior, non est dolor sicut quo crucior. Ad te clamo, qui pro te morior: uide pœnas, quibus adficior: uide clauos, quibus confodior: uide lanceam, qua transfigor: & cum sit tantus dolor exterior, extat interius planctus multo grauior, te dum ingratum tantum experior.

Ambrosi.

Chrysost.

Psal. 105

Philip. Paristeñ.

¶ Disce hinc quisquis es, qui ex sanguine CHRISTI fructum speras & utilitatem, timere mortem: quam & CHRISTVS dei filius exhorruit, quia naturaliter illa terribilium omnium longe terribilissimum est. Neque malum est eam tum metuere, tum pestis tẽpore fugere, quã CHRISTVS etiam non semel fugit, iam in Galilæam secedens, iam manus Iudæorum euadens, aliàs per medium ipsorũ transiens, nonnunquam sese abscondens.

Aristotel.

Ioã. 11. 7
Luc. 4
Iohan. 8

¶ Disce imminente iam mortis articulo, uoluntatem q̃ tuam uoluntati attemperare diuinæ: Domine, proroga aliquantulum mihi uitam meam, uerũtamen nõ sicut ego uolo, sed sicut tu.

¶ Disce, cum ægrotas, uel multũ orare, uel alios apud te orantes habere, cum uideas Christum & hic in agonia, & tandem in cruce iamiam moriturum pro crucifigentibus se orasse, animamq; suam in manus paternas cõmẽdasse. Præterea quilibet moriturus ultro & uoluntarie mortẽ suam, mortisq; amaritudinem offerat deo pro remissione peccatorum suorum: quæ sane tũ efficax est medicina magni mali, tum uero deo adprime placẽs. fieri enim potest, ut homo aliquis tam uoluntarie mortẽ obeat, tantaq; alacritate dolorem mortis offerat deo, ut eodem momento & moriatur, & de salute certus uiuat in cælo. Quicunq; ergo apud morituros homines commorantur, hoc unũ eis sæpius ingerant: quia melius est lõgeq; utilius, quàm mille cucullis intrudi, quamuis idipsum etiam non usq; quaq; sit inutile. Nõ enim solum ad pœnitentiam pertinet, pœnam sibi uoluntarie infligere, sed etiam pœnam inflictam patienter sustinere. Gerson.

¶ Disce uero omnium maxime tu peccator, de propriis etiam dolere peccatis, cum uides Christum tantopere afflictum ex alienis.

¶ Postremo disce pios animi tui adfectus iã hodie eleuare, excitare & exercere corã imagine Christi in monte oliueti prostrati, sed & aliâs toto anno quoties montem oliueti præteris, huiusmodi quid ora: O domine Iesu Christe, propter acerbissimam agoniam tuam & sudorem sanguinis, aufer à nobis omnes dolores nostros, tribulationes & miserias.

¶ Sunt qui etiam hodie pietatem suam tum declarent, tum exerceant corã uenerabili sacramento, quod hoc uesperi institutum esse constat. hoc tamen Christiana habet ordinatio, ut sacramentum illud iam tantum colas & uenereris in commemorationem dominicæ passionis. Atq; ideo nullum sancto adfectui tuo modum præscribo: quin potius si te plus afficit mons oliueti, ora ibidem. Sin magis animum tuum permouet & demulcet sanctissimi sacra

menti præsentia, coram illo precare dominum, & passionem suam recole. At nos iam quoq; passionem illam & mortem Christi, sanguineum q; sudorem uenerãtes, oremus & dicamus: Pater noster qui es in cælis.

QVOMODO CAPTVS DOMINVS *et pontifici sit præsentatus, atq; de negatione Petri.*

QVAE VTILITAS IN SANGVI *ne meo?*

¶Contemplare hic mihi diligenter, quomõ dominus dem q; deus tuus Christus Iesus, à peccatoribus capitur ligatur q; : quas ibi sustinet contumelias, quæ opprobria, quantos q; dolores: quæ illi uerbera, iam percutiẽdo, iam huc illuc detrudendo, inferunt Iudæi, omnium qui in ciuitate erant, uelut delectu habito, sceleratissimi: quorum impetum, furorem, tumultum ecclesia adhuc repręsentat pulsibus istis, in triduanis ijs matutinis fieri solitis. Aut nõ Christo fuerit molestissimũ à proprio apostolo Iuda tradi, à cæteris omnibus derelinqui, solũ q; se in mortẽ abduci? sicut iã olim prędixerat per os Dauid sui fidelis, dicẽtis, Longe feciſti notos meos à me. & per Isaiã, Torcular ego calcaui solus, & nõ est uir mecum ex gentibus. Psalm. 87. Isaię. 63

¶ Deinde considera alapam istam grandem & miserabilem, quam uesanus seruus domino dedit, armatus utiq;, tantam, ut totum concuteretur corpus illius & contremisceret, erumpente dehinc sanguine & largiter ex ipsis naribus emanante. Oportet autem maximam alapam hanc fuisse, deinde magnũ quid eam designasse, quam deus per tres prophetas tanto tempore ante prædixerat. Sic enim Iob dicit, Aperuerunt super me ora sua, & exprobrantes percusserunt maxillam meã, satiati sunt pœnis meis. Per Ieremiam quoq; ait dominus: Dedit maxillã percutienti. Et Micheas, In uirga, inquit, percutient maxillam iudicis Israel, Et magna iraq; & molestissima domino fuit hæc ala Alapa. Iob. 16 Threno. 3 Mich. 5

pa, non sine impressa faciei cicatrice maxima. Quidq; mirum, si uel ignis de cælo lapsus eum deuorasset, sicut Sodomam perdidit & Gomorrham: uel terra illum sicut Dathan cum sociis suis dehiscens absorpsisset, uel irruens ex sylua leo siue aper deuorasset, sicut de Eliseo & Chutæis legitur: uel subitanea statim morte correptus fuisset, sicut Sapphira & Ananias, uel saltem brachiũ ei exaruisset, sicut ficus? Nunquid enim temeritas fuit extrema, stolidũ istũ & abiectissimum seruum sibi tantum sumere, ut filiũ dei loqui doceat, sapientiam dei erudire præsumat, eũ à quo omnis in cælo & terra est sapientia, quiq; linguas infantium facit disertas, instituere cupiat? O immensam dei patientiam, quæ non statim se uindicauit. Et tu igitur infelix homo, humani generis peruersam malitiam considera, dominus Iesus à seruo cæditur, creator à creatura percutitur, à peccatore deus. neq; dubitat hic Chrysostomus seruum hũc fuisse Malchum, ut eo maior fuerit iniquitas, quo ingratitudo deterior.

Genes. 19
Nume. 16
4. Reg. 2. 17.
Actuũ. 5
Matth. 21
Bernar.
Chrysost.

¶ Sed iam te quærere audio, (neque enim absurdum neque inconueniens est, concionatorem talia propter simpliciores mouere, quia mirum quàm illa manifestissima fidei ignorent) qui fieri potuit, ut supplicia pateretur Christus, qui ut uerus deus, fuit utique impassibilis? Verum est sane hoc, & Christus quidem in natura diuina impassibilis est & immutabilis. quia autem in illo naturæ duæ sunt, diuina & humana, sic secundum naturam humanam tantum patitur, quamuis existentibus sic in unica persona naturis duabus, persona illa propter geminam naturam, deus uerus est & homo, ideoq; ei utriusq; naturæ officia tribuunt, ut quũ dicimus, deum passum, mortuũ, sepultũ, quoad humanitatem intelligendum est. Rursum de Christo dicentes, qa homo deus est, homo cælum creauit & terram, ad diuinam naturam respicimus. Sic uerum corpus hominis habuit Christus, carnem sensibilem, animam humanam, totaq; hæc communicatio est idiomatum seu proprietatum. Sed adhuc quæris, quo tandem modo pati potuerit Christus, quũ etiam ratione humanitatis fuerit beatus, adeo ut glorioſa anima sua à principio habuerit aspectum & uisionem essentiæ diuinæ, qũ

Augustin.

& beati nihil mali queant pati: imò si fieri posset, ut quis- Sapien. 5
quam beatorum apud inferos detineret, ab igni nihil adureretur. Ad hæc respondendum est, in beatitudine tria esse, uisionem, fruitionem & delectationē. Quamuis ergo anima Christi beata fuerit in uisione simul & fruitione es Augustini
sentiæ diuinæ, ita ut iam beatitudo illa operari hæc duo debuerit in Christo, facere scilicet, ne anima eius quicquā tristitię aut corpus aliquid doloris persentiret: deus tamē per suam bonitatē redimendi generis humani gratia, animam Christi utroq; illo priuauit: sicq; admirabili quodā & miraculoso modo fecit, permisitq; animam eius tristari & corpus pati, neq; quicquam beatitudinem illam animæ influxisse in exteriores animæ uirtutes, neq; redundare in corpus quoad sensualitatem.

¶ Quo maiores Christo gratias agere debemus, quòd quum à principio futurus erat corpore & anima impassibilis, immortalis & sine omni dolore, tribus tamen & triginta annis propter nos solummodo, gaudijs tantis priuari se uoluit. Tu uero hinc disce socerum tuum uenerari & amare, considerans Caipham hunc, q quū anni illius pontifex esset, per uices tamen magistratum hunc Annæ socero relinquebat: sicq; ambo Simoniaci erāt, ut q illum pecunijs coēmerant. quamuis id quoq; in contumeliam & ignominiam Christi factum est, quod ad Annam priusquam ad Caipham ductus est. Tibi tamen hoc consulitur, & mādato charitatis etiam præcipitur, ut diligas socerum tuum. Veruntamen cum eo noli consiliari, sed à zelantibus te absconde consilium tuum, ait Sapiens. Disce hinc serue, non assentari domino tuo, sicut hic Malchus placere uolens hero homini, offendit dominum deū. neq; ipse peccauit tantum, sed peccandi occasionem suo etiā domino dedit, dū super eius malitia complacentiā haberet, neque eum corriperet, fefellit igit & se, & dominum suū, sicut Sapiēs dicit: Simulator ore decipit amicum suum. Quā- Eccl. 37.
to præstiterit, fuisse hic Annæ duq; aliquem obiurgatorē, Prouer. 2
q̄ assentatorē, q eum in proposita malitia confirmauit, iuxta illud Sapientis: Melius est à sapiēte corripi, quàm stul Eccl. 7
torum adulatione decipi. quia sicut sonitus spinarum ardentium sub olla, sic risus stulti.

¶ Discite exemplo hoc potentes, non quibuslibet credere, qui blandiuntur: quia dici nõ potest, quanta hæc sit in aulis principum pestis adulatio, quæ excęcat omnes, si modo uerum est illud Augustini, plus persequi linguam adulatoris, quàm manum persequentis. Quid multa? hostes nostri sunt oẽs assentatores & scintillę diaboli, inqt Hieronymus. & rursus super psalmos, nihil est quod tam facile corrumpat animos sicut adulatio: quia plus adulator lingua nocet, quàm persequutor gladio. Sed non est plura iam de ijs dicendi locus, dum non sequuntur domini illud Senecæ consilium, Claudendæ sunt aures adulatoribus. Proh deum immortalem, ąties cũ potentissimis cõueniret & magnatibus, si p seruos liceret & adulatores?

Augustin.

Hieronym. super Isa.

Seneca.

¶ Disce præterea consilia euangelica non debere ad literam intelligi, sicut hic aperte uides. Christus enim cum consuluisset cæsum in maxilla una porrigere debere percutienti & alteram, id tamen hic ipse non fecit, neq; illud tantum nõ fecit, uerbis insuper eum adoriri cœpit & dixit: Quid me cædis? ipso sic opere docẽs non se uoluisse consilia sua ad literã tantũ debere intelligi, qñ sic ea neq; ipse seruauit: sed succosus ille & solidꝰ intellectꝰ ẽ, ut quisq; animo suo sic institutus sit & comparatus, ne quicq; proximo neget, quin potius id quoq; ad ædificationem proximi paratus sit sufferre. Sic autẽ CHRISTVS quoq; bene obfirmato animo fuit utiq;, dum non maxillas tantũ percutienti, sed & corpus totum pro nobis tradidit affligentibus, & ita plus intelligi debet de præparatione cordis, quàm exhibitione operis. Dictu mirum est, quàm dici multa possent de neochristianorum insigni tũ stoliditate, tũ imperitia, qui quęlibet Christi consilia præcepta facere cupiunt: quibus si non resisteremus, breui futurũ eẽt, ut ab ijs omnino profligaremur. Et tamẽ utut clamẽt ipsi consilia Christi omnia præcepta esse, nec consilia tamen seruant, nec præcepta, ore tantum Christum confitentes & fidem. lites enim & causas agunt pro iudicijs, fratres istos hortenses, communitatem rerum omnium introducere molientes, minus omnibus ferre possunt, cane peius odiunt & angue. Miseram istam tumultuantium rusticorum turbam quam excitauerant ipsi, nonne trucidârunt

Matth. 5.

Augustin. in sermone domini in monte.

quoq; nonne arma contra eos mouerunt ut alij? nō quidem in hoc peccantes, sed tamen sibi ipsis aduersati. Lutherus cum negasset bella aduersus Turcas esse gerenda, paulopost miserandas rusticorum cohortes sui ipsius scriptis seductas, neq; semel ab ipso defensas, cædi, trucidari, occidi iussit, indulgentias nobilibus omnibus in hoc elargitus, qui imperitum & rude uulgus mactarent, cæderēt, perderent. Ad hæc sathanæ eos tradidit. O hominem nequissimum, indulgentias paulo ante in bono usurpatas, sustulerat: deinde easdem conferre conatur super occidēdis trucidandisq; miseris hominibus. Sed quid mirum? q̄lis euangelista, tale ipsius est euangelium. periculum est, ne precios̄us Christi sanguis in ijs & omnibus eorum sequacibus perierit. Nos deū subinde oremus, ut nos ab omni infidelitatis & hæreseos contagio custodiat, ne in nobis quoq; sanguis Christi depereat. Colamus & ueneremur glorios̄am Christi passionem, ne de nobis ille conqueratur & dicat: Quæ tandem utilitas in sanguine meo? oremus igitur & dicamus: Pater noster qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum, &c.

DE FALSIS TESTIMONIIS SVper Christo adductis, & de illusione eiusdem.

QVAE VTILITAS IN SANGVIne meo?

¶ Euigila, erigere, & excitare anima fidelis, contemplare quæ & quanta pro te subijt supplicia dominus deus tuus Christus Iesus, adductus enim est ad iniquissimum & Simoniacum pontificem Caipham, similiter & Annam, istius in omni impietate socijū: utriq; tamen ille etiam inique rogatus, uerbum malum nullum fecit, neq; se indignum. Aut non molestum fuerit domino, anxie adeo super se undiq; conquiri testimonia? Non fuerit illi ingratum, à posterioribus duobus testibus & uerba sua & sen-

tentiam sibi non inuerti tantum, sed etiam in sensum alium diuersum quoq; torqueri? Non ei ima commouerit uiscera, dū clamarent, ipsum reum esse mortis? Iudæi enim quamuis forensis iudicij ad capitis condemnationem potestatem non habebant, penes ipsos tamen erat ius decernendi ex legis præscripto, quo facto, reum capitis declaratū Romano offerebant præsidi. Meditare qd ignominiæ, doloris & tristitiæ susceperit dominus, dum conspueretur, uelata facie alapis cæderetur, cæterisq; modis oīnibus indignissime tractaret. siquidem communis hæc doctorum sententia est, captū esse sub nocte media dominū, atq; abductum ad Annam: ibidem rem productam usq; ad primam mediæ noctis horam: dehinc primates & potentiores (ita ut fit) dormitum se contulisse, innocentem uero dominum furibundis seruis cruciandum, affligendum & pro nutu uesaniæ suæ tractandum reliquisse: sicut adhuc Hierosolymis locus peregrinantibus ostendit, in quem reliqua noctis illius parte dominū abdiderūt, tāti sper dū mane facto illū rursus educerent.

¶ Disce hunc falsum testimonīū neq; de alio dare, neq; in illud consentire, quia falsus testis interibit, & falsitas hæc impune non abibit: tribusq; adeo falsidicus testis fit obnoxius: deo quem contemnit, iudici quem decipit, innocenti quem lædit. Consideret igitur quisq; quid agat, quidue testetur, quoniam quicquid alter damni patitur, hoc ille reponere tenetur, qui testimonium de eo falsum perhibet. Sed hic iam quæstio nascitur: Quando senatus Iudæorum totus & pontifices anxie adeo testimonia super Christum conquisissent, tandemq; duos testes iniq; produxissent, qui fit quòd eorum & quæ de templo adduxerant testimonia, neq; apud Pilatum, neq; Herodem, uel uerbo meminerit minimo? Respondetur ad hoc: Quoniā postquam Christus filium dei se esse dixerat, omissis prioribus, unico illi insistebant, quod & pro blasphemia habebant: uidebanturq; sibi ex eo fundati esse in accusando Christo, & in quo maiorem haberent apparentiam iustitiæ, quàm in tēpli destructione, sicut & ad extremū coram Pilato plurimū illud exaggerabant. Verū oīa hæc ita hic fiebant, sicut in causa iniqua accidere solet, carebāt omni

Prouer. 21. 28

Isidorus.

fundamento, querelam solidam nullam habebant, ex liuore & odio faciebant omnia. Quid igitur mirũ, si ira ex uno errore in alium prolapsi sunt, rati seditionem moliri Christum, ideoq; affligendum, ut Theodam & Iudam Galilæum? Actuũ.5

¶ Disce præterea hinc non blasphemare dominum & Christo supplicium suum, sanguinem, angustiam & mortem non exprobrare iurando. quisquis enim temere uel incõsiderate uel ex consuetudine praua iurat, capitaliter peccat, sicut secundo decalogi præcepto docemur. Iudæi sane grauiter in blasphemos animaduertebant, audiẽtes quoq; blasphemari deum, scindebant uestimẽta sua. Atq; ideo hic etiam quamuis Christus deum non blasphemauerat, sed honore debito adfecerat, Caiphas ut blasphemiam uel suo gestu & exemplo persuaderet circunstantibus, scidit uestimenta sua. Mos ille si nunc quoq; duraret hoc infelici & impio seculo, unde tot petendi forent sartores, qui scissas ex blasphemia uestes nobis consuerent? tam inoleuit perdita ista deierandi consuetudo, ut laudi ducatur & uirtuti. Leui.24

¶ Disce autem & deum colere exemplo CHRISTI, qui uerbis inique super se testantium nihil omnino respondit, adiuratus autem à pontifice per deum uiuum, dedit gloriã deo, & confessus est (in quo ei summa uitæ suæ stabat) esse se filiũ dei. Et tu igit dare deo gloriã ne dubita, ueritatem libere fateri caue diffidas, etiam capitis tui periculo: quia quisquis Christũ cõfitet corã hominibus, cõfitebitur illũ deus quoq; corã patre suo qui ẽ in cælis. Disce nihil intermittere metu hominũ, qd facere teneris. tales em̃ ijs cõparãtur, qui faciẽ Christo suã uelârunt: cuiusmodi sunt, quos plene cõfiteri pudet, & alia opera bona exercere, ut in urbibus & oppidis Lutheranis quidã faciũt, qui dũ catholici haberi cupiũt, cũ cæteris tñ catholicis nõ cõmunicãt, neq; suos relinquẽtes hæreticos ad illoꝝ sacra ueniũt, domi potꝰ cũ suis cõfitẽt & sacramẽtũ suscipiũt. Li qd aliud faciũt, nisi qd iuxta uerbũ Iohãnis, magis amant gloriã mũdi quã dei? Quis possent nõnulli hoc prætexere, se in hoc male non agere, dum illud in cœnobijs facerẽt, metuẽtes ne si id magistratus eoꝝ & noui episcopi re- Luce.11 Johan.12

sciscerẽt, etiã ablato ab eis cœnobio, abigerentur ab illis.

¶ In uniuersum tamen quilibet Christianus nõ plane, neq; integre confitens, Christo faciem suam uelat. Quid autem etiam hoc proderit homini, si totum mundum lucretur, animam interim suam perdat? Quis dubitat uero in tanto insanientiũ seruorũ tumultu, dominũ, dũ cæderetur, hinc inde truderetur, & indignis modis tractaret, rursus sanguinem suum effudisse, tam crudelem præcipue suscipiens alapam? Nos pro amarissima sua passione, & sanctissimo sanguine effuso, gratias agentes illi, dicamus: Pater noster, qui &c.

Matth. 8

QVOMODO ABDVCTVS AD PILATVM DOMINVS, *inde ad Herodem missus, & ab eo rursus ad Pilatum ductus, ad extremum post flagra & illusiones multas corona spinea sit coronatus.*

Quæ utilitas in sanguine meo?

¶ Hic iam bis sanguinẽ suũ pretiosum effudit dñs, inter flagra & spinas coronæ. Vbi tu contemplare, q̃ cõremptu, quanta ignominia ductus sit ille clara luce in prætorium Pilati coram toto populo: quia tunc Hierosolymis ad diẽ sanctum & solennem festiuitatem, totus Iudæorum populus conuenerat. Christus uero iam prope spũ carebat, tota nocte nihil dormierat, sed tractatus, huc illuc adductus à Iudæis penè usq; ad auroram fuerat. Quanta autem pro summis suis beneficijs recepit opprobria? quem non sustinuit contemptum? dæmoniacos eorum liberauerat à spiritibus immundis. cæcos, claudos, surdos, mutos sanauerat. leprosos mundauerat. febrientes, paralyticos curauerat. suscitârat mortuos. fame afflicta nunc quatuor, nunc quinque hominum millia satiauerat, optimis quibusq; doctrinis instituerat. Et pro omnibus illis uicissim ab eis adcusatur, cæditur, illuditur.

Cogita hic & meditare, quomodo Christū Herodes pro scurra habuerit, quomodo petito ab eo signo, cōtempserit sapientiam dei, ueste alba indutum Pilato remittens dominum. Fuit autem Herodes hic filius eius, qui infantes trucidauit innocētes, cuius furorem ut euitaret Christus, in Aegyptū fugit, quem sicut infantem inquisiuit pater, sic filius iste in eiusdem mortē consensit. Hic ille Herodes fuit, qui Iacobum occidit apostolum, uidensq; placere hoc Iudæis, apprehendit & Petrum. Tantum uero iusto dei iudicio condignum tantis sceleribus sustulit præmium. grauissimo enim correptus est morbo, membra ei omnia facta sunt tremula. uermes & pediculi nati in oīi corporis parte, spiritus interruptus, & totus fœtore corruptus anhelitus, adeo ut illum sustinere nemo posset. Herodes. Matth. 2. Actuū. 12.

¶ Iniquitatem præterea meditare & considera tumultuantium Iudæorum, qui qua erant tum peruersitate, tū cæcitate, maluerunt præ Christo Barabbam eligere, eum qui mortem sceleribus & flagitijs meruerat, præponentes illi qui omnia uiuificat, idq; tantum persuasi consilio Phariſæorum. Quàm diuersum uero est, quod nunc agūt, ab eo quod die Palmarū cōclamauerant: Benedictus qui uenit in nomine domini. Hodie pro latrone contemnit & homicida, pro seductore habetur, quem benedictū pauculis ante diebus dixerunt, eum nunc tolli & crucifigi postulant. 1. Tim. 6

¶ Vide & infelicem Pilatum, quomodo ipse quoq; furore tumultuantium Iudæorum compulsus est, ne expectaret responsum Christi, quod uel solum ipsum à proposito conuertere potuisset. Sic Augustinus inquit: Credo, cum dixisset Pilatus, quid est ueritas, in mentem illi uenisse continuo consuetudinem Iudæorū, qua solebat eis dimitti unus in pascha. Et ideo nō expectauit ut responderet eis Iesus, ne mora fieret, si recoluisset morē, q̄ posset eis per pascha dimitti, quod eum ualde uoluisse manifestum est. Doctores alij hic se exercent in eo, quid dominus Pilato responsurus fuerat si expectasset. In euangelio Nazaræorum aiunt nonnulli scriptum esse, quoniam responderit, ueritatem de cælo esse, & non in terra. Quidā adfirmant eum dicturum fuisse illud, quod est apud Iohā- Augustin.

Johan.14 nem: Ego sum uia, ueritas &, uita.

¶ Quæris autem, cur tandem Pilatus responsum hoc de ueritate non expectârit. Respondetur, sicut iam ex Augustino adduximus, sciuisse eum quòd ex odio & inuidia traditus esset à Iudæis: ideóque modis omnibus uel hac sola dimittendi aliquem uinctum cõsuetudine elaborasse

Chrysost. ut Christus dimitteretur. Vbi prudentiam aduerte Pilati. non enim dicebat, Dimittite illi, si quicquam peccauit propter imminentem festiuitatem: sed primo illum excusat, dicẽs nihil se in ipso inuenire morte dignum. Mox ex superabundanti cupit dimitti eum, si non ob suam innocentiam, attamen propter festum instans. Deinde latronem eis proponit improbum & infamem, homicidã Barabbam, ratus ipsos odio tanti facinoris potius innocentem dimissuros dominum, quàm tot flagitijs notatum latronem Barabbam. Vtq; eos magis mitigaret, regem illum uocat Iudæorum, quasi diceret: Si cuiusquam esset hic reus sceleris, ad quem potius res hæc pertineret, quàm ad me Romani Imperatoris in hac parte uicarium, cui ut maxime aduersum est, si qs regẽ se esse iactitet? Tamen id quoque omitto, neq; accuso: quanto magis uos pios in illum esse decet, & eundem dimittere?

Chrysost. ¶ Chrysostomus etiam aliam adhuc rationem adfert, cur responsum non expectârit Pilatus. ob rei ipsius magnitudinem & grauitatem. ait enim: Hoc pacto dominꝰ Pilatum paucis uerbis allicit, ut petat, Quid est ueritas? Sed primum rei ipsi instat. rogauit autem, quoniam tempus id postulabat. tunc eum de Iudæorum manibus eripere cogitauit, ideo exibat. Sunt qui opinentur Pilatum audito illo ex domino, de duplici regno, putasse ad se nihil pertinere, sicq; ex contemptu abijsse. Neq; desunt quidã existimantes indignũ fuisse Pilatum, qui responsum hoc audiret, eo quòd cum iudicij sui modum & formulam à ueritate esset auspicatus, ab eadem dehinc decidit ipe. Alij ex præsumptione ipsum hoc autumant fecisse. Nonnulli inquiunt, Pilatum ratum se à Christo aliquid hic auditurum ex lege & prophetis, quorum scripta nihili faciebat, quoniam gentilis erat. Quicquid id sit, ex quo fecit hoc Pilatus, constat male ipsum in eo feciſſe, quòd responsum

non expectauit. semper enim deinceps à ueritate defecit, Christumq; mox seruis flagellandum, illudendum & coronandum tradidit.

¶ Ob oculos cordis animiq; tui hic tibi propone & contemplare præcipuum quendam dominicæ passionis articulum. Quomodo sanctissimum Christi corpus columnæ iniectũ & adstrictũ, flagris cæsum est durissime, ad ipsam usq; preciosissimi sanguinis largissimã profusionem, quando tunc implebantur uerba Christi, quæ dixerat ante discipulis suis: Filius hominis tradetur gentibus, & flagellabitur. Gentilis erat Pilatus, Pilati serui flagellantes dominum, gentiles erant, uolentes in hoc placere Iudæis. Dicunt doctores largã hãc sanguinis Christi in sua flagellatione effusionẽ, satis futurã fuisse, p totius hũani generis redemptione. Hinc quæres igitur, cur mortuus sit Christus. In hoc sane tu immensam considera iustitiam dei, q cum redimere hominem, & ex faucibus diaboli potuisset sanguine illo Christi in coronatione, & inter flagra effuso eripere, ut tamen diabolo satis faceret, ipsumq; uinceret potenter, uoluit eundem & morte sua innocentissima superari, atq; sic hominem ab æterna morte liberari. Iterum interrogas, quare Pilatus quem sciebat innoxium, tam duriter cædi uoluerit & coronari. Eo nimirum, q̃d ipse probus ac uir bonꝰ non erat, aspiciens furibundos insanientium Iudæorum animos, quos nolebat offendere. Videbat ille apud eos nihil proficere innocẽtiam Christi, nec; eos festiuitati iam imminenti parcere uelle, quod tamen Herodes fecit, nolens nisi post pascha iudicare & occidere Petrum. Videbat nihil se promouere, etiam in electionẽ proposito homicida: sicq; cogitabat fieri haud posse, ut pace Iudæorum illum sineret impunitum abire, oblitus itaq; oñis iustitiæ, ut satis faceret furori Iudæorum, cõtra & præter æquitatem, innocentẽ tradidit flagellãdũ. Matth. 20. Actuũ. 12.

¶ Considera hic quoq;, quomodo sanctum & hactenus inuiolatum Christi caput crassis & durissimis spinis coronatum est. Spinæ autem istæ erant marinæ, præacutæ, longæ ad proportionem ferè minimi digiti, sicut adhuc uidentur in ciuitate Vuerdæa Sueuiæ, in monasterio ad sanctam crucem, ubi eas Fridericus Imperator dono

dedit, illæ caput Christi acerrime pupugerunt, & undiq; uulnerauerunt, quia eas summa uiolentia serui usque ad cranium adegerunt, emanante ex omni parte sanguine Christi sanctissimo. Potuit in hoc maximo dolore dicere dominus: Quæ tandem in te redundat ò peccator utilitas? sanguinẽ in te meum perire finis, quem ego propter te profudi copiosissime? Sunt qui asserant Christum uulnera habuisse quinquies mille, quadringenta, septuagintaquinq;. illa si tu pietate motus honorare uelles, orares quotidie quindecies orationẽ dominicam: & sic cuilibet uulneri oratio daretur dominica una, euoluto anni circulo. tantum enim conficiunt quindecies 365. Neq; uero mirum est, tot Christum habuisse uulnera, qui pro innumeris satisfacere uenerat peccatis, ut iam dicere potuerit illud Dauidicum: Vim faciebant, qui quærebant animam meam. Nonne quæ fierunt animam Christi, lancea in latere, clauis in manibus & pedibus, in capite spinis, in facie alapis, flagellis & uirgis toto corpore? Atque inter omnia hæc supplicia ad te ò durissime peccator clamat bominus: Quæ obsecro utilitas in sanguine meo?

Psalm. 37.

DOCTRINA.

Jeremi. 17

¶ Tu hic disce uulgi agnoscere instabilitatem, quem enim iam diligit, paulo post plusquam agresti & Vatiniano odio persequitur. Maledictus itaq; quisquis cõfidit in homine, quoniam inconstantia principum uernæ tempestati similima est. Ecce quàm gloriose dominum in urbem comitabantur Iudæi die Palmarum. Quàm ignominiose illum uicissim nunc tractant? Aut quis unquã chariorem habuit dominum suum quàm Iudæi Dauidem? & tamen cum primum se aduersus patrem suum commouisset Absalon, totus cum eo erat populus Israel à Dan usq; Bersabee, & sic iam senem persequebantur adeo, ut fugere cogeretur è regione sua cum paucis uiris exercitus sui. Eat iam quisquis uolet, & confidat in applausu populari. Disce deinceps hoc exemplo orare dominum, ne te pungant spinæ, néue affligant flagra peccatorum: quia multa flagella peccatoris, inquit Dauid. Si autem te deus ob peccata tua flagello ferit pœnæ temporalis, feras modeste, quando enim innocens dominus tam patiens fuit in

2. Reg. 17.

Psalm. 31.

Patientia

alienis peccatis redimendis, quid nos facere æquum est ꝑ
propriis? quomodo se Dauid quoq; in flagella paratum es Psalm. 32.
se dixit, & dolorem suum oculis suis continue obuersari. & 107.
atq; ideo, Paratum, inquit, cor meum deus, paratum cor
meum. Moueāt ad hoc te, quæ Christus pro te innocens
ipse passus est supplicia. Moueat te amor dei, qui homines
sæpe ex charitate affligi sinit, ut pater filios suos, quem-
admodum pulchre ad Hebræos scribit Paulus, adducens Heb. 12
in hoc dictum Sapiētis: Disciplinam domini fili mi ne ab Proue. 3
ijcias, nec deficias cum ab eo corriperis. Quem enim dili-
git dominus, corripit: & quasi pater in filio complacet si
bi, flagellat unumquenq; quem suscipit filium.

¶ Disce præterea neq; salutare, neq; adorare dominū
ridicule, similiter non aliud cogitare animo quàm lingua
ores, neq; aliud præstare opere quàm uerbis profitearis.
Nos aūt cōmunibus iam uotis largissimā illam p̄cioſi san
guinis Christi profusionem uenerantes, oremus quatenꝰ
à nobis flagella peccatorum nostrorum auferat pius ac
propicius deus, dicamusq;, Pater noster, qui es in cælis.

QVOMODO POST TANTA SVPPLICIA EXHIBI-

tus Iudæis à Pilato dominus, ad extremū morti est adiudicatus.

Sed quæ utilitas, clamat adhuc Christus, in sanguine meo?

¶ Hic iam contemplare anima fidelis, quàm miserabi
lis hic fuerit aspectus, dum Pilatus ex prætorio Christum
educeret spinis coronatum, totumq; iam sanguine ma-
dentem. Ecce homo, quàm inhumana passꝰ est supplicia.
Ecce hominem illum, qui cum sit etiam deus, quid nō ꝑ Iordanꝰ.
te sustinuit? Ad hanc exhibitionem Christi repræsentan
dam, adhuc quotidie ecclesiastico ritu in sancto missæ offi
cio, sacramentū iamiam confectum, toti monstratur po-

pulo, & ad designandum, quia sacrificium est. ipso itaque uelut gestu exprimere & dicere uidetur sacerdos eleuans corpus domini: Ecce homo. Homo, inquam, hominem illum uide, eundemq; deum & creatorem tuum Christum Iesum, pro te coronatum spinis, flagris cæsum, & ad extremum oblatum in ara crucis. Atque sicut illa uere facta sunt, sic eundem nunc in hoc altari offero sub speciebus panis & uini uelatum.

¶ Considera deinde quàm inique Christum accusarint Iudæi, dicentes q; se fecerit filium dei, cũ tamen à deo patre deus & ipse ab æterno genitus fuerit, quod & paterna uox testata est: Hic est ille filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Et idem ipse professus ẽ miraculis suis, testimonio Iohannis & scripturæ sacræ. Ex horruit hic quidem primulum Pilatus, & obstupuit, cogitauitq; Si hic filius dei est, nimium est quod flagris & spinis duriter adeo ipsum tractaui. Et tamen dictu mirum ẽ, quàm uersatili simul & uersuto animo Pilat⁹, uersa subinde mẽtis suæ sententia, arroganter potestatẽ sibi iactârit esse & dimittendi & crucì adfigendi Christum. ut sic nullam mereatur apud deum excusationem, uel septies etiã lotus in Iordane. Cogita insuper & uide Iudæorum insignem cæcitatem, qui dummodo Christum cruci adiudicatum haberent, non dubitârunt Christum pariter & deũ abnegare, dicentes: Quoniam regem non habemus nisi Cæsarem. Quondam cum Samuelem nollent amplius Iudæi iudicem, petẽtes regem, audierunt ex irato domino Samueli dici illud: Non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. Quod si ergo iam olim id accidit super uno petito rege, quanto plus isti ad iracundiam prouocauerunt dominum, dum abnegantes Christum, obliti dei, Cæsari se submiserunt gẽtili & idololatræ? Merito igitur etiam nunc Iudæi extorres & exules regione sua, sacri Romani Imperij serui sunt, neq; terram amplius suam nec ciuitatẽ nec templum, neq; sacerdotium, nec altare habẽt, nec sacrificium, neq; regem, iuxta quod eis prædixerat Daniel dicens: Post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus, & non erit eius populus qui eum negaturus est. Promissum sibi Messiam habuere Iudæi, & idẽ populus Chri-

Matth. 3

Joh. 5. 10

1. Reg. 8

Daniel. 9

sti electus esse debebant, quod hic coram Pilato abnegârunt, nolentes Christum habere regem, cum dicerẽt: Regem non habemus nisi Cæsarem. Non sunt itaq; iam amplius populus dei, sed gentiles in populum dei electum ad sumpti sunt.

¶ Tu uero interim hic mihi considera, quomodo Pilatus & Iudæorũ furore exasperatus & aliâs ethnicus, cõfessus tamen est innocentem esse Christum, omnemq; in Iudæos culpam retorquens, quamuis à propria pressus conscientia, manus tamen suas lauit: in hoc multo melior syncerioríq; iudicibus quibusdam Christianis, qui sine omni horrore conscientiæ, falsum iudicant & pauperes opprimunt. (Nota tamen, quod Tertullianus in Apologetico contra gentes, capite 21. inquit: Et omnia super Christo Pilatus, & ipse iam pro sua conscientia Christianꝰ Cæsari tunc Tiberio nunciauit. Vide, Pilatum dicit Christianum, licet aliquæ historiæ dicunt, quod sibi mortem cõsciuerit. Iosephus meminit, quomodo post decimum annum à Iudæa recesserit in Romam, mortuo iam Tiberio, nil autem de morte eius agit.) Tertulli. Pilatus. Li. 18. ca. 7

¶ Sed ecce quanto furore perciti fuere Iudæi, nõ Christum tantum & deum abiurauerunt, sed filios quoq; suos maledixerunt, dicentes: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. si enim quilibet sanguis innocens effusus, ad deum clamat de terra, sicut Abel suo sanguine testat, an non sanguis Christi etiamnum in hodiernum diem clamat ad deum, & uindictam petit super peccato? Dices autem, quomodo potest ista parentum culpa quicquã nocere filijs, quando dicit dominus, Quia non portabit pater iniquitatem filij, neq; filius iniquitatem patris, sed anima quæ peccauerit, ipsa morietur? Respondeo patrem non oportere sufferre filij sui iniquitatem ad pœnam æternam: quia sic quisque onus suum sustinet, & sic Iezechiel accipiendus est. Interea tamen in pœna temporali sæpe parentum peccata in se recipiũt liberi, sic filius Dauid mortuus est propter peccatum parentis, secundum quod Nathan dixerat ad Dauidem: Quoniam blasphemare fecisti inimicos nomen dñi, propter uerbũ hoc, filius q natꝰ est tibi, morte morieꝰ. Sic pepercit dñs Salomoni uicissim Gene. 4 Iezech. 18 Gala. 6. 2. Reg. 12 2. Reg. 12

3. Reg. 11 Propter Dauid patrem suum, dicens ei: Quia habuisti hoc apud te, & non custodisti pactum meum & præcepta mea quæ mandaui tibi, disrumpens scindam regnum tuum, & dabo illud seruo tuo. Veruntamen in diebus tuis non faciam, propter Dauid patrem tuum.

Filij puniuntur p parentib. ¶ Sicut ergo pater promereri potest filio suo apud deum, ut ei feliciter omnia succedant, ita rursus demereri potest ut pereat, similiter & mater. Quomodo dixit de⁹:

3. Reg. 14. Ecce ego inducam mala super domum Ieroboam, & percutiam de Ieroboam mingentem ad parietem. Simili

Gene. 9 modo cum peccasset Cham, patrem suum Noe inebriatū deridens, dixit Noe: Maledict⁹ sit Chanaan, seruus erit fratrum suorum. Cham peccauerat, & Noe filium post Chanaan maledicit. Idem non paulo apertius in Psalmis insinuat Dauid, inquiens: Fiant filij eius orphani, & uxor ei⁹

Psalm. 108 uidua. nutantes transferantur filij eius & mendicent, eijciantur de habitationibus suis. Et infra: Fiant nati eius in interitum, & in generatione una deleatur nomen eius.

Augustin. Vbi Augustinus manifeste patere inquit, quomodo reddantur peccata patrum in filios. Huc pertinet, quòd si patrem filius in malitia uitæ & morum improbitate sequatur, peccatum quoq; illi sufferre tenebitur, secundum q̃d in lege deus sic locutus est: Ego sum dominus deus tuus, fortis zelotes, uisitãs iniquitatem patrum in filios, in ter-

Exodi. 20 tiam & quartam generationem eorum qui oderunt me. Quia igitur filij & posteri Iudæorum, eorum quoq; malignitatis erant hæredes, simul cum ipso lacte materno sugentes inuidiam erga Christianos, & blasphemiã in Christum, sicut etiamnum uidemus eos ita liberos suos instituere, ut inter primos statim garrit⁹ maledicere discãt Chri-

Iudęi mali. stianis, Christum & Mariam contemptui habere, sacramenta spernere. Quid mirum, si super filios eorum & fi-

Psalm. 108 lios filiorũ sanguis Christi deuenit, iuxta illud Psalmi, In memoriã redeat iniqtas patrũ eius in conspectu dñi, & peccatum matris eius non deleatur. Nonne tibi innocens Christi sanguis sup Iudæos uenisse uidetur, in ipso iam olim excidio Hierosolymitano, ubi eorum ultra undecies centum millia occisa sunt, uẽditis alijs, alijs captis, nonnunquam Iudæis triginta uno denario diuẽditis, sic-

ut ipsi antea Christum triginta denarijs Iudæ exhibitis mercati fuerant? Non etiam Iudæorum capitibus adhuc imminere tibi uidetur sanguis Christi, dum per uniuersum terrarum orbem exules profligati sunt? dum sic ubique habitant, nusquam (ut ille aiebat) habitant, sed & in metu, timore & tremore peregrinantur inter Christianos, à Turcis uero adhuc durius tractantur. quod si non esset, neque apud Turcas miserrimis acciperentur modis, non est quòd eorum quenquam putes inter Christianos commoraturum, quòd istis est uel natiuum Christiani nominis odium. Væ autem, uæ inquam quibusdam principibus nostris & optimatibus ciuitatum ac nobilibus, qui tantam fœnoris & usuræ licentiam relinquunt Iudæis, subditos suos misere sic perdi & corrumpi sinunt, plurimumq; eis libertatis præbent quàm Christianis. Væ eis, dum patiuntur istos sanguinem Christianorum sugere.

¶ Iam uero hic mihi tu considera, quomodo deus, creator, idemq; redemptor tuus, iudex futurus totius orbis terrarum, uiuorum mortuorumq; omnium, hic condemnatur ab effœminato & inconstanti præside Pilato, qui & innocentem illum hactenus semper confessus erat, & tantum regem Iudæorum appellauerat. Mane enim præsentantibus Christum sibi Iudæis dixerat: Nullam in eo causam inuenio. similiter fecit cum reducerent eum ab Herode, ita ut prius ter innocentem esse eum confessus sit, quàm sineret flagellari primum. Dixit etenim semel: Causam in eo mortis nullam inuenio, emendatum autem dimittam. Deinde cum ex Christo quæsiuisset, Quid sit ueritas, egressus ad Iudæos, rursus dixit: Causam nullam in hoc homine inuenio. Iamq; laturus sententiam, iterũ innocentem se quoq; professus est à sanguine iusti huius. Nunc uero omnibus ijs prætermissis, tantum metu & timore humano sententiam tulit contra deum, aduersus Christum & suam ipsius conscientiam. iuxta petitionem Iudæorum, Christum adiudicauit supplicio & ignominiosæ morti crucis. Quid tu hic Pilate miserande facis? qd audes? quantum tibi sumis? Cæsarem metuis, deum offendis. magistratum secularem times, dum benefacere debes & insontem absoluere. Sed quot iam, proh dolor, uiuunt

Christus quinquies excusatus a Pilato.

Luce. 23

Johã. 18.

Johan. 19

in terra Pilati? quã plurimi sunt qui fauore, amore, odio, metu uel similibus, male iudicare non dubitant?

¶ Postremo meditare hic diligentius, & ob oculos cordis tui tibi propone, quo modo, quo furore, quantisque doloribus domino uestes suas exuerunt serui Pilati, quæ iam uulneribus compactæ fuerant. Qua item acerbitate illi uulnera omnia renouârunt, dum eum de integro flagellare cœperunt. Quamuis enim sunt, qui Matthæum & Marcum putant flagellationis huius tantum per modum repetitionis meminisse, maior tamen pars doctorum in hanc concessit sententiam, ut existimet CHRISTVM bis esse flagellatum, primum emendationis & pœnæ loco: unde illum dimittere cupiebat Pilatus, sicut Lucas & Iohannes commemorant: deinde postquam adiudicatus addictusq; fuit cruci, ex cõsuetudine Romanorum, qua nemo cruci adfigebatur, nisi flagellatus, eamq; flagellationem Matthæus & Marcus descripserunt, sicut pulchre testatur sanctus Augustinus.

Lucę. 23
Johã. 19.
Augustin.

¶ At tu hinc disce magis timere deum quàm homines, neque metu humano falsa ferre iudicia, nec contra conscientiam tuam iniquam dare sententiam. Innocentem & iustum ne occidas, munera super innoxium ne accipias. excæcant enim etiam sapientem. Timorem potius dei ob oculos habe perpetuo, & omnia fac cum diligentia. Quisquis autem pusillanimis adeo est, ut timori huic non queat resistere, is & sciat se iudicem esse non posse, & officio iudicis se abdicet, sicut dicit Sapiens: Noli quærere fieri iudex, nisi ualeas uirtute irrumpere iniquitates, ne forte extimescas faciem potentis. Sic Ieremias quoque nos præclare docet, iuquiens: Facite iudicium & iustitiam, & liberate ui oppressum de manu calumniatoris, & aduenã & pupillum & uiduam nolite contristare, neque opprimatis inique, & sanguinẽ innocẽtẽ ne effundaris. Aut nõ ne uicissim durum te iudicem putas habiturum Pilate iniquissime, illum, quem iniuste adeo condemnasti?

Exodi. 23
Deut. 16
2. Para. 19
Eccl. 7.
Jeremi. 22
Judices.

¶ Discite parentes & præceptores liberos discipulosq; uestros diris non deuouere, illis iuramenta temeraria nõ intendere. Quamuis enim tritum istud uulgi uer-

bum, Diræ maternæ nihil mordent, eo quidem uerum est, quoniam parũ ex animo procedunt, tamen ista quoq; imprecandi deuouendiq; consuetudo omnino deponenda. siquidem non raro iurandi deierandiq; exempla hinc sibi sumunt pueri, plurimum uero etiam deus permittere potest, ut uera fiant quæ uel per iocum uel ex adfectu repentino matres imprecantur liberis, sicut Diuus Augustinus omnibus seculis adnotando & memorabili illo facto commemorat, in Cæsarea Cappadociæ urbe uiduã referens fuisse, quã decem sui, quos habebat, liberi usq; adeo exacerbauerant, ut illa imprecatione sua & diris effecerat, quòd eos deus horrendo membrorum omnium tremore adflixit, quibus ita pudore conciuiũ motis, inq; exilium alijs aliò digressis, duo quoque Hipponam peruenerunt (ubi cathedræ pontificali Augustinus præerat episcopus) Paulus cum sorore sua Palladia. ubi cum ad sepulchrum sancti Stephani quindecim diebus ante festum paschæ sanatus ille fuisset, atq; deinceps cum Diuo Augustino pransus, totam ei historiam enarrasset, matris & suorum miserandam deplorasset infelicitatem, Augustinus sanatum iam fratrem & tremulam adhuc sororẽ toti populo palàm exhibuit: sicq; tandem illa ad idem illud sancti Stephani monumentum pristinæ restituta est sanitati. Vbi nunc sunt neochristiani, sanctorum & electorum dei contemptores maximi, miraculorum quoq; dei, quæ hic in illis operatur, calumniatores pessimi? Audiant hic Augustinum eorum quæ uidit & audiuit, testem certissimum, nec amplius confessam impugnent ueritatem. Ne itaq; parentes diris suos deuoueant liberos. quis enim nõ abhorret à Iudæis, temere adeo se filiosq; suos pro sanguine Christi oppignorantibus?

Aug. 22. de ciuitate dei. ca. 8.

¶ Disce quoq;, si semel peccatorum tuorum spinis Christum pupugisti, & flagris cecidisti, illum amplius non flagellare: sicut fecerunt serui Pilati, rursum profundentes sanctissimum sanguinem CHRISTI. Id tu caue feceris, noua alia super alia adcumulãdo peccata, iuxta illud Sapientis consilium: Fili, peccasti? non adijcias iterum, sed & de pristinis deprecare, ut tibi dimittãtur. Et supra:

Eccl. 21

Eccl. 5 De propiciato peccato noli esse sine metu, & ne adiscias peccatum super peccatum. Profecto etenim si nos sic uitæ morésque nostros instituerimus, ut de præteritis peccatis contriti ueniam super iis impetrantes, nō adiciamus noua, sed custodiam de futuris sedulam habeamus, non peribit sane in nobis sanguis Christi: sed erit nobis sanguis
1. Johan. 2 precios⁹ & salutaris, emundans nos ab omnibus peccatis. Gratum porro animum deo exhibentes, & illi pro amarissima passione & morte gratias, quas possumus maximas agentes, oremus, Pater noster, qui es in cælis.

QVOMODO CRVCIFIXVS SIT DOMINVS, ET QVAE *ibidem circa crucem dicta factaq; sint.*

Quæ utilitas in sanguine meo?

¶ Rursus hic considera, quàm ignominiosè eductus sit dominus, suam ipsius crucem humeris ferens pro peccatis tuis. Contemplare quid hic miseriæ, quantum doloris & planctus exhibitum sit. Meditare, quomodo lassus & iā inde à nocte media continuis adflictionibus defatigatus ille, etiamnum tractatus sit hic duriter, consputus, contemptus ab omnibus, totoq; corpore uulneratus: cum iā satis non erat furori Iudæorum, cernere sanctissima mēbra Christi undiq; sanguine madentia, & compactas uulnerib⁹ uestes, nisi grauissimam insuper crucis molem humeris eius imponerent. Vt figura impleretur, quia sicut
Gene. 22 Abraam præcepto dei pariturus, proprium q; suum filiū immolaturus, illi ligna imponebat ad sacrificium cōsummandum, ita quoq; æternus ille Abraam, multarum gentium pater, deus omnipotēs, filium unicum suum pro genere humano per modum sacrificij consummaturus, crucem illi propriam baiulari permisit.

¶ Et quamuis ignominia hæc ei maxima fuerit coram

omni populo, iuxta illud legis, Maledictus qui pendet in ligno, tñ id quoq; totũ ordinatũ à deo fuit in gloriam et honorem Christi. Sicq; licet ignominiosa hæc crucis portatio apparebat, ferebat ille tamen eam tanquam magnificus triumphator & uictor, in qua etiam nũc gloriamur omnes, in qua uicturum se certo, audiuit sibi dici ac promitti Imperator Constãtinus. Signum hoc illud est, quo frontes seruorum dei signari ab angelo Iohannes in spiritu uidit. Præterea ipse quoq; crucem suam tulit Christꝰ uelut rex sceptrum, quia regnaturum à ligno deum iam olim prædixerat, tanquam iam factum, Psalmistes. Quò pertinet illud egregium & nobile euangelici prophetæ uaticinium: Et erit principatus eius super humerum eius. Hic nimirum princeps & uniuersalis totius mundi dominus est Christus, huiusq; adeo dominij & principatus sui sceptrum habuit crucem, eo quod in uestimento suo descriptum est: Rex regum & dominus dominantium. Ad extremum crucem ille propriam portauit, non secus atq; clauem præualidam, qua ianuam aperuit tum sacramentorum, tum regni cælorum, secundum quod olim deus ꝑ os prophetæ sui fidelis dixerat: Quia dabo clauem Dauid super humerum eius. id factum hodie est, cum ipse suam detulit crucem Christus ad locum passionis. Eadem porro deinceps claue aperuit & limbum & cælum, nobisq; illam abiturus ipse reliquit, ut ea arcam aperiamus gratiæ dei.

Deut. 21
Crux.
Gala. 6.
Apoc. 7.
Isaię. 9
Apoc. 19
Isaię. 22

¶ Deinde tecum ipse quoq; recogita, quàm lassus & fatigatus sub tanta crucis mole fuerit dominus: quę cum per se grauis esset, innumeris adhuc magis grauabatur totius mundi peccatis: quæ quomodo nõ in terram usque depresserint obsecro dominum, sicut in illius persona iam ante dixerat Dauid, Infirmata sunt genua mea? & rursus in alio loco: Conturbatum est cor meum, dereliquit me uirtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipsum nõ est mecum. Pio enim adfectu soliciti hic sancti doctores, anxie omnia perquirentes, considerant impossibile hoc fuisse humanæ naturæ in Christo, tanta sufferre supplicia, tot pœnas, plagas, trusiones, uerbera, tantumq; contemptum sustinere, dum hinc inde traheretur & raperetur,

Psalm. 108 ꝛ. 37

uerius quàm quod ducebatur, ad Annam, Caiphan, Pilatum, Herodem, rursusq; ad Pilatum, & tandem ad Caluariæ locum fœtidissimum, nisi adfuisset illi uirtus diuina, adiutrix & consolatrix perpetua: quæ tamen hic tum ei subtraheretur, quid mirum si sub graui crucis põdere succubuit, sicut perprophetam locutus est dominus, Ad punctum in modico dereliqui te? Videntibus hoc ipsum Iudæis, iamq; metuentibns ne inter manus deficiẽs subito moreretur, nõ quidem ex commiseratione sui, sed ut propriam implerent uoluntatem in crucifigendo, baiulum illi crucis adhibuerunt Simonem Cyrenæum.

Isaię. 14.

¶ Et tamen hic quoq; latere non potens, euidenter se aperit diuinitas Christi, dum propheta fit, futuraq; prædicit, quẽ malefactorẽ credebãt omẽs, in quẽ prona tota iã tumultuabat ciuitas, eius ille miserãdum excidium sexui uaticinatur muliebri. Iterum hic recogita, quantis doloribus rursus exutus hic dominus fuerit, quo furore adreptꝰ crucique sit iniectus, manibus statim ac pedibus perforatus, & in crucem suffixus: ubi cum hubertim sanguinis sui fluenta profudisset, impleta est prophetia Dauidis: Foderũt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. hoc est, adeo me totum extenderunt, ut in numerato ossa mea omnia habere poterant. Sublata dehinc & erecta in altum cruce, impetuose in paratam foueam deiecerunt. Hinc dolor Christo maximus, corporis totius uiscerumq; omnium tremor, uulnerum renouatio, foramini num in manibus simul & pedibus ampliatio maior.

Psalm. 21

¶ Considera deinde immensam, in summa Iudæorum uesania, Christi bonitatem. tumultuantur isti, neque ex summa inuidia pœnis illius satiari poterant, & interim p eis patrem orat ille, dicens: Pater, ignosce illis, quia nesciunt qd faciunt. Hæc oratio ex sentẽtia Augustini uirtutẽ suam etiam deinceps in die Pentecostes manifeste exhibuit, quando ex eius efficacia ad primum Petri sermonẽ tria millia Iudæorum baptizarentur, sicut & Paulus illũ in oratione exauditum refert pro sua reuerentia.

Augustin. Actuũ. 2

Heb. 5

Contemplare porro cõtinuam istam Iudæorum peruersitatem, qui ne quicquam haberent quod non frauduleu

ter obijcerent Christo, templum quoque exprobrârunt illi. Verum qui uerbo cælum creauit & terram, poterat et templũ tantillum (si ad immensam totius mundi machinam referas) in triduo reædificare: quoniam iubere & dicere eius, ipsum factum est, iuxta illud Dauidis: Ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Neque uero hac una obiectione contenti Iudæi, insuper clamârunt: Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. O cęcitatem Iudæorum, ò uos homines hominum omnium peruersissimos, ueritatem, quam sequi non uultis, hic tamen pendenti in cruce domino confitemini? Nanque si ille uerbo adolescentem resuscitauit defunctum in Naim, & quatriduanum iam ex sepulchro fœtentem Lazarum, quid ni etiam ipse de cruce potuerit descendere? Clamatis insanissimi Iudæi, ut descendat de cruce. nonne maius fuit miraculum & auribus uestris inauditum, quòd tertia die clauso beneq; per uos obmunito resurrexit monumẽto, neque tamen etiamnum credere in illum uultis durissimi? Confidit ille sane in deo, ideoque & resuscitauit eum deus, ut inquit Petrus, solutis doloribus inferni. Quod & Dauid in spiritu præuiderat, sic loquens in persona Christi: Proposui dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi ne commouear. Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea, insuper & caro mea requiescet in spe. Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem.

Psalm. 23. & 150.

Lucę. 7

Johan. 11. Ambrosi.

Actuũ. 2

Psalm. 15.

¶ Meditare p̃terea q̃ ignominiosum Christo fuerit, ꝙ uilissima Pilati mancipia uestes Christi inter se diuiserunt, quas sine dubio illi sanctissima uirgo manib⁹ proprijs cõtexuerat. Siquidẽ non temere id q̊q; spiritus dñi prædixerat per os Dauidis: Diuiserunt sibi uestimenta mea, & super uestem mea miserunt sortẽ. Vestis hæc inconsutilis, ipsam inuiolatã designat ecclesiæ catholicæ unitatẽ. Vnde & Augustin⁹, Quadripartita, inquit, uestis domini Iesu Christi, quadripartitam figurauit eius ecclesiam, toto orbe terraꝝ diffusam. Tunica uero illa sortita, omniũ partium significat unitatẽ, quæ charitatis uinculo continet.

Psalm. 21.

Augustin.

¶ Neq; adhuc satis erat opprobrij, quod Christo male-

dictiintulere Iudæi,niſi inſuper & latro peruerſus illi in ſultaret. Verum hic quoque diuinitas ſua in altero patuit latrone,qui manifeſte uidens inſignem Chriſti patientiam pariter & innocentiam,quòd patrem ſuum pro crucifixoribus oraſſet,increpauit ſocium, Chriſtoq; teſtimonium dedit innocentiæ, unde uoluntas illius bona declaratur.Manibus pedibusq; ſuffixus in cruce pendebat,nihil in eo à pœnis liberum,niſi cor & lingua remanſerãt. Inſpirante itaq; deo, totum ei illud obtulit, quod in ſe liberum inuenit.Dixit ergo: Domine, memento mei cum ueneris in regnum tuum.

Gregor.lib 18. moral.

¶ Hic autem admirari neſcio magis an uenerari conueniat immenſam Chriſti bonitatem, qui in cruce quidem pendens,non tamen ut qui torqueretur,ſed tanquam rex magnificus feuda ſua diſtribuens,dixit ad latronẽ: Amẽ dico tibi,hodie mecum eris in paradiſo. Vbi mirari tibi forte ſuccurret,quid paradiſi nomine deſignetur, neque enim cælum intellexit corporeum,regnum illud cæleſte, quò ipſe quadrageſimo demum die poſt reſurrectionem peruenit.Sed ibi intelligunt nonnulli paradiſum,ex quo primi parentes noſtri fuerant expulſi:ſicq; putant Chriſtum confracto limbo, patres ſanctos inde ereptos in paradiſo illo locaſſe, tantiſper dum in die Aſcenſionis cum ipſo aſcenderent in cælum. Alij interim opinantur,paradiſum hic intelligi aſpectum eſſentiæ diuinæ,uerum utique illud regnum cælorum:quod, quia nulli alligatum ẽ loco,ibi eſt,ubicunq; Chriſtus eſt. ſic Ambroſius, Vita,inquit, eſt eſſe cum Chriſto,qm̃ ubi Chriſt⁹, ibi regnũ dei. Quando igit̃ poſtChriſtũ latro hic mortuus eſt,nõ in limbum patrum commigrauit, ſed in momento ad CHRISTVM peruenit,ubi non caruit uiſione eſſentiæ dei. De hoc latrone multa habentur in euangelio Nicodemi,qui eundem Diſmam appellatum fuiſſe refert.

Amb.ſup Lucam.

Diſmas.

¶ Diſce hinc proximo tuo ex animo dimittere,ut ſic tibi quoq; deus remittat peccata tua, ſicut Chriſtus hic nõ dimiſit tantum crucifigentibus ſe,uerumetiam pro eis rogauit,quod demum eſt perfectorum, iuxta illud euangelicum: Dico uobis,diligite inimicos ueſtros, benefacite iſs qui uos oderunt, orate pro perſequentibus & ca-

Matth.5.

lumniantibus uos, ut sitis filij patris uestri qui in cęlis est. qui solem suum oriri sinit super bonos & malos, qui pluit super iustos & iniustos. Magna & uere magna hæc est gratia alicui concessa diuinitus, qui ex corde suo dimittit proximo, sicut oramus omnes: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Matth. 6.

¶ Disce deinceps bene uti inuicto illo titulo crucis Christi, Iesus Nazarenus rex Iudæorum. scriptus hic quidem à Pilato, sed tamen iam olim à deo præuisus est, quo nomine eundem Pilatus immutare nec ausus est, nec potuit. Titulus enim iste, ipse est quē omnes formidant inimici Christi, à quo fugiunt, quem trepidantes abhorrent. de cuius usu paulo post uidebitur. Disce præterea tunicam domini inconsutilem non scindere, ecclesiæ scilicet sanctæ unitatem non dissuere: quoniam deus unus est, fides una, unum baptisma. deus unus & pater omnium super omnia, & per omnia & in omnibus uobis. Nemo se separet ab unico isto ouili Christi, nisi uolet à lupis infernalibus diripi & laniari. Vsq; adeo peiores sunt neochristiani ministris Pilati, qui cū Christū crucifixissent, huic tamen tunicæ pepercerunt, neq; tamen id diligenter adeo propter tunicam tantū, sed ad nostram tū informationē, tū salutem est descriptum, ut alia pleraq;. Et quia illa unitatem ecclesiasticam figurauit, turpissime errant & peccant neochristiani isti, alias super alias introducētes sectas, q̄rū nullus penè iam neq; modus habetur, nec numerus, alijs Lutherū sectantibus, alijs Zuingliū etiam occisum imitantibus, alijs Catabaptistarum partes & errores fouentibus. Omnes ij sectas introducunt perditionis: ipsi quoq; amittūt fidem & charitatem omniaq; dona, quorū diuisiones à deo sunt in ecclesia sancta. Ephe. 4. Iohan. 10. Roma. 15. 2. Petri. 2

¶ Disce postremo, uel ultimo saltem termino pœnitentiam habere & agere de peccatis commissis, quod quāuis tū difficile est, tū periculosum, quisquis tamē eam habet, peruenit ad uitam. Quomodo Leo papa de nemine, dum uiuit, desperandum esse docet. Non carere autem hoc discrimine, uel Augustinus satis magnus tibi testis erit, qui ad longum disputans, multis modis nos adhortatur pœnitentiam agere dum ualemus recte, dum uires corporis Leo papa Augustin.

ſuppetunt. ſiquidem quiſquis pœnitentiam dum ſanus eſt, differt eouſque, dum iam morbo occupatus, extremos uix ducere queat ſpiritus, quum iam amplius peccare non poteſt, non peccata relinquit, ſed ab eis ipſe relinquitur. Et quamuis uel tarda etiã & ſera melior eſt quàm omnino nulla pœnitentia, periculoſum tamen eſt atque damnationi multum propinquum, ad ultimum uſque ſpiritum differre pœnitentiam. Tarda quidem fuit latronis huius pœnitentia, ſed nihil minus quàm tarda peccatorum remiſſio. Nos iam deum oremus, quatenus ante finem uitæ noſtræ plenam nobis pœnitentiam donare dignetur, ne in nobis perierit ſanguis Chriſti, ſed proſit nobis ad uitam æternam. Dicatis orantes, Pater noſter, qui es &c.

DE IIS QVAE SVB MORTEM CHRISTI ET POST eandem contigerunt.

Etiam iamiam moriturus Chriſtus, clamat ad peccatores: Quæ adhuc utilitas in ſanguine meo?

¶ Quid quantũq; hic obſecro doloris habuit dominus, uidens ſub cruce ſtantem uirginem matrem, non ignarus utiq; impletum eſſe iam tempus prophetiæ, quam Simeon prædixerat: Tuam ipſius animam pertranſibit gladius? Quid mirum enim, ſi eo maior fuerit hic paſſio Chriſti, dum ultra ſuppliciũ crucis ex cõpaſſione matris adhuc cruciabatur? Præordinauerat autem tutorem uirgini Ioſephum deus ab æterno. is uidit quidem duodennem Chriſtum, triginta uero annos natum, morte præuentus uidere non potuit, aliâs ipſe quoq; nuptijs interfuiſſet cũ Maria. Succeſſit autem mortuo illi Chriſtus, qui tantiſper curam eius habuit, dum & ipſe iam moriturus eandem uelut teſtamento inſtituto, commendatã relinqueret charo diſcipulo ſuo Iohanni, quem nimirum intelligens, dicebat matri: Mulier, ecce filius tuus. Qui utut magnus fue-

Luc. 2

Iohan. 2

rit sanctissimę uirgini dolor, ex mirabili illa mutatione, dũ tradi sibi uideret pro deo hominẽ, pro magistro discipulũ: tñ aliquid in se habuit dulcedinis & suauitatis, filiũ in tanta iamiam imminentis mortis amaritudine, dolentissimæ matris recordatũ esse, curamq; ei quem habebat dilectissimum, demandare.

¶ Vicissim nunc Iudæorũ mihi considera duritiem, qui ne tantillum qdem miserti Christi, cui iam condolebant cælum, terra, sol & luna, sicut idipsum Dionysius tunc tẽporis adhuc infidelis existens, uidit & animaduertit in urbe Heliopoli, quando dicebat: Vel deus naturę patitur, uel mũdi machina dissoluet. Tertullianus in Apologetico aduersus genres, refert ethnicos scriptis istius eclipsis mentionem feciſſe. Quicquid autem id est, constat & petras scissas, & terram esse motam, pectora uero Iudæorum quibuslibet petris duriora, emolliri non potuisse, ut aliquantulum Christo compaterentur, ad designandum quia lex eorum, templum quoq; & sacrificiũ, aliaq; oñia finem habitura iam essent. Verum eos quoq; malitia sua & peruersitas propria excæcauerat, sicut olim Sapiẽs præuiderat, & deinceps ex Isaia inducit euangelista. Tertullia. Sapi. 2 Iohan. 12.

¶ Erige præterea aures cordis tui, & si paulo fueris attentior, audire uideberis ipse tibi uocem & clamorẽ Christi horribilem: Eli Eli, lama asaphtani, quod est: Deꝰ meus deus meus, ut quid dereliquisti mẽ? sicut ante aliquot secula spiritus sanctus prędixerat per os Dauid sui fidelis, Psalmo 21. qui totus est de passione domini.

¶ Quęris autem, quomodo Christus à deo derelictus fuerit. ita ne, ut turpiter simul & impie nostro hoc infelici seculo neochristiani quidam blasphemantes deum mentiti sunt, Christum quasi desperasse, aut alio quopiam modo? Proh pudor & dolor, adeo insanos esse nunc homines, ut nihil agnoscant? adeo quoque cæcos esse principes quosdam, qui blasphemos istos foueant? Porro, ut mittamus hæc, constans quorundam doctorum sententia est, CHRISTVM hoc dixisse respiciendo ad sensualitatem animæ suæ, quam tunc deus interna consolatione priuauerat. Hieronymus dicit CHRISTVM à patre derelictum esse, non proprie loquendo, sed illum tanquam dereli- Hieron.

ctum exhibuisse se, cum in tãta iam peruenisset supplicia, ut ab alijs quoq; Iudæis uero maxime, pro derelicto haberetur. unde & dicebant: Confidit in deum, liberet eum nunc, si uult. Omnia autem hæc prædicta olim fuere. Isaias propheta ait: Putauimus eum quasi percussum à deo & humiliatũ. Quid multa? nos quoq; dũ uidemus & in Christo formam serui agnoscimus, hoc est, naturam humanã, dum offensam crucis consideramus, minus mirari debemus, cur dixerit dominus, Vt quid dereliquisti me? id est, quid ita tot me supplicijs adfici permittis, quasi mei plane sis oblitus? Sanctus Augustinus putat Christum hic uidisse membra corporis sui mystici à deo derelicta, qui sane perpetuus est sacræ scripturæ mos, ut quæ sunt mẽbrorum, capiti tribuantur, sicut & ad Paulum dixit dominus: Saule Saule, quid me persequeris? Me, inquit, cum tamen non Christum, sed Christianos, Christi membra perquireret. Sic autem dicit Augustinus: Quare me dereliquisti? quare hoc dicitur, nisi quia nos ibi eramus, nisi quia corpꝰ Christi ecclesia, longe à salute mea uerba delictorum meorum? quomodo dicit delictorum meorum, nisi quia pro delictis nostris ipse precatur, & delicta nostra sua delicta fecit, ut iustitiam suam nostram faceret iustitiam? Vnde & Rabanus, Filius, inquit, dei factus est aduocatus noster, & quorum suscepit culpam, deplorauit miseriam. Ita hic clamat se derelictum, non quod ipse, sed membra sua derelicta conquereretur, uel aliquando derelinquenda, quorũ nomine tanta ille sustineret supplicia. Tunc autem derelinquere hominem dicitur dominus, cum in peccatum cadit sic, ut eum non statim deus iustificet rursus, quomõ in tantam miseriam totũ semel collapsum est genus humanum: unde mors & quicquid erat, emerfit calamitatis. Eò pertinet quod in Psalmis Dauid dicit: Deus dereliquit eum, persequimini eum & comprehendite eum, quia non est qui eripiat.

Isaiæ. 53

Aug. sup Psalm. 21.

Actuũ. 9.

Rabanus.

Psalm. 70.

¶ Possem hæc omnia ex eo psalmo, unde uerba illa domini sumpta sunt, ad longum dilatare & extẽdere, quãdo statim postea sequitur: Longe à salute mea uerba delictorum meorum. (quę quidam dicunt Esdram addidisse) neq; possunt intelligi ista de Christo, qui (ut Petrus ait) pecca-

Psalm. 21

1. Petri. 2

tum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Sicut itaq; non de proprio loquitur peccato, ita etiam non de illius agit remissione, sed ut pro nostro orat peccato, sic de nostra queritur derelictione. Vere enim corpus Christi pendebat in cruce, & corpus Christi mysticum ipsa est ecclesia sancta dei.

¶ Sed & alterum Christi uerbum auribus cordis tui percipe, Sitio. Vbi quamuis certo certius est, Christum maximam habuisse sitim ex tantis cruciatibus atq; doloribus immensis, eo quòd iis qui torquentur, sitis molestissima est, ut non fuerit hæc minima adflictio Christi, uoluit tamen per hoc impleri scripturam illam, In siti mea potauerunt me acero. Insuper quoq; maxima ista sitis fuit, quã habuit de salute animarum. Psalm. 68

¶ Considera præterea, quanto clamore dominus Iesus spiritum suum in paternas manus commendauerit. Neq; enim cygnus est homo, qui claro clangore queat subtracto iã spiritu inclamare, sicut hic Christus uiribus omnibus iã exhaustus exclamauit: Pater, in manus tuas cõmendo spiritum meum. O mortem pręclaram, ò inclytã atque ò felicissimam mortem. Tu uero insuper cõtemplare admirandam & stupendam sanctissimi sanguinis profusionem è corpore mortuo, cum tamen aliâs naturaliter corpus demortuum frigescat, exangue fiat, spiritusq; uitales in eo omnes diffluant atq; intereant.

Verus itaq; Christi sanguis hic, in mortuo illius corpore miraculose est conseruatus. Sic Ambrosius super Lucã: Ambros.
Aduertamus, inquit, quòd licet corporis CHRISTI fuerit natura mortis, licet qualitas similis, dissimilis tamen gratia. nam utiq; post mortem sanguis in nostris corporibus congelascit, ex illo autem incorrupto corpore, sed defuncto, omnium uita manabat. Viuidus ergo iste Christi sanguis duo operatus est, clarum Longini aspectũ, qui quamuis latus Christi non ita bono aperuit adfectu, uolẽs per hoc placere Iudæis, sicut & reliqui serui Pilati, tamen quando de sanguine Christi emanãte oculos suos linuit, admiratus stupendum illum sanguinis effluxum, sanatus est, uitamq; suam deinceps in Cæsarea Cappadociæ finiuit martyrio propter confessionem nominis Christi, illi-

usq; ideo festum ex more ecclesiæ Romanæ celebrat die 15. Martij. Alterũ quod hic exhibitũ est miraculũ, illud est, quia ex sentẽtia Augustini guttulæ sanguinis aspersertũt corpus latronis alterius. Ait em̃, nõ dici incredibiliter, latronẽ, qui tũc credidit, iuxta dñm crucifixũ, aqua illa, quæ de uulnere lateris eius emicuit, tanq; sacratissimo baptismo fuisse perfusum.

Aug. de origi. ani. ad Renatũ li. 1. c. 9

¶ Inter cætera ipse q̃q; tecũ pio adfectu contẽplare, quot hoies ex tãris q̃ hic exhibita sunt, miraculis emendati sint & cõuersi, pulsantes pectora sua in signum cõtritionis & fidei. Indurati aũt & obstinati homines, cuiusmodi adhuc nostrates sunt neochristiani, nullis poterãt miraculis ad fidẽ adduci. Quantũ itaq; sanguis Christi utilitatis in bonis inuenit, tantũ obstaculi & impedimẽti habuit in malis: qui, quia misericordẽ illũ habere dñm recusarũt, ferẽt aliquãdo iudicẽ æquissimũ, quãdo ad inferos detrusi, uermẽ habebũt nõ intermoriturũ, & ignẽ sustinebũt qui nõ extinguetur. O domine Iesu Christe, misericordiã & gratiã nobis dona, quatenus tecum cum latrone manere possimus in æuum, Amen.

Isaię. vlt.

¶ Disce aũt ex ijs tu parẽtes colere & obseruare, eisq; de necessarijs, puidere: neq; id tantũ simpliciter ex præcepto dei, sed ex hoc Christi exẽplo, in extrema etiã necessitate, eorũ meminisse. aut quis unquam filius in maiore fuit anxietate & solicitudine, q̃ hic pendẽs in cruce Christus? & tamẽ matris illesuæ, ne tũ quidẽ obliuisci potuit, imõ ex sentẽtia Augustini hæc illa extitit hora, de qua Iesus aquã cõuersurus in uinũ, dixerat matri: Quid mihi & tibi est mulier? nõdũ uenit hora mea. Hãc itaq; horã p̃dixerat, in qua deberet agnosci à matre moriturus, de qua fuerat mortaliter natus. Operaturus itaq; miracula, diuinã respiciebat naturã, secundũ quã etiã illa faciebat, quam à patre habebat, ad matrẽ nihil pertinentẽ. Deinde cũ iã flagra, spinas, clauos, crucẽ & lanceã sustinere uolebat, omnia hęc secundũ humanã carnẽ, quã ex uirgine matre sumpserat, passurus matrẽ suã merito agnouit, illius meminit, eandẽ quoq; suo cõmendauit Iohãni. Ad eundẽ plane modũ nos etiã parentũ curã habere debemus: quia quisquis suorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior,

Exodi. 20.

Augustin.

Johan. 2

1. Tim. 5.

sit Paulus. Disce deinde pauperibus morti adiudicatis misericordiam exhibere, & recreationem impartiri. Quod olim quoque pij homines faciebāt Hierosolymis, qui addictis morti uinum porrigebant, plurimáque omnis generis confortamenta subministrabant, iuxta illud sapientis consilium: Date siceram (id est, omne illud quod inebriare potest) mœrentibus, & uinum ijs qui amaro sunt animo, ut bibant, & obliuiscantur paupertatis suæ, atq; doloris sui non recordentur amplius. Neq; deerant tunc qui potiones confortatiuas domino continuis hactenus supplicijs, tantum nō penitus oppresso miserunt: uerum quod nunc fieri potest, & proh dolor non raro solet, epotabāt uinum illud lictores & apparitores, CHRISTO pro illo porrigentes acetum, sicut prædixerat Amos, Vinum damnatorum bibebant. Prouer. 31. Amos. 2.

¶ Disce porro & pium esse & conducibile, coram morientibus uel etiam iam demortuis, psalterium decantare uel legere: quæ etiamnum apud catholicos durat consuetudo, ex hoc CHRISTI exemplo traducta. Quia quādo legitur dixisse, Deus meus deus meus, ut quid dereliquisti me, sanctus Hieronymus uult eum, psalmum illum totum ad finem usq; peroraſſe, ac deinceps illum quoq;, In te domine speraui, tacite orando ad illum uersum perduxisse, In manus tuas domine commendo spiritum meum. Ita ut sic dominus noster IESVS CHRISTVS spiritum sanctissimū suum inter orationes sedulas tradiderit, cum clamore, lachrymis & sancti capitis inclinatione. Hieron. Hebr. 5.

¶ Disce postremo animam tuam, spiritumq; tuum commendare in manus dei patris, sicut CHRISTVS fecit. Aut si adsis ipse morientibus, idem tamen tu fac illius nomine, sicq; animæ tuæ curam & rationem habes, fac hoc quotidie, tum è lecto surgens, tum cubitum abiens. quantulum enim hoc est tempusculi, quo id facere poteris, tantumq; dicere, Domine, in manus tuas commendo spiritum meum? Nihil est hoc, si conferas ad ea, quæ sacerdotes ex officio in reliquis orationibus suis tenentur persoluere. Tibi uero molestum erit, hæc tam parua dicere?

1. ¶In nomine patris & filij & spiritus sancti.

2. ¶Iesus Nazarenus rex Iudæorꝫ,Titulus triumphalis defendat & custodiat nos ab omnibus malis.

3. ¶Sãcte deus,sancte fortis,sancte immortalis & miserricors deus,propitius esto mihi miserrimo peccatori.

4. ¶Dñe Iesu Christe,tibi laus & honor,tibi gloria in secula pro amarissima tua passione & morte.

5. ¶O domine Iesu Christe, misericors &propitius sis parentibus meis,benefactoribus,fautoribus,amicis omnibus uiuis & defunctis, illísque pro quibus me uis uelle & debere orare,&c̃.

6. ¶ IESVS MARIA IOHANNES, Iesus Maria Ioseph, Iesus Maria Anna.

7. A subitanea & improuisa morte libera nos domine Iesu Christe.

8. ¶In manus tuas domine commendo spm̃ meum, redemisti me domine deus ueritatis.

9. ¶Dñe Iesu Christe, miserere animæ meæ , quando emigratura est de corpore meo.

10. ¶Maria mater gratiæ,mater misericordiæ, tu nos ab hoste protege,in hora mortis susci pe.

11 ¶ Angele sancte dei , cuius custodiæ deputatus sum miser, protege me ab omni malo , ab omnibus hostibus meis defende me ,& tecum me perduc in locum felicitatis æternæ.

12. ¶ Sancte Michael,S.Gabriel,S.Iohannes,S.Petre, S.Paule,S.Iacobe,S.Sebastiane,S.Christophore,S.Mauri ci,S.Achati,S.Augustine,S. Chrysostome,S.Martine,S. Gregori,S.Vuolffgange,S. Leonarde,S.Roche,S.Anna, San.Magdalena,San.Barbara, San.Catharina.S.Apolonia,S.Otilia,omnes sancti angeli & archangeli,uosq; oẽs sancti &electi dei,orate pro me.Hic quisq; suos peculiares imploret patronos.

13. ¶Domine,requiem æternam dona defunctis,&lux perpetua luceat eis.

14 ¶O domine Iesu Christe, propitius & misericors esto mihi in illa tremenda nouissimi iudicij hora,da mihi tunc cũ omnibus electis tuis gaudium ucrum & lætitiam uitamq; sempiternam.

Sit nomen domini benedictum usq; in seculum. Adiutorium nostrum in nomine domini, qui fecit cælum & terram. Amen. Hæc & huiusmodi quædã alia quilibet pro animi sui deuotione permutet, prout illum spiritus sanctus edocuerit. Et postremo discе & cognosce sacramenta omnia, uim uirtutem'q; suam fluxisse hinc ex latere domini nostri Iesu Christi. sicut enim quondam ex latere Adæ prævaricatoris creata est Eua, ita nunc altera Eua, ecclesia scilicet catholica, nata est & creuit ex ipso latere Christi cælestis Adæ, qui & ipse obdormiuit per mortem in ara crucis. Verum de hac re aliâs. Gene. 2.

CONCLVSIO PASSIONIS *huius.*

¶ Iam igitur dilectissimi in Christo fratres admonitos uos uolo, ut pie, id'q; profunde, contemplemini passionẽ & mortem domini nostri Iesu Christi. Considerate obsecro sudorem sanguineum, captiuitatem & contemptissimam illusionem, quomodo trusus, raptus'q; & huc illuc misere sit impulsus ille, dum ad Annam primum, deinde ad Caipham, Pilatum & Herodẽ duceretur: qua inuidia, quo furore, qua uesania ubiq; sit adcusatus. Ad animum tuum reuoca, quàm miserabiliter innocentissimus ipse sit flagellatus, quàm crudeliter coronat⁹, quàm misere morti turpissimæ adiudicatus, q̃ ignominiose coram omnib⁹ sub grauissima crucis mole exierit iam condemnatus, uestibúsque suis spoliatus, cruci iniectus, & eidem clauis adfixus durissime, ex illa pependerit, omnium sannis, elusionibus & scommatibus expositus, à ministris simul & magnatibus Iudæorum derisus, latrones peruersissimi cauillo & calumnijs obiectus. Quod'q; dolorem ei uel omnium maxime auxit, uidit ibidem dolentissimam matrem cruci adstantem: quæ plus pœnæ & adflictionis ibi sustinuit, quàm omnes post eam martyres. Quo etiam nomine merito plus omnibus martyribus honoratur, quoniam inter reliqua supplicia dilectissimum illum filiũ suũ felle & aceto potatum udit, audiuit'q; cũdem cum lachrymis & clamore ualido in manus paternas suum tradere

spiritum. Hæc omnia ne ad momentum quidem recedãt à corde tuo. pro te eñ ille ea sustinuit omnia, pro te captus & ligatus est. peccata tua illa flagra sunt, quibus cæsus est dominus: spinæ etiam istæ, quæ sanctissimum eius caput pupugerunt, peccata inquam tua sanguinem Christi profuderunt, sicut præuidit Isaias, Vere languores nostros sustulit, & dolores nostros ipse portauit. Existimauimus eum tanquam leprosum, percussum à deo & humiliatum. Vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Quis ergo tam ingratus erit, qui cum uideat propter se tanta sustinuisse filium dei, non uicissim omni cura & diligentia gratias agere laudesq; debitas illi cantare laboret, ne forte de eo conquerens ille dicat, Quæ utilitas in sanguine meo? Et nos itaque nunc & semper pro tantis supplicijs gratias illi agamus maximas, iam uero eo maiores, q̃ memoriale mortis & passionis suæ nunc suscipimus eucharistiam sanctã, ut sic gratiæ præsentis hic participes, & gloriæ æternæ fiamus consortes. Id adeo tu Christe solita bonitate præstare dignare, per ardentissimam tuam erga gen⁹ humanum charitatem, qua ut animæ tuæ non pepercisti, quin eam dares in redemptionem pro nobis, ita per eandem misericordiam nobis quoque illam tuam concede pius ac propitius. Amen.

Adde Bernardum.

Isaię. 53

PASSIONIS HVIVS FINIS.

¶ Animus erat plures passiones huc adnectere: quia q̃tuordecim equidem me memini prædicasse, sed me iam parantem deterruit futuri operis, quod sic mihi crescere uidebatur in immensum, prolixitas. Tantum igitur uariandi modum & formulam hic uisum est adscribere. Aliâs nanque passionem ad septem horas canonicas contraxi. Aliâs ad ea quæ Christus corpore, animo & spiritu passus est: aliâs adhibita similitudine sex alarum Cherubim: aliâs etiam, quomodo ad exemplum passionis Christi nos crucem nostram tollere conueniat Lucæ 9. Interdum quo pacto audire hic debeat filia, hoc est, anima fidelis, quæ dicta sunt: aliquando uero, quomodo nos omnia hic perlustrando quæ passus est Christus, & spiritalia quædam considerare debeamus: aliâs sub parabola septem mulierum,

Multę rationes adplicandi seu prędicandi passionem.

Psal. 44.

Isaię 4.

quæ comprehenderunt uirũ unum: aliâs adducto in hoc themate illo, Deus meus, deus meus, ut quid dereliquisti me? & aliâs multis modis, ꝙs hic singulos percensere molestũ fuerit, atq; ex superioribus duabus passionibus cuique promptum est idem tentare. Nunc tantum passionẽ secundum euãgelium Iohannis breuiter uisum est explicare, ut quilibet amplissimam habeat ex scripturis sacris super hac re dicendi materiam, possitq; huiusmodi quædam sub cõuenienti textu uel præfatione inducere. Matth. 27 Iob. 39

IN NOMINE TVO DVLCIS IESV.

PRAEFATIO IN EVANGELIVM IOHANNIS

de paßione Christi.



O VOS OMNES QVI TRANSITIS PER VIAM, ATTENDITE ET VIDETE, SI EST DOLOR SIMILIS SICVT DOLOR MEVS. Thren. 1.

¶Verba sunt ex planctu Ieremiæ desumpta.

LRige in meditullio cordis tui, ô homo, qui uere Christiano titulo gaudes, crucem signaculum illud passionis Christi, imò ipsum etiam crucifixum Christum erige. qui sanguinẽ sanctũ suũ hodierno die hubertim uoluit profundi in sudore, inter flagra, sub capitis durissima corona & aliâs sæpius. Roga dominum, ut

ille uel guttulam saltem sanguinis sui stillare sinat ad emolliendum cor tuum, ne semper frigidum illud & durum permaneat: quia cor durum, male habebit in die iudicij. Id adeo ille ipse ex te uel durissimo petit, qui dolores tantos sustinuit, quantos non sustulit homo qui unquam spirauit super terram. Eò respiciēs etiam in eucharistiæ institutione, Hoc, inquit, facite in meam commemorationem. Memento igitur ô homo passionis illius, recordare subinde peccatorum tuorum, quæ nisi essent ad mortem, non pro eis filius dei moreretur. Aspice infelicissime peccator pendentē in cruce Christum, deum, conditorem, saluatorem & redemptorem tuum. Vide caput q̄d adorant angeli, præacutis spinis urgeri. uide oculos sole nitidiores iam caligantes, os aspice quod docet angelos, aceto & felle potari. Considera faciem, in quam sancti & &electi dei omnes desiderant prospicere. ea iam sputis maculatur fœdissimis, alapis turpissime cæditur. Manus sanctissimæ, quibus cœlum & terra totus q̄ adeo mundus fundatus est, clauis adfixæ, miserabiliter extenduntur. pedes qui mare calcauerant, duriter transfodiuntur. Neq̄ oīa hæc quantumuis maxima, sufficiunt. cor ipsum quoq̄, in quo thesauri sapientiæ & scientiæ dei latebant reconditi, in quo ardēs illa in genus humanū delitescebat charitas, lancea percussum aperit. Quid multa? Totū en hic mihi Christum aspice, qui pro te mortuus est, quàm nihil oīno in toto illo liberum præter linguam? qua etiam hic elocutus est immensa dei mysteria, qua pro persecutoribꝰ suis rogauit deum, ostendens quoq̄ desijsse iam uetus testamentum, latroni paradisum promisit, eadem etiam dolentissimam matrem dilectissimo suo commendauit discipulo. Eadem quoq̄, quam solam ex omnibus totius corporis sui membris liberam habuit, lingua sitim salutis generis humani expressit. eadem denicq̄ spiritum sanctum suum in manus patris commendauit. Sicq̄ adhuc nos allo quitur, uolens nos ad contemplandam passionis suæ acerbitatem adducere: O uos, inquit, omnes, qui transitis per uiam. Hinc illa pia & laudabilis consuetudo, ut in triuijs passim & omnibus compitis, ante portas quoq̄ ciuitatum crux Christi erigatur, omnesq̄ prætereuntes admoneat

Eccl. 3

Luce. 22 Bernar.

Lingua Christi.

& uelut rapiat ad amorem Christi & meditandam passionem eiusdem. Quilibet ergo crucifixi uidens imaginem, sic cogitet tanquam ex cruce loquentem illum audire uideatur & dicentem: O uos omnes qui transitis per uiam, attendite & uidete si est dolor similis sicut est dolor meus. Pater noster.

DE CAPTIVITATE CHRISTI, ET QVAE CIRca eandem contigerunt, ex capite Iohannis XVIII.

TEXTVS I.

IN illo tempore: Egressus est Iesus cũ discipulis suis trans torrentẽ Cedrõ, ubi erat hortus, in quẽ introiuit ipse & discipuli eius. Sciebat autem & Iudas qui tradebat eũ, locum istum, quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis. Iudas ergo cum accepisset cohortem & à pontificibus & pharisæis ministros, uenit illuc cum laternis & facibus & armis. Iesus itaq; sciẽs omnia quæ uentura erant super eum, processit & dixit eis: Quem quæritis? Respõderunt ei: Iesum Nazarenum. Dicit eis Iesus: Ego sum. Stabat autem & Iudas, qui tradebat eũ, cũ ipsis. Vt ergo dixit eis, Ego sum, abierũt retrorsum & ceciderunt in terrã. Iterum ergo interrogauit eos: Quẽ quæritis? Illi autem dixerũt: Iesum Nazarenum. Respondit Iesus: Dixi uobis quia ego sum. si er

Matth. 26 Marci. 14 Lucę. 22.

Matth. 26 Marci. 14 Lucę. 22

go me quæritis, sinite hos abire. Vt impleretur sermo quem dixit, Quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quēquam. Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, & percussit pontificis seruum, & abscidit auriculam eius dextram. Erat autem nomen seruo Malchus. Dicit ergo Iesus Petro: Mitte gladium tuum in uaginā. Calicem quē dedit mihi pater, non uis ut bibā illū?

Matth.26 Marci.14 Luce.22

DEum immortalem, quàm sublimi uolatu aquila hæc prouolat? quàm commodum dedit sanctissimus euangelista narrando Christi supplicio principium, Egressus, inquiens, est Iesus? quasi dicat, imminēte iam illo temporis articulo, quo pati Christus uolebat, ultro exiuit, ut ab hostibus capi posset: quorū manus antea sæpius effugerat, cum nondum aderat tempus passionis. Iam tandē appropinquāte hora, ipse egressus est. siquidem nūc uenerat hora, ut trāsiret ex hoc mūdo ad patrē.

Johan.7

Joh.13.

¶ Egressus igitur est trans torrentem Cedron. Per torrentem autem passio Christi designatur. unde ille torrentis transitus, supplicijs imminentibus dare uidebatur initium. Nam qui prope montes habitant, penè quotidie experiuntur, feruente sole & increbrescente pluuia, niues resolui & turbidas aquas exundare undiq;. Ita hic Christus feruore diuinæ charitatis, æternæq; & perpetuæ adeo ueritatis lumine accensus, flumina sustinuit passionis, sed ultro & uolens quidem, non inuitus. Egressus itaque trans torrentem supplicij, peruenit ad felicitatem æternā. Qd' & Dauid in spiritu designare uolens, dixit: De torrente in uia bibet, bibit enim calicem passionis quē susceperat. Hoc ipso autem caput suum exaltauit, dum semet humiliauit, patri suo factus obediens usq; ad mortem: ideoq; etiā exaltauit eum deus, & dedit ei nomen super omne nomē.

Psal.109

Philip.2

¶ Egressus, inquam, est Iesus trans torrentem Cedron, hoc est, caliginis siue tenebrarum: quoniam ibi arbusta & spineta erant undiq;, atq; ideo caligo, quæ non male congruit supplicio Christi. Nam & illud q; captus est Christ⁹ in primordio passionis suæ, primoq; adeo gustu eiusdem

tenebras istas atq; caliginem insciti& & ignorantiæ designat. qd intelligens Christus, capientibus se dixit: Quotidie apud uos eram docens in templo, & non me tenuistis, sed hæc hora uestra est & potestas tenebraꝝ. Verunta men in cruce quoq; pendens, ignorantiæ huius tenebras declarauit, dum pro crucifixoribus suis oraret: Pater, dimitte eis, quia nesciunt quid faciunt. Luc. 22. Luc. 23.

¶ Quid autem sibi hoc uult obsecro, q̄ discipulos quo que suos secum adsumptos duxit trans torrentem illum? illud nimirum, quoniam & ipse ex eodem bibituri erant flumine passionis, sicut filios Zebedæi interrogauit, biberé ne possent ipsi quoq; calicem quem ipse bibiturus erat, neq; inficias tunc ibant illi. Idē eis post cœnam etiam præ dixit, inquiens: Non est discipulus super magistrum. si me persecuti sunt, & uos persequentur. In huius rei figuram iam olim Dauid trās torrētem profectus esse legitur, cum propriꝝ filiꝝ sui Absolonis persecutionē sustineret, coactꝰ hac persecutione cum suis ex torrente bibere iam senex & uetulus. Quamobrem Dauid Christū, Absalon autē Iudam significat. Quamuis & idipsum morali non caret sensu, q̄ discipulos sibi suos Christus adiunxit comites, ut eosdem haberet testes certissimos, quia uoluntarie se in mortem obtulerit, quia ijs obuiam ierit, quia uerbo in terram eos deiecerit, dum præsidium Petri recusaret. Potest inde quoq; huiusmodi doctrina colligi, ut hoc exemplo Christi discant parentes liberos suos, præceptores discipulos secum in templum adducere, ad sermones cęteraq; diuina officia. Ecce enim aquila pullos suos assuefacit recto aspectu intueri solem, quam quisquis non aspicit rectus, minimeq; auerso uultu, eum pro suo non agnoscit. Leo quoq; in prædam & rapinam leunculos suos adducit, quorum quicunq; fortem & expeditum se nō præbet, uel unguli cōpressum necat. Sic itaq; & Christus suos secum adsumpsit discipulos, à quibus, quia diuersæ sortis erat, Iudas aberat, neq; id Christum latebat. siquidem faciebat iuxta illud Moysis, sicut aquila prouocans ad uolandum pullos suos & super eos uolitans, expandit alas suas, ita Christus orare simul & supplicia subire uolens, ut in utroque imitatores sui haberet apostolos, eosdē secū eduxit. 2. Reg. 15. Matth. 20. Similis. Johan. 6. Deut. 32

¶ Et uide quàm proprie hic euangelista describit fuisse hortum ibidem: quia hortus, à quo salus nostra originem sumpsit, paradisum referebat: ut sic qui olim cecideramus in horto paradisi, nunc rursus uideremus in horto salutarem passionem sumpsisse initium: ut unde perditio nostra orta fuerat, inde sal⁹ exordiũ susciperet. In hoc horto lignum uitæ Christus erat, Iudas serpens. Et quòd Iudas cum cohorte quam adducebat, cecidit retrorsum, lapsum significat & ruinam serpentis, hoc est, diaboli cũ sociis suis. Nimium uero hic diu immoramur. quamuis enim aquila hæc cælorum arcana superans, uerbum nullum frustra posuit, singula tamen ponderare exactius, & longum nimis & forte futurum erat molestius. Itaq; cũ sancto Augustino ijs quę manifesta sunt, ne immoremur, ubi hoc opus est, causa poscente, faciamus.

Theoph.

Gene. 3

Aug. super. Johã.

II. ¶ Neq; uero egressus dominus hortum intrauit, quasi passionem fugiturus: sed ut ibidem à Iuda facilius inueniri posset, qui & hortum nouerat, & eò frequenter dominum uenire solitum ad orationem non ignorabat. Vbi primum retruduntur neochristiani, qui nullum locum præ altero eligentes, omnes iuxta orationi aptos dicunt esse & idoneos. Contrà fecit Christus, præ alijs locis montem hũc oliueti, ueluti peculiariter suæ dicans orationi. Deinde hinc tu quoq; disce, in magnis festiuitatibus aliquanto plus, magis'q; pie orare, quia idem hic fecit Christus. Disce præterea (contra schismaticos) mane surgere, matutinis interesse, peruigilare, pia esse & Christianis digna officia. & Christus plerunq; noctu in hortũ hũc uenit oratum. idipsum non ignorãs Iudas, sui similes sibi adiũxit, eiusdem impietatis socios seruos Romanoꝝ, quos & ipsos Iudæi corruperant, pecunijs'q; impetrârãt, ut se iuuarent. Militaris enim ordo, auri mancipium est.

Cyrillus.

Theoph.

Aurea sententia.

¶ Solerter etiam illud ideo præcauerant, ne quis se in capiendo impediret, abstertitus Romani præsidij presentia: & ne quicquam deesset, pontificum quoq; & phariſæorum seruos in comitatum adsumpserant, ut ne quis se ob legem Mosaicam conatibus eorum opponeret.

¶ Videns aduenisse iam tempus suum dñs, obuiã prexit aduenientibus, qui antea properãtes ipsum creare regem

Johan. 6.

procul fugerat. Nunc ultro se eis p̄bens, quē quærāt etiam interrogat. illiq; respondent, Iesum Nazarenum. non inquunt, Te ipsum uolumus, te quæsitum aduenimus. qa nec uoce illū nôrāt, nec specie. Vides igit, ait Chrysostomus, ūim insuperabilem, quō in medio existens eos cæcauit. Quòd em̄ nō tenebris id noctis cōringeret, ostēdit euāgelista, cū dicit eos faces habuisse, quas nisi habuissent, saltē uoce cognit⁹ eēt. Quòd si illi Iesum ignorabāt, nō tñ Iudas ob cōtinuā cū eo cōsuetudinē. Interrogat aūt quē quærāt, nō q̄ ignoraret, sed ut eos argueret, qui nec cognoscere quidē poterāt ipsum: sicq; nos doceret nō potuisse se capi, nisi ultro sequærentibus obtulisset. Chrysost. Cyrillus.

¶ Respondit ergo dominus, Ego sum. Et subito regredientes, ceciderunt retrorsum. Quanta erit obsecro tū maiestas, tum potētia Christi uenientis ad iudicium, qui tā potēs extitit in prosternēdis hostib⁹ cū iudicari uellet? Augustin.

2. ¶ Et qm̄ hic mortales ꝓstrati corruerūt ad uocē Christi, ita ad eandē in die nouissimo etiam mortui resurgent. Johan. 5

3. ¶ Nō temere quoq; ceciderūt retrorsum, quoniā id ipsum Dauid quoq; in persona Christi prædixerat, Conuertant & erubescant simul qui uolūt mihi mala. Conuertant retrorsum & erubescāt ualde uelociter. sicut Eli de sella legit decidisse. simile qddā habet & Isaias, dicēs: Vadāt & cadant retrorsum. Boni uero antrorsum ꝓcidunt in faciem suam, sicut hic Christus in monte Oliueti, sicut Abigail corā Dauid, & Petrus procidit ante dominum. Psalm. 39. 1. Reg. 4 Isaię. 28. 1. Reg. 29. Lucę. 5

4. In hodiernum quoq; diem retrorsum abeunt Iudæi, quantumcunq; clamet dominus, Ego sum, ego sum quem quæritis Messias. tamen instar cancrorum retrocedunt ad Antichristum, nolētes nec agnoscere, neq; recipere Christum. neq; sic retrorsum ambulant tantum, sed & in barathrum præcipites cadūt damnationis æternæ.

5. Præterea signum quoq; futuræ gentis Iudaicæ casus, hic ministrorum casus est: neque in hunc usq; diem semel collapsa resurrexit synagoga Iudæorum, quemadmodum fore prędixit Ieremias: Cecidit Israel, & nemo ē q̄ excitet. Ita cadunt, & hactenus quoq; ceciderunt omnes aduersarij uerbi dei, hæretici omnes. Cyrillus. Jeremi.

¶ Porro Christus quum iam semet obtulisset in mortē, Cyrillus.

suos tamē tutatus est discipulos: Sinite, inquiēs, hos abire. Qui tam paucorum in tali tempore curā habuit, quomō innumerabiles fideles non proteget? Omnipotens fuit illud uerbum Christi: unde & Iudæorum compescuit furorem, aliâs quomō Petrus solus in gladio percutiens, euadere tantam potuisset multitudinem? Verum uirtus diuina uerbi illius ipsum protegebat. O quoties ab infinitis periculis nos deus custodit & ignaros, & tale nihil præcauentes. Sicut ergo uerbū illud dei Iudæos prostrauit, ita pari uirtute discipulos ab eorum uesania potuit eripere.

¶ Disce hic peccatorem, nisi conuerti nolentem, non perire: quia apostoli iamiam fugituri & per fugam peccaturi erāt, tñ de ipsis dicit Christus, nō amisisse se quēquā. siquidem dum sperabatur, imò apud Christum certa erat illorum conuersio, nullus eorum perierat.

3. ¶ Quum uero audis, quia Petrus Malcho auriculā absciderit, mirari fositan posses, unde hic Petro gladius contigerit, quādo discipulis suis iā ante præceperit Christus, nec peram gestare nec uirgam, tantum abest ut gladium illis permiserit. Verum quidem est id, ita eis præcepisse dominum, quando eos prædicatum ablegauit: sed tamen hoc ipsum in necessitatis casu sustulit, dicens: Quādo misi uos sine marsupio & pera, nunquid aliquid defuit uobis? Nunc autem qui habet marsupium & peram, tollat eam: & qui non habet gladium, uendat tunicam & emat eum. Hoc ipso docere nos uoluit ille, tempore periculoso licere etiam ministris suis, ut sese armis instruant. uerum quomodo pugnare debeant, statim audiemus.

Matth. 10

Lucę. 22

¶ Disce hic non male facere ecclesiam, dum pro temporum opportunitate aliquid in consuetudinibus & legibus suis mutat & uariat. Quondam cōiugatus poterat sacerdotari, nunc non item. Olim legitima ætas eorum qui ordinari debebant presbyteri, erat triginta annorū, nūc uigintiquatuor tantum. Hic Christus etiam arma eorūq; usum antehac apostolis prohibitū relaxat, & cum eis dispensat. Antea uetuerat, ne abirent in uias gētium: deinceps id ipsum eis mandauit, ascensurus iamiam in cælum. idem quoq; peculiariter præcepit Petro, qui illud primū non satis acceperat. Peccant igitur neochristiani & tur-

Matth. 10

Marci. 16.

Actuū. 10.

piter errant, dum ecclesiam atq; concilia reprehendunt, super eiusmodi legum & constitutionum alteratione. Neq; est quod hic confugiamus ad excusandum Petrum, qui gladium hunc portauerit in usum agni paschalis, uel insidias ueritus, uel quod gladiolus tantum siue pugio fuerit piscatorius: quia iam ante Christus eos præmonuerat, euidentem & urgentem ipsis significans necessitatẽ. quamobrem & ipsi dicebant, Ecce duo gladij hic. Theoph.

¶ Videns Petrus unico CHRISTI uerbo perculsos prostratosq; esse Iudæos, plenꝰ ipse tũ confidentiæ erat, tũ feruoris, audiensq; CHRISTVM dicere, *Sinite hos abire*, ratus iam instare tempus uindictæ, percussit seruum pontificis, & ita percussit, quasi qui caput illius medium dissecturus esset, uerum singulari ordinatione dei tantum præscidit auriculam. Atq; sic (inquit Augustinus) permissus fuit Petrus dolorem facere, non occidere. & in alio loco, Petrus errans in amore domini, seruo, non libero auriculam abscidit. Neq; id tamen suo carer mysterio. quia enim seruũ percussit, designat eos qui sub lege Moysi uiuebant, & seruos fuisse, & seruilem habuisse timorem. Atqui nos iam in nouo testamento liberi sumus, secundũ quod dixit in euangelio CHRISTVS: *Si filius uos liberauerit, uere liberi eritis*. Et quod seruo pontificis abscidit auriculam, hoc ipsum significat, quia legem carnaliter tantum intelligebat. ideoq; auris dextra, qua eam secundum spiritum accipere debebat, ipsi amputata est per principem apostolorũ. Vel etiam in cõmune uniuersum significat Iudæorum omnium cæcitatem, si quidem ista auriculæ præcisio, signum fuit inobedientiæ Iudaicę: quoniam aures habuerunt quidem Iudæi, sed non audierunt, eo quòd partim contigit cæcitas in Israel. Lyra. Augustin. Quę.no. 2 ve. tes. Johan. 2 Roma. 10.

IIII. ¶ Post increpationem Petri, CHRISTVS sanationẽ, cuius meminit Lucas, adgreditur serui, cui nomen erat Malchus. Et id ob euidentiorem historiæ certitudinem adposuit euãgelista, uel quoniam illum aliâs etiam corporaliter loquendo magis nouerat, eo quòd seruus iste esset põtificis, cui ipse quoq; notus erat. Quod autem ad correptionẽ Petri attinet, nõ ille qdẽ procul à lege tali onis aberat: sed tũ Christꝰ qui nos supra legẽ uenerat ad- Exodi 21. Cyrillus.

ducere, uehemẽtiam eius & nimiũ feruorem cohibuit. Si quidẽ multo melius est iusto iudici rationẽ iniuriarũ reddendam relinquere, quàm pietatis causa nostri sanguinis petere ultionem. Ad eundem modum aliâs quoq; discipulos compescuit, petentes ignis de cælo descensionẽ, dicẽs ad eos: Nescitis cuius spiritus estis. Sed miraberis, quid ita generosi animi & peculiaris cuiusdam uehementiæ homines elegerit deus. In ueteri testamento synagogæ principem uoluit habere Moysen, qui quendã occiderat, & eundem in arenam sepelierat. In noua lege princeps futurus ecclesiæ Petrus, Malchum occidere parabat: & declinante ictu, auriculã tantũ illi amputauit. sic Augustinus, Quid, inquit, indignum, si Petrus post hoc peccatum factus est pastor ecclesiæ, sicut Moyses post percussum Aegyptium, factus est rector synagogę? Et quamuis hic Augustinus tacite Moysen insimulare nititur peccati, tamen eundem excusat sanctus Stephanus, dicens, quia existimabat ille intelligere fratres, qm̃ deꝰ per manũ ipsius daret salutẽ illis.

Luce. 9.

Exodi. 2.

Aug. li. 22. contra Faustum ca. 70.

Actuũ. 7.

¶ Quæres adhuc, an hic in gladij percussione peccârit Petrus. Communis ibi responsio patrum est, peccasse Petrum: quia si male non fecisset, increpatus à Christo non esset. audiuit enim sibi dici, Mitte gladium tuum in uaginam. Aut non uis, ut calicem illum bibam? Qui gladio pugnat, gladio peribit. Insup ꝑ Petro dicere quis poterit:

1. ¶ Attamẽ gladios gestare dñs eos iusserat, nõ ob aliud utiq; nisi in tutelam & protectionem suam.

2. ¶ Deinde ad illud quod Petro dixerat dominus de negatiõe sui, respõderat ipse paratũ se uel mori pro illo.

3. ¶ Eius quoq; quod facturus erat, antequam faceret, ueniam à Christo petijt, dicens: Domine, nunquid percutimus in gladio?

4. ¶ Pro Petro etiam facere uidetur istud, quod dixit dominus: Sinite usq; huc. Quasi dicat, Satis hoc est quidẽ. neq; nimium uidetur in eo factum, dum ad aurem pertigit ictꝰ, ne mõ ulterius procederet cœpta isthæc uiolẽtia.

5. ¶ Quid quòd ius idipsum quoq; naturæ permittit, Vim ui repellere?

6. Fecit hoc præterea amore domini sui. & laudãdus est seruus, non dubitans animã ponere pro domino suo.

7. ¶ Ad extremum etiam Glossa testatur Petrum hoc ex feruentissimo zelo fecisse, sicuti & Phinees, occiso Iudæo, quem inuenerat cognoscẽtem mulierem alienigenam, nihil minus quàm quod peccârit, laudatus insuper à deo: sicq; diuina ira mitigata, & cessauit quassatio, & promissum ille sibi suscepit sacerdotium sempiternum. Numé. 25 Psalm. 105

¶ Ad hæc omnia singulatim sic respondebimus, primumq; statim dissoluimus illo dicto beati Augustini, cum ait: Ferre iussit Christus gladios, non ferire. Quo si nõdũ es contentus, sed adhuc opponis: qui id potuerit fieri, aut quare & in quem usum ac finem gladios gestarent, nunquid ut cum ijs scriberent aut pingerent? Ecce non desinis in magno mysterio puerilem intermiscere significationem. Respondeat itaq; ad hoc etiã tibi Augustinus, dicẽs: Christus interrogauit de gladijs, non propter usum, sed significationem. Ecquid autem designârunt & repręsentârunt gladij ij duo? Geminam scilicet potestatem, secularẽ & ecclesiasticam. Petrũ uero iamiam papã summumq; ecclesiæ pontificẽ futurum, non decebat gladio uti seculari. Sicq; conueniunt hæc duo quæ dixit dominus, Sufficiunt gladij duo. Et mitte gladium tuum in uaginã. quoniam non conuenit papam quoq;, sed imperatorem gladio seculari uti & pugnare. Idem hic dicere oportet neo christianos, si modo uolent extricare se ex illo, quomodo Christus admissis gladijs duobus tanquam sufficientibus, uetuerit tamẽ Petrum gladio suo uti. Ad II. dico, uerum quidem id esse, & confidentiam suam tantam Petrũ Christo prænunciasse: ueruntamen & ipse non semel à Christo audiuit passionem suam prædici, unde & oportebat illum uoluntatem suam eidem cõformasse, & minime illum negasse. Ad III. Veniam quidem petijt Petrus, si expectare potuisset eandem: sed præstolatus non est, sed simul penè & petijt & percussit. Vulgatũ aũt iã est illud, Nihil & inutile æquipollent. Ad IIII. Quòd Christus dixit, Sinite usq; huc, nõ ad illam Petri inquisitionem pertinebat, qua quæsierat an percutiendum sibi esset, quasi eo ipso respondere illi uisus dominus annuisset. Nihil minus. Quin potius præcipere sic uoluit illis, ut suum relinquerent Iudæis impetum, seq; ab eis capi sine- Augustin. Augustin. Matth. 26

rent. Id autem dum dicebat dominus, iam amplius sibi tẽ perare non ualebat Petrus quin percuteret. Ad V. Vera quidem illa est lex naturæ, et uim ui licet coërcere, dũ id ita uisum placitumq; fuerit magistratui, non item si ad uersẽ illi. Non itaq; inuito domino percutere debebat Petrus, eoq; minus, quia audiebat dominum sibi dicentem:

Matth. 26 An putas quia non possum rogare patrẽ, & exhibebit mihi modo plus quàm duodecim legiones angelorum? Quomodo ergo implebuntur scripturæ? Ad VI. Non imus inficias fecisse hoc Petrum ex amore erga Christum: uerũ tamen & amor errare potest ac decipi, si nimium uehemẽs sit, quia tunc celeritas & nimium præpropera uehemẽtia non sinit rationem circunstantias omnes præmeditari, q̃rum defectu deinde opus malum redditur. sic Paulus Iudæos quoq; habere quidem zelum, sed non secũdum scientiam, testat. Debebat itaq; responsum Christi expectasse Petrus, eo maxime, qa & ipse iam ante à Christo seorsim reprehensus fuerat, quãdo multis ex Christo de passiõe sua

Matth. 18 auditis, dixerat illi: Absit à te domine, non erit tibi hoc. Respondit autem tunc illi dominus, Vade post me sathana, scandalum es mihi. quia non sapis ea quæ dei sunt, sed ea quæ hominum. Ad VII. Et ultimum, quãdo factum Petri confert Phinees, respondet id non secũdum se fieri: quia alterũ bonũ, alterũ uero in se malũ erat: sed qm̃ utrunq; ex feruenti factum est zelo, ideo conferunt inter se. In Phinees ergo amor laudatur cum opere, in Petro charitas tantum, non factum. Et hoc est quod doctores discretionẽ dicunt rectricem & gubernatricem omnium esse uirtutũ.

Peccata Petri. Sicq; dum illa caruit Petrus, peccauit in temeritate sua, præsumens se propriis uiribus à negatione Christi posse abstinere. peccauit etiam percutiendo Malchum uetitus à Christo, nec aliquam habens illius commissionem. peccauit insuper fugiens à domino, peccauit præterea negando illũ. Discamus hic nos Christiani non ex uindictæ & ultionis cupiditate, citra legitimam iuris formulam, proximum uelle offendere. Animaduertamus hæc ipsa uerba Christi, Qui gladio pugnat, gladio peribit. Horrendum hoc dictũ est aduersus eos, qui nihil magis in uoto habent, quàm ferire, percutere, pugnare, ne eis contingat quod accidit

Adonibezech, qui postquam septuaginta regibus summitates manuum ac pedum amputasset, ita tãdem ipse quoq; plexus dixit: Sicut feci, ita reddidit mihi dominꝰ. Pestis hominũ est, non homo, qui tanto feruore, imò furore fertur ad pugnas, gladios & ẏbera, cum aliâs uniuersa se ingerat malorum omnium lerna. Audi quisquis sic insanis, audi inquam furiose, quid Dauid dicat: Quorũ os maledictione & amaritudine plenum est, ueloces pedes eorum ad effundẽdum sanguinem, contritio & infelicitas in uijs eorum. non est timor dei ante oculos eorum. Ecce quàm proprie & exacte uesaniam istorum expressit Dauid, quã pulchre depinxit mores, uitam, omnesq; conditiones eorum. Oremus deum & gratias agamus illi, dicentes: Pater noster. Judic. 1 Psalm. 13

QVOMODO DVCTVS AD ANNAM DOMINus sit, & ab Anna ad Caipham: ibidemq; quo pacto Petrus negârit illum.

TEXTVS SECVNDVS.

Cohors autem & tribunus & ministri Iudæorum comprehenderunt Iesum, & ligauerũt eũ, & adduxerunt eum ad Annam primum. erat enim socer Caiphæ, qui erat põtifex anni illius. Erat autem Caiphas qui consilium dederat Iudæis, quia expedit unum hominem mori pro populo. Sequebatur autem Iesum Simon Petrus & alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus pontifici, & introiuit cum Iesu in atrium põtificis. Petrus autem stabat ad ostiũ foris. Ex- Matth. 26 Marci. 14 Luce. 22 Matth. 26 Marci. 14 Luce. 22.

iuit ergo discipulus alius, qui erat notus pontifici, & dixit ostiariæ, & introduxit Petrum. Dixit
Matth.26 Marci.14 Luc.22 ergo Petro ancilla ostiaria: Nunquid & tu ex discipulis es hominis illius? Dicit ille: Non sum. Stabant autē serui & ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant se. Erat autem cum eis & Petrus stans, & calefaciens se. Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis, & de doctrina eius. Respondit ei Iesus: Ego palam locu-
Matth.26 Marci.14 Luc.22 tus sum mundo. ego semper docui in synagoga & in tēplo, quo omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt, quid locutus sum ipsis. ecce ipsi sciunt quæ dixerim ego. Hæc autem cum dixisset, unus assistens ministrorū dedit alapam Iesu, dicens: Sic respondes pontifici? Respōdit ei Iesus: Si male locutus sum, testimoniū perhibe de malo: Si autem bene, quid me cædis? Et
Matth.26 Marci.14 Luc.22 misit eum Annas ligatum ad Caipham pontificem. Erat autem Simon Petrus stans, & calefaciens se. Dixerunt ergo ei: Nunquid & tu ex discipulis eius es? Negauit ille & dixit: Non sum. Dicit ei unus ex seruis pontificis, cognatus eius cuius abscidit Petrus auriculam: Nonne ego te uidi in horto cum illo? Iterū ergo negauit Petrus, & statim gallus cantauit.

¶ Tria hic principio nota, quæ fecerunt Iudæi: Dominum ceperunt primum, quod & ignominiosum illi erat, & plenum dolore. Deinde ligatum illum ui & impetu

ptraxerunt ad põtifices: idipſum etiam quã præter omne meritum ſuum ſit factum, tu ipſe tecum expende & cogita, quomodo captus ſit aſſertor ille & reſtaurator libertatis: uinctus, qui peccatorũ uincula uenerat ſoluere: ad iudicem adductus, qui natus in hoc fuerat, ut homines tũc exulantes in paradiſum reduceret.

¶ Quid multa? ad Annam ductus eſt primum, qui ſocer erat Caiphæ põtificis anni illius. idipſum ſic iam ante cõſtituiſſe, ut ita fieret, Caipham, teſtis eſt ſanctus Auguſtinus, plurimis de cauſis. Auguſtinus.

1. ¶ Quia hoc modo ſocerum ſuũ honorare uolebat, dum primas iudiciꝰ partes illi deferebat.

2 ¶ Vel quòd ſic coram multitudine uideri cupiebat, declarans hoc modo quam iam ſecum certo conceptã habebat ſententiam, eo æquiorem eſſe & iuſtiorem, quòd à ſenioribus etiam foret adprobata.

3 ¶ Quanquam idem in maiorem Chriſti contumeliam feciſſe putari poteſt, ut ſic à multis iudicibus condemnatus haberetur.

4 ¶ Cyrillus, ducunt, inquit, eum primo ad Annam. unde ſubintelligere datur, artificem inſidiarum ipſum fuiſſe, pactamq; proditori mercedem promiſiſſe. Cyrillus.

5. ¶ Fieri tamẽ poteſt, ut quando domus Annæ in ipo itinere ſtatim primum ducentibus ſeſe obtulerit, occaſione hac moti iſti, eò primum induxerint illum.

¶ Quid autem in hoc ſibi uoluit euangeliſta, q eũ pontificem anni illius appellat? nihil aliud utiq;, q̃ q eo ipſo inſignem eorum innuere malitiam uoluit & peruerſitatẽ. Quum em̃ primum epiſcopatum ſiue pontificatum inſtituiſſet deus, non annuum uoluit, ſed cuiuſq; uitæ perpetuum, atq; adeo hæreditario iure filiꝰ ſuccedentem, ſicut de Aaron patet & Phinees. Deinde pro filiꝰ ſubinde ſe ingerebant alieni & exteri. Tandem uero ſummus ille eccleſiaſticæ dignitatis magiſtratus, etiã uenalis factus eſt, adeo ut quiſq; plus pro eo pecuniaꝝ expenderet, is poſſideret. Ad extremum facta etiã mutatio eſt in illo per uices, ſuccedentibus ſibi mutuo iꝰ, qui coẽmptam dignitatẽ in ſuã redegerãt poteſtatẽ, nõ ſine Simoniæ uitio. Vnde & Caiphas iſte à Romano tandẽ Impatore Vitellio, loco ſuo Exodi. 29. Nume. 25 Joſephus li. 20. cã. 9 Joſ. li. 18 cap. 8

Augustin. turpiter amotus est. Narraturus itaq; Iohannes quid de CHRISTO coram Anna sit actum, non se tantum, sed & Petrum inquit esse secutum: quoniam ij duo fidelius adhæserunt domino. Vnde sunt qui duo genera uitæ in iis expressa dicunt, actiuum & contemplatiuum. Atq; ut se testem uerissimum & in nullo suspectum ostendat, etiam modum insinuat, quo peruenerit in domum pontificis: quoniã notus ei fuerit, eo magis ingredi audebat, non facturus idipsum, si notus ei non fuisset.

2. ¶ Animum hic mihi Iohannis ingenuum & fortẽ considera, quem à sequela CHRISTI, & ab ingressu domus pontificis absterrere nihil potuit: quamuis ipse & ætate minimus natu, & corpore tenerior fuerit. Chry-
Chrysost. sostomus tantum ideo confidentius ingressum putat Iohannem, quia notus erat pontifici. Verum equidem putârim eo ipso magis ab ingressu absterritum illum fuisse, quem & nôrit pontifex, & CHRISTI sciuerit consanguineum simul esse & discipulum. Quia ergo captus iam magistèr erat, metuendum & illi fuit, ne ipse quoq; parũ tutus esset. Sic ad Petrum etiam dixit ancilla: Et tu ex illis es? quasi dicere uoluisset, Iohãnẽ hũc noui ad eos pertinere. Nunquid & tu ex eis es? Ingressus autem Iohannes, dixit ostiariæ, ut illa quoq; introduceret Petrum.
Beda. Quod significatione etiam non male conuenit: quia sic uita contemplatiua actiuam quoq; ducit ad deũ, quæ aliâs ab ipso futura erat, ut ille inquit, excluſissima. Interroga
Iob. 26. tus porro ab ancilla Petrus, an ne & ipse ex eis esset, pernegauit. Ecce columna firmissima, ad primũ, eumq; minutissimum unius uentuli impetũ, contremiscit. Vbi est illa promittentis audacia, & de se plurimum præsumentis?
Augustin. Hoccine est magistrum sequi, se negare discipulum? Siccine pro domino anima ponitur, ut hoc ne fiat, uox ancillulæ formidetur? Neq; uero id mirum cuiquam uideatur, si deus uerum prædixit, & homo de se falsum temere præsumpsit: sicq; Christũ simul magistrum, & se negauit esse
Chrysost. Christianum. Quid ergo Petre, nec ostiariam rogantem perferre potes? Num miles, num aliquis eorum qui Iesum ceperant, rogabat te? Vilis erat ostiaria & abiecta, neque aspera percontabatur.

¶ S. Cyrillus illud Petri peccatū extenuare conatur, dicens, eum peccasse quidem negando Christū, sed id tamen fecisse ipsum metu urgente, sic quòd interim nō carueri t charitate, quæ eò illum impulerit, ut finem uideret eorū quæ circa Christum fierent. Factum igitur hoc modo est, ut hinc urgente timore, illinc amore cogente, ad Christū negandū facile adduceretur. Quo nomine ministris etiā se cōiūxit, inter quos & minus suspectus haberetur, & magis uideret quem ardenter expectabat, finem. Sed hic malorum societas perdidit Petrum, illeq; adeo dimisso Christo, mixtus lupis, etiam denuo abnegauit magistrū. Neq; à ỳo discedit alienúmue existit, Petrū bis in atrio Annæ, tertiū uero in ædibus Caiphæ dominū negasse: q̄uis negatiões has oēs ī domo Annę, alī apud Caiphā existimēt factas. Verū istas & hm̄oi alias q̄stiões plures, scholis relinq̄ & disputatiōibus, Quilibet hic misericordiā dei immēsam cōsideret, Christ⁹ in summis erat afflictiōib⁹. capt⁹ & uinctus tenebat corā pōtifice. inter hostes suos stabat medi⁹. neq; tñ negatoris sui oblitus ē, quin eum tūc quoq; oculis misericordiæ suæ aspiceret, nō cōtemnens illū qui se plurimis (sicut euāgelistæ testātur, quorū quilibet alijs atq; alijs uerbis idipsum descripsit) pertinaciter adeo uerbis negauerat. Verum is tamen galli cātu, Christiq; adeo benignissimo aspectu ad pœnitentiā permotus, exiuit & fleuit amarè: neq; tunc tantum, sed deinceps per omnem uitæ suæ decursum, ad galli cicurrientis uocem fleuit. Tu itaq; ò misericordissime domine Iesu Christe, nos quoq; oculis misericordiæ tuæ clementer aspicere dignare, gratiamq; simul & fontē lachrymarū nobis dona, ut sic nos q̄q; peccata nostra animo cōtrito integre cōfiteamur & deploremus. Cyrillus.

3. ¶ Interrogauit Christum Annas de doctrina & discipulis suis. Hi quia omnes aufugerant ab illo, carentes iam lumine fidei, ideo de eis nihil respondit. Simulq; suo te docuit exemplo, ut tu quoq; dum nihil boni quod de proximo dicas habes, malum etiam ne proferas: nisi id fiat uel in aliorum emendationem, uel iustam reipublicæ tranquilliratem & administrationem. Verum de doctrina respōdens, testimonio innixus est audientium, eo ꝙ palā in synagoga docuerit semp. Neq; id ptinacis erat, sed fi- Theoph.

dentis in dictorum ueritate. ista enim est ueritatis indubitata demonstratio, quando quis habet inimicos, testes eorū quæ dicit. illud autem multo maximum est, quòd doctrinæ rationem ex ministris pontificis & pharisæis, qui ipsum ceperant, requiri ac peti desiderabat: quoniam ipse quem nihil latebat, sciebat utiq; cuiusmodi testimonium iam ante dederant ñ, qui ad se capiendū uenerant. dixerāt enim, Nunq̄ homo loquutus est talia. Annas autē quia contemptor erat uerbi dei, indignus habebatur qui illud audiret. Quāuis id eo modo etiā accipi potest, quasi dominus pharisæos ad cognitionem scripturarū sic adducere uoluerit, dum nihil se loquutum diceret in occulto, quasi digito semet demonstrās diceret: Ille ego sum, de quo Isaias, Non, inquit, in abscondito loquutus sum, in loco terræ tenebroso. Cæci aūt isti cæcorūq; duces, nō attendebant illa, q̄ prænūdēs Isaias, in persona Christi dixit: Tota die expādi manꝰ meas ad populū incredulū & cōtradicētē, &c.

Cyrillus. Johan. 7. Johan. 7. Isaiæ. 45. Isaiæ. 65

¶ Inter cætera hoc quoq; diligētius paulo, attentiusq; mihi contemplare, quomdo rectè dixerit Christus, palàm se loquutū esse profitēdo, quasi uolēs sic dicere, Quæ per Moysen uobis scripta sunt, non aperte, quæcunq; placēt deo, sed umbris atq; figuris & per ænigmata, significāt, & ruditate cōtecta literæ, quæ necessaria cognitu sunt, aperte nō exponunt. Sed ego pietatis uiam non ænigmatice, sed dilucide mundo prædicaui. Illis in figura contigerūt omnia. et tādē cū aduenisset nouus ille legū lator Christus, per quem gratia & ueritas facta est, ille palam docuit. Hic tamen latenter increpauit Annam & alios omnes, qui doctrinā Christi contrariā habebant legi Mosaicæ, simul innuēs nullam hic fieri debere collationē, eo quòd Moyses umbra tantū fuerit, ipse uero ueritas aperta omnibꝰ, quoniam & euangeliū liberū atq; manifestum sit bonis omnibus, tantumq; uelatum & opertū malis, uel Paulo attestāte, cum ait: Quòd si opertum est euangelium nostrum, in

Cyrillus. 1. Cori. 10. Johan. 2 Johan. 7 2. Corin. 4

ijs qui pereunt, est opertum.

¶ Dices aūt, nonne multa clam solis discipulis dixit dominus? Nonne ad eū Nicodemus quoq; uenit noctu? Nōne ipe etiā cū discipulis suis loquēs, dixit pleraq; illis se in parabolis & puerbijs eē locutū? Rūsio, Multi hic multa, alijq;

Johan. 3. Johan. 16.

alia dixere, quorũ bonã partẽ scholis relinquimus. Tantũ hoc adiũcio, ab hoc textu non abhorrere, q̃ Christus dixerit illud ad declinãdam falsam põtificis suspicionẽ. Nihil, inquit Theophylactus, in occulto loquutus sum: hoc est, nihil seditiosum, & sicut tu opinaris. Nihil innuo, nec̃ dolosa & occulta mẽte propriũ quiddã loquutus sum. Quia nisi sic intellexerimus, q̃ ad suspicionem põtificis hæc dixerit, uidetur mentiri. Nã multa dixit in occulto, utpote ea quę supra captum multitudinis erãt. Sic aũt uoluit exprimere & designare se illum esse, de quo psalmistes dixerat: Annunciabo ueritatem tuam in ecclesia magna. Theoph. Chryſoſt. Psalm. 39.

4. ¶ Quid porro hac responsione uerius, mansuetius, iusti? Et tñ nõ defuit iniquissimo huic domino, paris impieratis socius, seruus nequissimus. is Christũ percussit q̃ potuit uiolentissime, acclamans: Siccine respondes pontifici? De huiusmodi dominis iã olim dixit Salomon: Quia princeps qui libenter audit uerba mendaciũ, omnes ministros habet impios. Vsq̃ adeo non est in rege aut principe argumentũ uitæ suæ certius, quàm aula. Seruũ hunc Malchum fuisse, cui paulo antè auriculã restituerat dominus, aperte testatur Chrysostomus. Nos autem si cogitemus quis acceperit alapam, nonne uellemus eum qui percussit, aut cælesti igne concussum, aut terra dehiscente absorberi, aut correptũ dæmonio uolutari, aut aliqua huiusmodi qualibet pœna, uel etiam grauiore puniri? Augustin. Prouer. 19. Chryſoſt. Augustin.

¶ S. Cyrillus existimat seruum hũc nequissimum, ideo Christum percussisse, quoniam offenderãt ministrorum aliqui Iudæorum principes, qui capere Christum iussi, sic eũ admirati sunt, ut laudãtes dicerent, Nunquam locutus homo sic est, quo responso in rabiem concitati sunt pharisæi. Quum igitur respõsio saluatoris ad memoriam huius rei principes reducebat, idcirco ne de animo suo benuolentia q̃ principes suspicarentur, qui aliãs quia Christum admirabatur, fuit reꝑhẽsus, alapa Christũ cędit. Solẽt em̃ ministri nõ ferre quic̃q̃ aduersus se principibus referri. Cyrillus.

¶ Respondit autẽ dominus: Si male loquutus sum, testimonium perhibe de malo. Ecce percussus dominus sic respondet, ut quemlibet ueritatis amatorem potuerit mitigare, & ad benignitatẽ perducere. Deinde discimus hoc Theoph.

Matth. 5 ipso Christi exemplo, mandata apud Matthæum illa, q̃rum pleraque consilia sunt, non ad literam esse intelligẽda. quod enim ibi de exhibiti õe maxillæ docuit, idem hic

Augustin. ipse corporaliter non implet uit. Quin potius sic monstrauit sua illa magna præcepta patientiæ, non ostentatione corporis, sed cordis p̃paratione eẽ faciẽda, nisi illud uel in cultũ dei, uel in usum uergere posse uideat ecclesię. tũc sane ne maxilla quidem à manu percutientis est retrahenda. Ita hic animo suo institutus probe'q; paratus fuit dominus, ut potuerit dicere cum Dauide: *Paratum cor meum*

Psalm. 56. *deus, paratum cor meum.* Idem uero quod hic mente, de inceps ipso præstitit opere, dum non maxillam tantum, sed omnia totius corporis membra exhibuit flagellantibus se. In nulla (inquit Augustinus) Christiana historia, in

Augustin. qua est autoritas, tale quicquam inuenies factum à sanctis, uel ab ipso domino, quum in homine, quem suscipere dignatus est, uiuendi nobis præberet exemplum. Quum tamen omnibus fere locis eos inuenias paratos fuisse æquo animo tolerare, quicquid eis improbe fuisset ingestum. Cęterum ubicunq; apparebit nimiã patientiam uergere in contumeliam & blasphemiam dei, animarum'q; perniciem, resistendum tunc est, sicut Christiani non tm̃ non alteram Turcis porrigunt maxillam cædendam, sed & bella aduersus eosdem mouent & armis se tuent, quamuis non eadem semper felicitate. Admonet hic Cyrillus Christia-

Cyrillus. nos patienter sufferre debere omnem contumeliam, sicut & Christus alapam à mancipio sordido incussam, patiẽter sustinuit, & idẽ iã olim admonuit Sapiens, quum ait:

Eccl. 10 Omnis iniuriæ proximi ne memineris. Quia autem reliq; euangelistæ copiose quæ circa Caipham dicta facta'q; sunt descripserunt, eadem uel modice attigit Iohannes, uel omnino supersedit, quoniam postremus scripsit euangelium, ea'q; suppleuit, quæ cæteri parcius breuius'q; narrãrunt. Nos iam quoque dolores Christi inter uincula, captiuitatem & in alapa piis precibus uenerantes, dicamus, Pater noster, qui es in cælis. &c̃.

QVOMODO DVCTVS A CAIPHA AD PILATVM fuerit dominus, & quæ illius cum Christo colloquia, quantaq; extiterit ibidē tumultuātiū Iudæorū ueſania.

TEXTVS TERTIVS.

Adducunt ergo Ieſum à Caipha in prętorium. Erat autem mane, & ipſi non introierunt in prætoriū, ut nō contaminarentur, ſed ut māducarent paſcha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit: Quam accuſationem affertis aduerſus hominē hunc? Reſponderunt & dixerunt ei: Si nō eſſet hic malefactor, nō tibi tradidiſſemus eum. Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eū uos, & ſecundū legem ueſtram iudicate eum. Dixerūt ergo ei Iudæi: Nobis non licet interficere quenquam. ut ſermo Ieſu impleretur, quem dixit, ſignificās qua morte eſſet moriturus. Introiuit ergo iterum in prætorium Pilatus, & uocauit Ieſum, & dixit ei: Tu es rex Iudæorum? Reſpōdit Ieſus: A temetipſo hoc dicis, an alij dixerunt tibi de me? Reſpondit Pilatus: Nunquid ego Iudæus ſum? Gens tua & pontifices tradiderunt te mihi. Quid feciſti? Reſpondit Ieſus: Regnum meum non eſt de hoc mundo. Si ex hoc mundo eſſet regnum meum, miniſtri mei utiq; decertarent, ut nō traderer Iudæis. Nunc autē regnum

Matth. 26 Marci. 15 Luc. 23

Matth. 27 Marci. 15 Luc. 23

meum non est hinc. Dixit itaq; ei Pilatus: Ergo rex es tu? Respõdit Iesus: Tu dicis, quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc ueni in mũdum, ut testimonium perhibeã ueritati. Omnis qui est ex ueritate, audit uocem meam. Dicit ei Pilatus: Quid est ueritas? Et cũ hoc dixisset, ite
Matth. 27 Marci. 15. rum exiuit ad Iudæos, & dicit eis: Ego nullam in uenio in eo causam. Est autẽ consuetudo uobis,
Matth. 27 Marci. 15. Luc. 23 ut unum dimittam uobis in pascha. uultis ergo dimittam uobis regẽ Iudæorum? Clamauerunt rursum omnes, dicentes: Non hunc, sed Barabbam. Erat autem Barabbas latro.

¶ Ecce primum à Caipha ad Pilatum adducunt dominum, siquidem eorum iam potestas plurimum erat illis à Romanis diminuta, quemadmodum ipsi deinceps confitebantur, dicentes, sibi ius non esse quenquam occidendi. Decreuerunt igitur tantum super sanguine Christi, reũ illum esse mortis: iudicium autem & sententiam ferre nõ audebant, sed in hoc Pilato eũ præsentabant præsidi Ro
Iezech. 9. mano. At recte dixit Iezechiel: Sicut feciſti, ita erit & retributio tua. Viam tuam reddam super caput tuum. Sicut ergo Christum Iudæi magistratui Romano obtulerunt, ita post annos quadraginta ipsi etiam in manus Romanorum peruenerunt, non sine suo magno malo & pernicie ac excidio. Ad multos, inquit Theophylactus, iudices
Theoph. ducunt dominum, opinantes se illum cõtumelia adfecturos, sed re uera per multa tribunalia clarum reddunt. dominus enim omnia illa exiuit, nõ conuictus de crimine.

Verum tu hic peruersam considera Iudæorum hypocrisim, qui in prætorium ingredi metuunt, ne polluant, sanguinem fundere innocentem nil metuunt: lapides & lateres prætorij timent stolidi, lapidem angularem qui fa-
Psalm. 117 ctus est in caput anguli, nihil uerebantur. Agnum typicũ
Cyrillus. honorare cupiunt, ut eo uescantur mundi: & insani agnũ

uerum, qui uenerat peccata mundi tollere, præsumebant ac parabãt occidere. Velut excommunicatũ habebant eũ, quisquis post cœpti iam festi principium, domum ethnici fuisset ingressus, magna & immensa, ut ait Augustinus, irregularitate. Johan. 1 Augustin.

¶ Sunt qui putent Iudæos uesperi tam fuisse occupatos in capiendo Christo & irrequietos, ut agnum suum tunc non manducârint, sed distulerint esum illius in diem sequentem. & ideo aiunt dicere euangelistam, quia ingressi non sint in prætorium, ne contaminarentur, sed ut manducarent pascha. Verum hoc illis licuisse, nullum plane extat scripturæ testimonium, nisi forte in proximum usque mensem prorogârint. Neq; est quod suspicemur eos, ut erant literæ legis addictissimi, transgressos fuisse præceptum. Ideoq; dicunt doctores pascha tria significare, agnum, festiuitatem paschalẽ, & panes azymos, sicut hic accipiẽ. Sin uero feruenti adeo fundendi sanguinis Christi cupiditate neglexissent uesperi manducare agnum, q̃nta fuisset isthæc malitia? quàm peruersa nequitia & malignitas? imò quàm magnum & sceleratum facinus, temere transgredi mandatum dei, quod erat in lege summum de esu agni? Si enim præcepit deus ne quid ex agno p̃maneret reliquum usq; in crastinum, quanto minus licebat eis totum illum differre in diem alterum? Porro autem nihil ijs mouebatur Pilatus, etiam tumultibus: neq; adficiebant eum turmatim irruentes Iudæi, Christumq; adducentes uinctum: nihilo contentus priuato istorum iudicio, interrogat quid commeruerit, quid designârit. inq; hoc ipso male non fecit. sicut & Festus dicebat: Non ẽ Romanis cõsuetudo, damnare aliquem hominem priusquã is qui accusatur, præsentes habeat accusatores, locumq; defendendi accipiat ad abluenda crimina, quæ ei obijciũt. Exodi. 12. Nume. 9. 2. Para. 35 Exodi. 12. Chrysost. Actu. 25.

2. ¶ Ad hæc Iudæi solita hypocrisi probitatem suam astruere uolentes, inquiunt: Si non esset hic malefactor, ea nos sumus pietate, tamq; confessa apud omnes & conspicua probitate uiri, ut sane innocentem illum tibi non tradidissemus. Sed interrogentur atq; respondeant ab immundis spiritibus liberati, sanati languidi, leprosi mundati, surdi audiẽtes, muti loquentes, cæci uidẽ- Augustin.

tes, mortui resurgẽtes, & q̃d omnia supat, stulti sapientes, utrũ sit malefactor Iesus. Verꝫ hoc dicũt isti, de quibus ipse per prophetam loquitur dominus: Retribuebãt mihi pro
Psalm. 54. bono malum.

¶ Nihil autem adhuc agunt, proficiunt nihil apud Pilatum: quia nondum satis illi faciunt ista, neqꝫ adduci potest, ut super hac coniectura statim iudicet, quin potius dicit, Accipite eum uos, & secundum legem uestram iudicate. quasi dicat, Tantum apud uos uestrum ualet iudicium, satisqꝫ uobis facit ista censura uestra. Age & sententiam
Chrysost. ferte, iudicate, cõdemnate. Videbat ille nimirum nullum eos habere fundamentum, seqꝫ ipsos facere suspectos, dũ pertinaciter eo tantum damnatum illum uolebant, quòd eum ipsi iudicarent reum esse mortis, neqꝫ tamen morte dignum argumentum ullum adferebant. Ait ergo: Nõ
Cyrillus. est fas mihi nullo accusatum crimine hominem secundũ leges punire. ipsi itaqꝫ secũdum uestram legem iudicate, si etiam innocentes lex uestra condemnat.

¶ Et clamauerunt Iudæi: Nobis non licet interficere quenquam. Quid est, quod insana loquitur crudelitas? An non interficiebatis insanissimi, quem interficiendum offerebatis? Nõ occidebatis, quem in hoc captum, uinctũ, & iudicio pontificum condemnatum ad Pilatum pertrahebatis? Sed audio, clamatis uos manu uestra illum non occidere. Sic Pilatus quoqꝫ ipsum manu sua occisurus non fuerat. Alia autem quædam interficiendi forma est, alius occidendi modus: idqꝫ per linguam & uoluntatem, atqꝫ istam immanem deferendi, obtrectandi & calumniandi truculentiam. Nam dum innocentem temere adcusatis, dum mortem eius modis omnibus appetitis, quid aliud agitis, quàm quòd eundem etiam occiditis? Nunquám ne
Psalm. 56 legistis huiusmo di quid in Dauide, Filij hominum, dẽtes eorum arma & sagittę, lingua eorum gladius acutus? Ecce arma uestra quibus tradidistis dominum, quando clamabatis, Crucifige crucifige. Et iterum in alio Psalmo: Acu-
Psalm. 63. erunt linguas suas sicut serpentes, intenderunt arcũ suũ rem amaram, ut sagittent in occultis immaculatum.

¶ Quærere solent hic doctores, quomodo dixerint hic Iudæi, non licere sibi occidere quenquam, cum tamen &

Stephanum occiderint, & mulierculã in adulterio deprehensam in hoc produxerint, ut lapidibus obruerent. Et ipsum præterea Christum in Nazareth erant de monte præcipitaturi. Quid igitur hic dixerũt, potestatem se nõ habere, ut occiderent quenquam? Chrysostomus quidem putat, Romanos omne ius iudicãdi ipsis ademisse, ne liceret eis uel super sanguinem iudicare, uel crucifigere quẽquam. Alij opinantur in festiuitatibus (cuiusmodi illa iã imminens paschalis erat) illis non licuisse. Equidem crediderim operæprecium non esse, quocunq; prætextu uelle sceleratos istos defendere: qui, ut erant inuidia excæcati, nullius mouebantur mendacij uerecundia: nihilq; obstat quin mẽtiri sint hic turpissime, sicut de Stephano clare patet. Mendacij autem istius ratio adsignatur huiusmodi. Permiserãt Iudæis Romani in legitima sua animaduertere, & transgressores eorũdem punire, pura blasphemũ aut adulterum lapidibus obruere: neque uero moris erat apud Iudæos, cruci adfigere quenquam, propter illud legis dictum: Maledictus qui pendet in ligno. Et si lapidare eum noluerunt, quod poterant licite, mentiri maluerunt, adserendo nõ licere eis etiam occidere quenquam, ut præses Romanus condemnandum eum adsumeret, nõ ignari solitos esse Romanos, eos qui obedire nollent, crucifigere. sic sperabant suam sententiam successuram, ut eo magis ille confunderetur. In summa, uolebant eum condemnatum morte mori, nõ qualibet, sed (ut Sapiẽs in persona eorum inquit) turpissima. Hinc adeo urgebant Pilatum uolentem nolentem, ut Christum reum esse mortis proclamaret, sicut antea prædixerat Christ°: Ecce, inquiens, ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur gentibus flagellandus, illudendus, conspuendus, occidendus. Non autem descripsit Iohannes querelam Iudæorum, quam uidebat luculenter satis à Luca descriptam.

Actuũ. 7
Johan. 8
Luc. 4
Chrysost.
Deut. 21
Sapien. 2
Matth. 20

3 ¶ Cum nihil respõdisset corã tota multitudine Christus, tandem seorsim à Pilato rogatus, Rex ne esset Iudæorum, respondit ei: Ex temetipso hoc loqueris, an alij tibi dixerunt de me? quasi diceret, Ex teipso hoc loqueris?

sane tu id cum primis scire & cõpertũ habere debes, si ego regem me iactitem, quando Cæsaris uices geris. Sin uero alij tibi dixerunt de me, credas mentiri eos. nam si uerum esset, non & tu dudum illud resciisses? Ipsi quidem aliquando regem me creare uolebant, sed & tunc aufugi, non suscepturus quod deferebant. Theophylactus putat uerbum hoc Christi, in se habere nonnullam Pilati reprehensionem. quasi dicere uellet, Si ex te hoc loqueris, argumentũ exhibe inobedientiæ meæ & excitatæ seditionis: sin alij tibi dixerunt de me, illos require, uide rescisscere cures, neque mihi temere iniuriã facere pergas. Deinde dixit Christus Pilato: Regnum meum non est ex hoc mundo. Quo uerbo liberauit ille Pilatum à formidine, qui dignitatem Cæsaris in Iudæa seruare debebat. Dum igitur dixit, Regnum meum non est ex hoc mundo, insinuauit illi hoc, quasi sic diceret, Tu tanquam Romanorum uicarius non est quod tibi à me metuas quicquam. neque enim ex hoc mundo est regnum meum, nullum ego conscripsi exercitum, neq; milites conduxi aut satrapas, neque armis me instruxi, nec aliquam seditionem moui.

Johan. 6

Cyrillus.

¶ Obijcis autem, quomodo dicat dominus regnum suum non esse ex hoc mundo, cum tamen dicat Dauid, domini esse & terram & uniuersam illius plenitudinem. Cum insuper deus pater dicat Christo, Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatẽ tuam & possessionem tuam terminos terræ. Et iterum filius ipse, Constitutus sum rex ab eo super Sion. Quomodo igitur ait dominus regnum suum non esse ex hoc mundo, cum tamen potestatem ille habebat parem in cælo & in terra? Respondetur ad hæc, quia proprie & notanter dicit hic dominus: Regnum meum non est hinc. Non autem dicit, Regnum meum non est hic. Constat enim deum uniuersæ terræ rectorem esse & dominatorem: quia regnum eius est usq; ad finem seculi. Christusq; adeo totius mundi dominus est. Verum tamen in propria uenit ille, inquit Iohãnes, & sui (scilicet Iudæi) non receperunt eum. Bene igitur regnum Christi hic est in mundo. dominatur hic per fidem in hominibus bonis, sicut & inter uos multos esse confidimus, in quibus hic dominet Christus, cuius tamen regnũ interim non est hinc,

Psalm. 46

Psalm. 2.

Augustin.

Johan. 1

neq; ex hoc mundo, neq; ex rebus terrenis, sed ex deo, ex cælo inquam, non ex hoc mundo: in quo quicquid est, uanitas uanitatum est & mera uanitas. In quo inquam quicquid est, uel est concupiscentia oculorũ, uel carnis, uel superbia uitæ. Vt iam uere dixerit Christ⁹, regnũ suum non esse ex hoc mundo nequã, qui ideo & in maligno tot⁹ positus esse dicitur. longe aliud est regnum Christi, q̃d sempiternum & infinitum esse iam olim adnunciauit Gabriel. O felicem hominem & beatum, ò uere hominem diuitẽ & nobilem, ò inquã uere potentem, imò regem, qui cum Christo dicere potest in ueritate: Regnũ meũ non est ex hoc mundo. Regnũ meũ, regnum Christi est & dei. Regnum illud mihi contingere & spero & quotidie oro, dicens: Adueniat regnum tuũ. Imbecillitatẽ p̃terea & fragilitatem regni mundani hic Christus insinuat, q̃ in seruis suam habeat potentiã: supernũ autẽ regnum sibiipsi sufficiens est, & nullius indiget. In hoc regnum Christus fideles oẽs imposuit, q̃d Paulus quoq; confitens, inquit: Eripuit nos de potestate tenebrarũ, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ.

Ecclẽs. 1. 1. Johan. 2

1. Johã. 5

Lucę. 1

Chrysost.

¶ Porro euidentius adhuc regnũ suũ ostendens Christus, dicit: In hoc natus sum. Quod quidã intelligunt de æterna generatione ex deo patre, ut esset rex gloriæ ab æterno: deinceps tamen in tempore natus est ex uirgine matre, ut testimoniũ phiberet ueritati. Qui sic inquies. quoniam ante Christi aduentũ regebat in mũdo falsitas & impietas cultus diuini, primas tenebat religio uana, sapientia tumida dominabatur, fictæ uirtutes uigebant, sẽque pro ueris uirtutibus paulatim ingerebant. Et quid denicq; tunc non in summo peruersitatis gradu consistebat, quando diabolus cum omni errorum & mendaciorũ colluuie, dominabatur in orbe? Simul atq; uenit in mundum hũc natus hõ Iesus Christus, uerus ab æterno deus, per eundem quoq; ueritas aduenit simul. Augustin⁹ id oẽ de incarnatione Christi intelligit. Tu deinceps iã considera, quam alta, quam sublimia, q̃q; plane diuina Christ⁹ docebat, quæ tamen omnia Pilatum nihil mouebãt. Christus dicebat: Quicunq; est ex ueritate, uocem meam audit: ex ueritate autem quisquis est, ex deo ipso est, quoni-

Theoph.

Johan. 8

Augustin.

am deus ueritas est. Et Pilatus igit cũ rogasset eũ, quidnã ueritas esset, nec tamẽ responsum expectans, uocẽ Christi audiuit, quid restat, nisi quia & ipse ex ueritate non fuit?

¶ Præterea uide an nõ nostrates ignaui & dormitantes Christiani, Pilati magisectatores sint q̃ Christi discipuli, pura qui citra omnẽ causam è sacris cõcionibus exeunt & aufugiunt, nec illaꝝ finẽ expectant, instar Pilati: quẽ in salutaribus rebus docere exorsus dñs, erigere uolebat ad sublimia illa dei mysteria: ueꝝ ille renuit expectare, unde & in tã immẽsa pctã deinde uelut per p̃cipitiũ cõcidit.

4. ¶ Nitebat tamẽ & cupiebat adhuc liberare dñm p consuetudinẽ illã Iudæoꝝ, qua semp ex uinctis unus dimittebat ad pascha à p̃side Romano. Mitto hic & lubens transeo ridiculã istã hæretici Pomerani obiectionẽ, qui air consuetudinẽ hanc fuisse contra legẽ dei, quasi hodie q̃q; peccent principes nostri, dũ solita beneficentia & genuina misericordia moti, mortis etiã reos liberãt, atq; inde meritas suæ cõmiserationis laudes reportant. Non intellexit autẽ hæreticus iste, qa misericordia superat iudicium. Nec hinc discedit sentẽtia Cyrilli, cũ asserit cõsuetudinẽ hãc ortã eẽ ex libro Numeri, qñ multitudo populi liberare poterat, q homicidiũ ex imꝓuiso cõmiserat. Nunc uero oñi iudicio sanguinis relicto Romanis, hoc unũ licebat uulgo, ut illo tpe uinct⁹ aliqs dimitteret ei.

Pomeran.
Iaco. 2
Cyrillus.
Nume. 36
Cyrillus.

¶ At q̃d toties regẽ Iudæoꝝ uocat Christũ Pilatus, eo referunt pleriq;, qm̃ sic rabiẽ Iudæoꝝ risu mitigare conabatur, simulq; prudenter ostendebat, falso ipsum hoc crimine accusari. Nunq̃ enim Romanus p̃fectus cupiditate tyrannidis aduersus Romanos accusatũ, si q̃q̃ signi daret, dimitteret. Nec est q̃ dubites, si uel parũ nocens cognitus dñs fuisset, min⁹ eũ dimittere cupiuisset quã Iudæi. siquidem id magis ad ipsum & Imperatorẽ Romanũ pertinere uidebat, quã ad aliũ quẽquam. Multo itaq; Pilat⁹ Iudęis probior fuit, & q̃uis ethnicus ille, & solo tantũ iure iudicii o'q; naturali fretus erat, sæpenumero tamen Christũ quẽ innocentem agnouerat, liberare cupiebat. Vicissim Iudæi legem etiã habentes diuinam, Christum innocentem cõdemnare non timuerunt.

5 ¶ Sed tandem liuidum furentium Iudæorum uirus

erumpit inuidia, qui præ Christo magis homicidam elegerunt Barabbam, quamuis Augustinus dicit, Non reprehendimus ô Iudæi, quòd per paſcha liberatis nocentẽ, ſed quòd occidiſtis innocentem. Quamuis hinc quoq; magis patet Iudæorum peruerſa malitia, quia nôrant in libris Numerorum, unde hæc manauit conſuetudo, dimiſſum à multitudine, qui non ex propoſito homicidium commiſerat. Barabbas autem & homicida magnus fuit, & ſeditioſus, atq; adeo in ſeditione hominem occiderat. Augustin. Nume. 35

¶ Ego uero, inquit Cyrillus, diuinã admirari ſatis ſcripturam nequeo, quæ uel huius inſani clamoris expersona Chriſti ſic per Ieremiã meminit: Reliqui domũ meam, dimiſi hæreditatem meam, dedi dilectam animam meam in manus inimicorum eius, facta eſt mihi hæreditas mea quaſi leo in ſylua, dedit contra me uocem. Aut quæ nam alia Chriſti hæreditas extitit niſi ipſi Iudæi, ſecundum ꝗd Dauid dixit in Pſalmis, Elegit nobis hæreditatem ſuam, ſpeciem Iacob quam dilexit? hæc nimirum hæreditas facta eſt quaſi leo in ſylua, qui magno rugitu fertur in prædam, ut feras cæteras exterreat. Hæreditas iſta Iudæorũ uocem ſuam dedit hodie in immenſo furore aduerſus dominum, quaſi leo in ſylua, ut ſic Barabba latrone dimiſſo, innocens Chriſtus occideretur. Et quis non magno dolores apud ſe cogitat, quomodo contra legem dei Barabbas dimittitur? ita enim lex habet, Maleficos non patieris uiuere. legis uero lator iuſtiſſimus crucifigitur. Tantum liuor tabificum malis uenenum præſtare poteſt, tantumq; peruerſa ualet inuidia. Oremus, Pater noſter. &c. Cyrillus. Ieremi. 12. Pſalm. 46 Exodi. 22.

QVO PACTO FLAGELLATVS IAM, ET SPINIS CORONATUS dominus poſt multam tum Pilati inquiſitionem, tũ uulgi tumultuantis illuſionẽ, inter clamores cõtinuos crucis ſupplicio ſit addictus.

TEXTVS QVARTVS.

Matth.27 Marci.15. Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit. Et milites plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius, & ueste purpurea circūdederunt eum. Et ueniebant ad eū, & dicebant: Aue rex Iudæorum. & dabant ei alapas. Exiuit Luce.23 ergo iterū Pilatus foras, & dicit eis: Ecce adduco uobis eum foras, ut cognoscatis quia nullā inMatth.27 Marci.15 uenio in eo causam. Exiuit ergo Iesus foras, portans spineam coronam & purpureum uestimētum. & dicit eis: Ecce homo. Cū ergo uidissent Matth.27 eum pontifices & ministri, clamabant, dicentes: Marci.15. Luce.23. Crucifige crucifige eū. Dicit eis Pilatus: Accipite eū uos & crucifigite. ego ēm non inuenio in eo causam. Respōderunt ei Iudæi: Nos legem habe Luce.23 mus, & secundum legem *nostram* debet mori, quia filium dei se fecit. Cum ergo audisset PilaMatth.27 tus hūc sermonem, magis timuit. Et ingressus est Marci.15. Luce.23 prætorium iterū, & dicit ad Iesum: Vnde es tu? Iesus autem responsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatē habeo dimittere te? Respondit Iesus: Non haberes potestatem aduersum me ullam, nisi tibi datum esset desuper. propterea qui me tradidit tibi, maius peccatū habet. Exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Iudæi autem clamabāt, dicētes: Si hūc dimittis, nō es amicus Cæsaris. Omnis enim qui Actu.17 se regem facit, contradicit Cæsari. Pilatus autē

cũ audiſſet hos ſermones, adduxit foras Ieſum, & ſedit pro tribunali, in loco qui dicitur Lithoſtrotos, hebraice autem Gabbatha. Erat autem paraſceue paſchæ, hora quaſi ſexta. Et dicit Iudęis: Ecce rex ueſter. Illi autem clamabant: Tolle tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Regem ueſtrum crucifigam? Reſpõderunt pontifices: Nõ habemus regem niſi Cæſarem. Tunc ergo tradidit eis illum ut crucifigeretur. Marci.15 Lucę.23

¶ Etſi Pilatus intentionem in hac re bonam ſecum cõcepiſſe uideri queat, illa tamen in radice peſſima fuit. neque enim eo ſtatim iniuriam alicui facere debet iudex, quòd pars altera multa ad uindicandum poſtulat. Auguſtinus ſic inqt: Quod flagellari Chriſtũ permiſit Pilatus, non ob aliud feciſſe credendus eſt, niſi ut eius iniurijs Iudæi ſatiati, ſufficere ſibi exiſtimarẽt, & uſq; ad eius mortẽ ſæuire deſiſterẽt. Ex impetuoſo eñ eorũ clamore intelligebat Pilatus, ſe nõ poſſe ipſos eo pducere, ut ultro dimitti liberęq; abire Chriſtũ ſinerent: ſicq; illũ flagellari paſſus eſt inique, ut fortaſſe ita ſedato eorũ furore, inde eũ poſſet dimittere, ut inqt Chryſoſtomus, & nos iã ſupra ex ỳbis Lucæ demonſtrauimus. Quõ aũt milites Chriſtum, ait Chryſoſtomꝰ, flagellabãt, ſiquidẽ nõ pręceperat Pilatus? Ad Iudęorũ gratiã ſcilicet. Neq; eñ noctu à Pilato iuſſi cũ Iuda profecti ſunt, ſed pecunia à Iudæis allecti, oĩa audebãt. ſiquidẽ in reliquo comitatu, cohortis q̃q; tũc meminit euangeliſta, ſed multis modis hic apparet, quanto tũ mitior tum benignior fuerit Pilatus quàm Iudæi. Auguſtinus. Chryſoſt. Lucę 23. Chryſoſt Theoph.

¶ S. Auguſtinus in hac flagellatione impleta eſſe perhibet uerba Chriſti, quibus ſe flagellatũ gentibusq; traditum iri ipſe prædixit. Sed ſic tamẽ martyres quoq; informabãtur, ad oĩa quę perſequutoribus libuiſſet facere, perferenda. * ſic pauliſp occultata tremẽda ponã *, cõmendabatur prius imitãda patientia. ſic illud granũ multiplicãdum ſeminabatur horribili contumelia, ut mirabili pullularet in gloria. Vult dicere, Tãtis ſupplicijs ſuis exẽplum Chriſtus p̃fixit martyribus, ut & ipſi p cõtumelias, pœnas Auguſtinus. Auguſtin.

& supplicia discerent gloriã ingredi felicitatis æternæ. Quia si hæc pati oportuit dñm & q̃dē regē gloriæ, eandē utiq; uiã ingredi etiã cogent sequaces illius, & suã q̃q; crucem tollere, Christumq; ductorem sequi. (De mō flagellatiōis, coronatiōis & spinis, uide in passiōe supiori.)

¶ Siue igitur iusserit, siue indulserit Christū flagellari Pilatus, cōstat nō ignorasse utiq; ipsum, id ita ministros suos fecisse. Quamobrem in animum & mētem sibi subijt, Christum sic cæsum educere foras, ubi suum ipse ultro confessus est delictum, q̃ illum tale nihil meritum, citra omnem causam flagris permiserit cædi, tantum ut ipsis animū expleret miserabili illo sanctissimæ faciei aspectu. Atq; subinde hic Christi profitet innocentiã summam.

2. ¶ Sed ecce hic dominus Iesus progreditur amictus purpura, quam ei serui præsidis induerant risus mouendi gratia, & corona redimitus spinea. Iāq; Pilatus exclamat ad uniuersam multitudinem: ECCE HOMO. Magnū hoc sane uerbum est, & ipsi etiam Pilato proculdubio non intellectum, sed linguam eius mouit spūs sanctus, ad cōsummationem immensi illius mysterij dei, passiōis Christi. Vere em̃ hō erat Chr̃s & peculiariter hō p̃ oibus alijs, qa simul etiã deus. Et sic si plene intellexisset mysteriū hoc Pilatus, dixisset utiq;: Ecce hominem deum uestrū. Ecce, inquam, homo, homo quidem sicut cęteri sunt homines, mortalis, sed tamen in quo genus humanum est restitutum. Vos nanq; scire cōuenit, quia peccatum personā destruit delinquentem, sicut Iezechiel uester ait: Anima quę peccauerit, ipsa morietur. Pctm̃ autem Adæ nō tm̃ personam illius corrupit, sed etiã totū uitiauit genus hominū, eo q̃ omnes in Adam homines, sicut in origine sua, fuerunt. Rursus uero Adã ille cælestis, naturã humanã totã (quod quidem in se fuit) reuocauit, restauraitq;.

Iezech. 18

Roma. 5. 1. Cor. 15.

Augustin.

¶ Ad literã tñ sic in summa dixit Pilatus, Ecce hō. Qua si diceret, Si regi inuidetis, iã parcite, qa deiectū uidetis, flagellat⁹ ẽ, spinis coronatus est, ludibriosa ueste amictus ẽ, amaris cōuitijs illusus est, alapis cæsus est, feruet ignominia, frigescat inuidia. Naturale em̃ ẽ mitigari irã, dū ille uel affligit uel humiliat, cui irascimur. Nihil aūt ijs omnibus proficiebat apud liuidos istos & iamiam inuidia tabescentes Iudæos, siquidem etiam adhuc amplius, uiso iam

Aristotel.

domino, in furorem acti sunt, & clamare cœperunt: Crucifige. Quilibet homo Christianus in corde suo circunferat miserabilẽ & penitus squalidam illam Christi imaginem, quando à Pilato miserabiliter adeo eductus est. meminerit sedulo uerbi illius, Ecce homo Christus Iesus, benedictus ille dei filius, qualis pro te factus est.

¶Porro crucifixionem, summum, inquit Cyrillus, extremæ impietatis dedecus, à principibus Iudæorũ solis, euangelista traxisse originem ostendit. Nam quum multitudo aliq̃ mõ ijs factis suberubesceret, recordati forsan miraculorum illius, ipsi primũ exclamant & uulgus incendunt. Quamuis hic quoq; doctores sancti dicunt, omnem illam multitudinem hominum, q uel tũc fuerũt, uel post erant futuri, assiduis uotis exclamasse, ut filius dei crucifigeretur, aliâs de salute sua actum esse, eo q̃ omnes q per Christum sunt redempti, causa fuerint crucifixi Christi, sicut Bernardus etiam peccata nostra spinas illas perhibet fuisse, quæ caput pupugerunt dominicum. Cyrillus. Bernar.

¶Adhuc tamen proposito suo immoratur Pilatus, adhuc adfirmat non inuenire se in eo quicq̃ morte dignũ. & ideo dicit, Accipite eum uos, & secundũ legẽ uestrã crucifigite. uult dicere, Si hoc uobis iustũ est, innocentẽ occidere, age & hunc crucifigite, penes me sane iniquũ illud fuerit. Recte quidem Pilatus nullam ait se inuenire in eo causam, quod erat re uera uerissimum, si literam solam inspicias. sed si adsublimiora animũ erigas, & tunc sibi constabit, quia nullam in Christo causam Pilatus inuenit. siquidẽ & gẽtilis & ex falsitate fuit, Christumq̃ interrogauit quidem quid ueritas esset, uerum responsum nõ expectauit. Ecquid ergo mirum, si nullam Pilatus in Christo causam inuenit? cuius tamen linguam dirigebat spiritus sanctus, ut diceret, Non inuenio in eo causam, eo quòd causa mortis Christi non in ipso, sed in nobis erat, peccatum scilicet nostrum. Atq; id sane angeli, prophetæ dei cognouerũt. Inuenit hanc causam Isaias, ideo dixit, Vulneratus est propter scelera nostra & in salutem populi. Isaiæ. 53.

3. ¶Audiẽtes autẽ Iudæi Pilatum iam de liberãdo Christo cogitare, neq; magnopere moueri ijs quæ ipsi aduersus eum attulerant: sicq; uidentes hac uia adcusationem suam succedere non posse, non interquiescunt, sed alia

statim adgrediũt uia & clamãt, putãtes sic illi maiorẽ apud Pilatũ inuidiam se cõciliaturos. Dicũt ergo: Nos legẽ habemus, & secũdum hanc debet mori, quia filiũ dei se fecit. Reus igitur est mortis, eo maxime, quòd etiã lex blasphemũ pręcipit occidi. Sic Iohãnes quoq; testatur eos aliquãdiu conceptam hanc secũ super illũ suspicionem agitasse, qñ semel ꝑsuasum habebãt, ipm q̃cunq; iniuria (ꝙ iure nullo poterãt) se cõdemnaturos ad mortẽ, nõ tm̃ ꝓpter sabbatũ, (ut ipsi putabant) ab eo uiolatũ, sed qa dicebat patrẽ se habere deũ, sicq; se similẽ deo faciebat. Aliâs etiã suã istam fucatã defensuri ꝓbitatẽ, dicebãt ad illũ: De bono ope nõ lapidamus te, sed de blasphemia: & qa tu hõ cũ sis, facis te ipm deũ. Verꝝ hic Chr̃us scripturæ testimonio euicit, legi cõtrariũ nõ eẽ si Chr̃s sit filiꝰ dei, q̃uis & ipe se Chr̃us nõ fecerit deum, sed deus à deo patre sit genitus ab æterno.

Leuit. 24.
Johan. 5
Johan. 10.

¶ Quid ꝙ & hęc ipsa accusatio nõ caret uitio? Clamãt em̃ furiosi, filiũ dei se fecit. Miracula aũt & opa stupẽda, q̃ ꝑter deũ alius nemo facere põt, tacẽt. Neq; hic Lazari meminerũt post quatriduũ resuscitati, neq; adolescẽtis in ciuitate Naim, neq; filiæ Iairi. O Iudęos iniqssimos, ò uos furore & inuidia cæcos. Cur nihil ethnico hoĩ Pilato dicebatis de cæco nato, cui uisum ille restituerat? Et id tñ ipsi uidistis, neq; dũ eius rei uos cepit obliuio. Cur hoĩes insanissimi, nihil de mũdatis leprosis, nihil de loquẽtibꝰ mutis, atq; surdis audiẽtibꝰ Pilato gẽtili dixistis? an mirꝝ uobis uidebat canes furiosi & rabidi, filiũ dei noĩare se, aut etiã esse, q opa dei faciebat? Oĩa hæc, q̃ uel in primis corã iudice gẽtili dicta oportuit, reticuistis: tm̃q; blateratis & uociferatis temere corã eo, q & ipse hõ miser, hoĩes solũmodo uidebat, scripturarꝝ oĩm ignarus. Sic igit corã multis iudicibꝰ plurimis instructi adcusatiõibus Iudæi, in calũniã & ignominiã rapere Chr̃m conabant, q̃ tñ oĩs in ꝓpria sua capita nõ alit recidit, q̃ sputa solẽt istorꝝ q in cælũ expuũt, publice toties q; ꝓtestãte Pilato se nihil in eo uidere dignũ morte, atq; ideo subinde interrogãte: Quid tãdẽ mali fecit?

Cyrillus.
Johan. 11.
Lucę. 7
Matth. 9.
Johan. 9
Lucę. 12. & 17

¶ Verũ hic cõsidera obsecro, & diligẽtius paulo expẽde, quomõ Iudæis, cũ putarẽt hoc ipso se uehemẽter uelle urgere Pilatũ, ut illũ occideret, reumq; mortis declararet, plane cõtrariũ euenerit: factũq; sit, ut Pilatus rei magnitudine iam motus, atq; timore quodã perculsus, diligẽtiꝰ

Cyrillus.

inciperet inquirere, unde eẽt. Nãq; & mihi propemodũ uidet, Pilatũ eò peruenisse, ut suspicaret Christũ dei filiũ aliquo mõ eẽ potuisse. Sed quia errorib⁹ gentiliũ inuolutus, & fabulis istor⁹ persuasus, deos credebat eẽ multos & semideos nõnullos, ideo Christũ flagris cædi permisit, nihilq; ille respõdere ei uoluit. Quinqes em̃ in passiõe interrogatus, nõ respõdit, sed tacuit semper. Hoc aũt silentiũ Christi ut plurimũ factũ est, ne temere ꝓphetia illa prædicta uideret: Sicut agnus corã tondente se obmutescet. Et merito quidẽ similitudo hęc ab agno translata est, ut ipse q̃q; sicut agnus innocẽs haberet, suoq; se silẽtio nõ tñ declararet esse reum, ex ꝓuerbio uulgi, quia hic etiam innocens tacuit, ut sic impleret prophetia, ut doceret adesse iã passionis suæ tẽpus, quo ille humanitatis suæ testaret & argueret infirmitatẽ, nõ diuinitatis omnipotẽtiã, adeo ut tunc Pilatus quoq; & Herodes & põtifices omnes indigni erant, qui ueritatem ex Christo audirent. Augustin.

4. ¶ Nolente iam respondere Christo, Pilatus tumore quodã & inani fastu inflatus, Mihi, inquit, nõ loqueris? An nescis quia potestatẽ habeo occidere te, & potestatẽ habeo dimittere te? Ecce q̃d tu Pilate loqueris? Nõne hoc uerbo teipsum condemnas? Si em̃ in tua potestate est, quare insontẽ nõ dimittis? Nonne dũ Christũ ignorãtiæ accusas, nec te interim neq; Christũ cognoscis, & insuper teipsum condemnas: dicíq; poterat illud tibi ex parabola euãgelica, Serue nequam, ex ore tuo te iudico. Sic iã audiẽs Christus Pilatũ super seipsum tulisse sententiã, inquit: Nõ haberes potestatẽ in me ullã &c. Antea tacebat dominus ut agnus, nunc ut pastor docet, neq; tñ hic aliud dixit, q̃ q̃d post illũ Paulus q̃q; docuit, inquiẽs omnẽ potestatẽ à deo esse. Dicere itaq; uoluit Christus, Potestatẽ tu quidẽ habes Pilate, sed nõ ita, ut q̃dcũq; tibi libet, liceat etiã, cum & tu tuã illã potestatẽ habeas desuper à dño deo, cuius cõsensu filius dei patris ultro se tradidit in mortẽ. Vel etiam desuper, quia à Cæsare. Deinde uero ostendit Christus Iudã & Iudæos maius habere peccatũ q̃ Pilatũ, qm̃ quod isti ex inuidia, hic timore faceret. Ob hãc itaq; & alias prędictas causas, quærebat Pilatus dimittere Christũ. Videns uticq; quanta erat prudẽtia uir, q̃ mature & cõstãter eẽt ab ipso supatus, simulq; cõsiderabat, q̃tũ peccaret, si cõdẽnaret innocentẽ, Chrysost. Matth. 28 Augustin. Roma. 13 Augustin.

¶ Videtes aũt Iudæi se nihil proficere ijs quæ proposuerant, q̃ filiũ dei se faceret ille, rursus ad priorẽ redeũt accusationẽ: & iudicẽ, quẽ filio dei ad sententiã condẽnatoriam permouere nõ poterant, nituntur imperio Cæsaris cogere ad id q̃d petebant. Plus em̃ ille metuebat Cæsarem,

Cyrillus. unde potestatẽ suã habebat, q̃ legẽ populi alieni. Et qd inde secutũ est, nisi quia regẽ terræ ueritus, regẽ gloriæ crucifixit? locumq; sic dedit furori & inuidiæ eorũ, nec puduit ipsum inconstantiæ suæ & iniquitatis, sed testimonio quod subinde dedit innocentiæ Christi, suam ipse testat⁹ professus q; est malignitatem.

¶ Sedit itaq; Pilatus super tribunali, & dixit: Ecce regẽ uestrũ. Magis ille mollis fuit & ambitiosus, q̃ asperis mo-

Theoph. ribus, ut inquit Theophylactus. Nec; tamẽ ijs uerbis Christum cõdemnat, nec; Iudæos in publicã corã oñibus contumeliam uult rapere: sed latenter tm̃ exprobrat eis tanq̃ manifestis impostoribus, q̃ regẽ accusent qui diuitijs careat & seruis, qui magnificentiã nullã, nullũ ornatũ, & insignia nulla habeat, nõ coronã, nõ sceptrũ, nõ purpurã, nõ id genus aliud quicq̃. Vt sic manifeste falsa fuerit ista eorum accusatio. Et adhuc tamen terrorẽ quẽ de Cæsare ingesserant, superare conat, de ignominia eorũ uolẽs eos

Augustin. frangere, dicẽdo: Regẽ uestrũ crucifigã? q̃si dicere uellet, Hic summus Iudaicę gentis contemptus futurus est, extrema; ignominia, regem illi propriũ in crucẽ suffigi. Nec;

Cyrillus. tamen ijs moti Iudæi, pertinacius adhuc cœperunt urgere Pilatũ & illi metũ Cæsaris ingerere fortiꝰ, ex eo q̃ nolẽtibus ipsis aliũ p̃ter Cæsarẽ habere regẽ, aperte cõtra Romanum Imperatorẽ facere uideretur, dũ regẽ illũ Iudæorum eis permittere uellet. deum immortalẽ, quid nõ perfida audet istorum peruersitas? Deum qui eos genu-

Deut. 32 it derelinquunt, creatoris sui obliuiscũtur, se; Romano subijciunt imperio, sub cuius iugo etiam hodie sunt, q̃uis inuiti. Et sic instabilis iste & iniquus iudex, dominum Iesum supplicio crucis adiudicauit, nõ quidẽ ut illum crucifigerent Iudæi, quia potestatẽ eius rei nullam habebant, sed ut ad eorũ nutũ à suis seruis crucifigeretur. O inique comparatũ iudiciũ, ò sententiam miserabilẽ, ò uere animæ suæ salutis immemorem, adeo; penitus oblitum Pilatum. Oremus, Pater noster.

DE CRVCIFIXIONE,

TITVLO CRVCIS ET SORtitione ueſtimentorum Chriſti.

TEXTVS QVINTVS.

Suſceperũt autem Ieſum,& eduxerunt eum. Matth.27
Et baiulãs ſibi crucem,exiuit in eum qui dicitur Marci.15
Caluariæ,locũ, Hebraice autem Golgotha,ubi Lucę.23
crucifixerunt eũ,& cũ eo alios duos hinc & hinc,
medium autem Ieſum.Scripſit autem & titulum Matth.27
Pilatus, & poſuit ſuper crucem.Erat autem ſcri Marci.15
ptum: Ieſus Nazarenus rex Iudæorum. Hunc Lucę.23
ergo titulum multi Iudæorũ legerunt, quia pro
pe ciuitatẽ erat locus,ubi crucifixus eſt Ieſus. Et
erat ſcriptum Hebraice,Grẽce & Latine. Dice-
bant ergo Pilato pontifices:Noli ſcribere,Rex
Iudæorum,ſed quia ipſe dixit, rex ſum Iudæo-
rum.Reſpõdit Pilatus:Quod ſcripſi, ſcripſi. Mi Matth.27
lites ergo cũ crucifixiſſent eum,acceperunt ueſti Marci.15
menta eius, & fecerunt quatuor partes,unicuiq; Lucę.23
militi partem & tunicam.Erat autem tunica in-
conſutilis,deſuper cõtexta per totum. Dixerũt
ergo ad inuicem:Non ſcindamus eam,ſed ſorti
amur de illa cuius ſit. Vt ſcriptura impleretur, Pſalm.21.
dicẽs:Partiti ſunt ueſtimẽta mea ſibi,& in ueſtẽ
meã miſerũt ſortẽ.Et milites quidẽ hæc fecerũt.

1 ¶ Acceperũt itaq; dominum miniſtri præſidis. Quod Auguſtin.
tamẽ ad milites quoq; referri poteſt,apparitoresCæſaris:
quamuis euangeliſta etiamſi totum Iudęis tribuit, merito
facit. ipſi enim ſuſceperũt,quod auidiſſime flagitauerunt:

&ipſi fecerunt, quicquid ut fieret extorſerũt. Et ſic graui crucis põdere preſſus exiuit Chriſtus, quod ſane mœſtum & miſerabile fuit ſpectaculũ, aſpicere illũ ſub mole crucis euntem: quod quiſquis uidit malus, illi riſus fuit: quiſquis uero aſpexit bonus, ei euidẽs extitit tũ ſignificatio myſteriorum dei, tum ſuæ probatio fidei.

¶ Portauit ergo crucẽ Ieſus primũ, & deinde poſt eũ Simõ. ſicq; ille paſſus & crucifixꝰ ẽ extra muros ciuitatis, quẽ admodũ oſtẽdit Paulus ad Hebræos: Quoꝝ, inquiẽs, animaliũ inferũt ſanguis pro peccato in ſancta per põtificem, horꝝ corpora cremanꝫ extra caſtra. Propter quod & Ieſus, ut ſanctificaret per ſuũ ſanguinẽ populũ, extra portã paſſus ẽ. Et ſic crucifixerũt eũ in loco q̃ dicit Golgatha (ſic habet exẽplar Vaticanũ Græce & latine, ideo nõ cura q̃ grãmatici ex ſolis cõiecturis cõtẽdũt Golgalta legẽdũ) Quidam dicũt (autore Chryſoſtomo) crucẽ Chriſti fixã eſſe, ubi Adã & mortuus fuerat & ſepultus: ut ubi mors dominata erat, ibi rurſus erigereꝫ trophæũ, quod tulit ille contra mortis tyrannidẽ. Theophylactus, Poſtq̃, inquit, eiectus fuit homo ex paradiſo, domiciliũ ibi habuit in ſolatium bonoꝝ, quæ in paradiſo amiſerat. Data ei terra illa, quæ omniũ aliaꝝ & optima eſſet & pinguiſſima. Homines igit̃ qui tũc habuerũt pro miraculo mortui caluariã depilatã, in loco illo habitãtes, inde eũ nominauerũt. Et poſt diluuium fama hæc à Noë in omnes diuulgata eſt.

¶ Vnde & dominus ubi fons mortis, illic moriꝫ, ut eũ ſiccet. Pulchra hæc ſane, & ut ait Hieronymus, fauorabilis ẽ interpretatio, plurimum mulcens aurẽ populi, nec tamen uera, quia Adã inter Hebron & Arbee ſepultus eſt, qui locus à Ieruſalẽ octo diſtat miliaribus. Quamuis eo ipſo diſſolui poteſt, q̃ in Hebræo Adã nõ primum tantũ parentẽ noſtrũ, ſed etiã quẽuis hominẽ deſignat. Mitto tamẽ hoc quicquid eſt. Sed ſi ſanguis Chriſti ex cruce ſtillaſſet uel in minima gutta ſuper corpus Adæ, nõne mirabilis illa fuiſſet dei ordinatio & prouidẽtia?

¶ Crucifixus itaq; in eo loco dominus, pro nobis factus eſt maledictio, ſecundũ quod in lege ſcriptum erat: Maledictus qui pendet in ligno. Atqui non ille, ſed nos maledicti eramus, & uincti ſub peccato. quia maledictus, dicit deus, qui nõ permanet in ſermonibus legis huius, nec eos

Heb. 13
Nume. 19
Chryſoſt.
Theoph.
Hieron.
Ioſue. 14
Gala. 3
Deut. 21
Deut. 27

ope perficit. Sic igitur dñs noster Iesus Christus pro nobis, nec quicq̃ pro seipso, sed pro peccatis nostris crucifixꝰ est, & quidē medius inter duos latrones, ob maiorē illius ignominiā, sicut p̄dixerat Isaias: qa cū iniquis deputatus est. Idq; totum dæmonis instinctu factū est, qui gloriam Christi occultare conabatur, ne manifestaretur, dū ille latronibus iunctus penderet ex cruce. Verū conari licebat, penitus occultare non licebat. Quia crucifixi sunt tres, & tamē claruit unus Iesus, ut intelligas eius uirtute omnia prouenisse. atq; tribus crucifixis miracula patuerunt: nemo tamen ullum alteri latronum attribuit, sed soli Iesu, ait Chrysostomus. ita diaboli insidiæ irritæ factæ, in eius caput omnino irruerūt. nam & ex duobus unus saluus factus est. Non solum igitur crucifixi gloriam nō offendit, sed non parum auxit. neq; enim minus fuit, in cruce latronem conuerti & paradisum intrare, quàm petras collidi. Cyrillus uult hic argumētum & signum esse exhibitum, quomodo populi duo Iudæorum & gentium in ecclesiæ unitatem essent peruēturi. Plane hic forma quædam ostē sa est iudicij extremi, in quo mali stabunt à sinistra cum latrone peruerso, cum bono autē boni & electi ad dextrā.

Isaiæ. 53. Chrysost. Cyrillus. Chrysost.

2. ¶ Scripsit autem & titulum Pilatus, secundum consuetudinem Romanorum, qui solebant in schedis mortis causam super damnatos scribere, sicut etiamnum in Italia malefactoribus pilei imponuntur ex papyro consuti, in quibus pingi siue describi solet causa mortis eorū. Titulum ergo Christo scripsit Pilatus: Iesus Nazarenus rex Iudæorū, uolens sic excusare Christū, simulq; se de Iudæorum uesania ulcisci. Credibile tamē est, spm̃ sanctū id ita uoluisse, atq; adeo titulū hunc inspirasse Pilato. Quam ob rem & Chrysostomus nō paruā in hoc dispensationē esse dicit, quæ hinc pendet. Cū enim postmodū defossum esset lignū crucis, cōtigit ut diu post perquireretur: & cū tres cruces inuentæ essent, par est, ut & quia media erat, & propter titulum domini crucem agnitam. Nam latronū cruces titulum istum non habebant.

¶ Titulus hic porro peccati chirographum deleuit, q̃d iam olim diabolus conscripserat aduersus genus hūanum maledictionē, s. imminentē ijs, qui legē diuinā transgrederentur. eā q̃q; hoc titulo extinxit Christꝰ, iuxta illud Pau

Coloss.2. li: Donauit nobis oĩa delicta, delẽs q̃d aduersus nos erat chirographũ decreti, q̃d erat cõtrariũ nobis, & ipsum tulit de medio, affigẽs illud cruci: ut iã amplius non dominẽtur hoĩbus diabol⁹, sed Christ⁹ ille Iesus rex sit Iudæorꝫ, hoc est, eorũ qui firmiter credentes in illũ, cõfitentur eundẽ.

¶ Tabula, cui titulus adfixus est, ex oliua fuit cõfecta, & adhuc seruatur Romæ ad S. Crucem, sicut & ipse uidi. estq; titulus non primis tantum quatuor elementis consignatus, quemadmodũ à nonnullis depingitur, sed per singulas literas ad longum descriptus, ita ut bona illarũ pars adhuc accurate cerni queat & dignosci. Scriptus est

Augustin. autem Hebraice, Græce & Latine. Hebraice quidẽ, ut inquit Augustinus, propter Iudæos qui gloriabant sibi datam esse legem diuinã. Græce, ob sapientiam Græcorum. Latine uero propter Romanos, q̃rum tunc potestas late per totum orbem patebat ubiq;. Significatumq; per hoc est, quia deuoti, sapientes & potentes uenturi essent ad cõfessionem fidei Christianæ. Sunt qui exponentes hoc referant ad tres partes mundi, Aphricam, Asiam & Europam. Sed molestum erat Iudæis, titulum hunc uel aspicere tantum: ideoq; uolebant, tantumq; non cogebant Pilatum alium titulũ scribere. Verum ijs renuebat, Quod scripsi, inquiens, scripsi. Ibi Cyrillus ait: Diuinitus (ut ego puto) factum est, ut trium linguarꝫ, quæ præcipuę sunt, literis titulus scriptus fuerit, qui illũ non Iudæorꝫ tantum,

Cyrillus. sed omnium quotquot in mundo sunt, regnorum regẽ ostenderet. O igitur ineffabilem uim diuinæ operationis

Augustin. etiam in cordibus ignorantium. Nonne occulta uox quædam Pilato intus quodam, si dici potest, clamoso silentio personabat, quod ante in Psalmorum literis prophetatũ est, Ne corrumpas tituli inscriptionem? Quamuis non Iu-

Psalm. 56 dæorum tantum, ut titulus præ se fert, & gentium omnium rex ille fuit, secundum quod pater ęternus dixit ad eũ:

Psalm.2. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. &c. Atq; ideo in hoc titulo, nomine Iudæorum, totum accipiendum est semen Abraæ filij promissionis, filij dei. Et sic quoq; Christus Iudæorꝫ rex erat, meritoq; inscribebat qui circunciſi erant spiritu & cordibus, nõ secundum literam. Sic etiã Pilatus titulũ noluit immutare, siquidẽ non

Cyrillus. fuit sibi diuinitus permissum, aduersus saluatoris gloriã fu-

rere, sed sicut titulus hic inuiolabilis tũc erat, & permãsit sine mutatiõe, ita manebit in æternũ. Titulũ hũc semp in cordibus nostris circũferre debem⁹ cõtra mortẽ, diabolũ, infetos & oñes aduersitates nostras. Multa de eo dici possent adhuc, sed mitto cõtentus ñs q̃ superius enarrauim⁹.

3. ¶ Eo usq; aũt Iudæor̃ seruorũq; Pilati furor increuit, ut iam nudo pendente in cruce Christo, ne uestibus quidẽ illius parceret, sed pro tunica eius sors mitteret: Vnde principio patet, q̃tuor fuisse qui Christũ crucifixerunt, eo q; Iohannes refert, tunica Christi in partes quatuor diuisa, cuiq; cessisse partẽ. Sunt hic quidã qui putant singulos illos partẽ habuisse & tunicã. uer̃ hoc nõ placet Augusti no. aliâs. n. oporteret Christũ plures q̃ quinq; tunicas habuisse, q̃d tñ & cogitatu & creditu facile non est, eũ qui in oĩbus modestiã obseruauit, nimio uestiũ apparatu se obruisse. Atq; ideo ille uerba hæc Iohãnis sic intelligenda esse putat, q; quilibet seruor̃ partẽ habuerit ex uestimento Christi & tunicã, istã. s. inconsutilẽ, desuper contextam per totum, pro qua & sortiri sunt, sicut proprie Dauid in Psalmis fore prædixit: Diuiserunt sibi uestimenta mea, & super uestem meã miserũt sortẽ. (ecce hic sortẽ super uestem) Quod q; cæteri euãgelistæ in cõmune scripserũt, id ipsum Iohãnes paulo manifestius expressit. Nã cum Marcus ait, eos sortẽ misisse quid quisq; caperet, suspicari quis posset ipsos super omnibus Christi uestibus esse sortitos. Quod præcauere uolẽs Iohãnes, clare docet & ostẽdit q̃d nam diuiserint, quid in sortẽ proposuerint: unde tandem patuit, quid cuiq; sortito contingeret. Augustin. Psalm. 21

¶ Chrysostomus hinc apparere dicit uestimẽtor̃ Christi utilitatẽ. siquidẽ in Palæstina ex duobus pannis uestes cõtexunt. Post eũ Theophy. idipsum q; testat, addẽs ibidem esse moris, ut pauperes gerãt uestes duplo cõtextas, per totũ filis undiq; insertis, sicuti nostrates stragulis utũt in mari Anglico. Sed q̃d dicũt q̃dã tunicã hãc cũ Chr̃o adcreuisse simul ex teneris annis, piũ q̃dẽ est & creditu facile, sed id tñ nõ memini me in q̃q̃ ꝓbato scriptore inuenisse. Trãseo igit. Et quia cõtexta fuit p totũ, B. Aug. exponit id quoque temere factum non esse, q̃oniam finis non deforis apparuerit ullus, sed intus fuerit intextus, ne sic in modico scissa dissueretur tota. Sic in lege præceperat deus Chrysost. Theoph. Augu. qu. 118. super Exod.

Exodi.28 Moysi, ut Aaroni pararet tunicam ex Serico, eodem quo-
que modo per totum contextam, fuisse autem tunicam
hanc Christi non adeo preciosam, uel hoc arguit, q̄ idem
Matth.11. in Iohanne etiam uestitus commendauit tenuitatem.

4. ¶ Cæterum quando regula beati Augustini doce
Regula Augustin. malefacta etiã impiorũ non carere mysterio & significa-
tione magna, atq̄ ideo à nobis Christianis ad gloriã dei,
honoremq̄ sanctorum uertenda ea & exponenda esse: o-
peræpræcium fuerit, nos etiã hoc seruorum impiũ sane &
abominabile factũ, quid sibi uelit mystice, paulo diligen-
tius inuestigare. Et principio quidẽ discamus nos hinc san
ctorum uestes & id genus reliquias omnes, nõ habere cõ
temptui, sed pie & candide etiã alijs impartiri, ut sic in plu
ribus locis cultꝰ & honor dei incrementũ acqrat. Quodq̄
Reliquiæ. satrapæ isti Christo fecerunt in ignominiã, nos illi uicis-
sim uertamus in gloriã. Quæ sane tum radix, tum causa
ex multis potissima est, cur reliquiæ Christi & sanctorꝫ in
tot loca dispersæ undiq̄ sint & disseminatæ. Quadripartita,
inquit Augustinus, uestis domini Iesu Christi, quadri-
partitam figurauit eius ecclesiã, toto terrarꝫ orbe (qui q̄-
Augustin. Cyrillus. tuor partibus constat) diffusam. Quapropter & Christus
Matth.24 dixit se missurum angelos suos, qui congregent electos su
os à q̄tuor uentis terræ. Tunica porro illa inconsutilis, ec
clesiæ catholicæ unitatem figurabat, qnæ etiãnum colle
Ephe.3 Colos.3 cta in spiritu sancto dei, unitur uinculo fidei & charitatis:
quæ quia & superior est scientia, & mandata omnia su-
perat, merito in ueste desuper tota contexta repræsenta-
tur. Et ea inconsutilis q̄q̄ fuit, ut ecclesiam quã figurabat,
dissui & scindi non debere doceret. Væ uæ ijs, qui temere
ecclesiasticam dissipant unitatẽ, ut ueteres & recentiores
Canti.6 hæretici omnes faciunt. Vna, inquit spũs sanctus, est colũ
ba mea, perfecta mea, una est matri suæ, electa genitrici
suæ. Sic etiam Paulus dicit, Soliciti seruare unitatem fidei
Ephe.4 in uinculo pacis. Vnũ corpus, unus spũs, sicut uocati estis
in una spe uocationis uestræ. Vnus dominus, una fides,
unum baptisma, unꝰ deus & pater omniũ, qui est super o-
mnes. Quæ utinam Pauli uerba omnes uere attenderent
& obseruarent, necq̄ leuiter adeo se separarent ab eccles
astica unitate. Vere enim illa arca dei est, extra quã nemo
1. Petri.3 saluabitur. Rectius itaq̄ secum deliberent neochristiani,

neq; adeo temere pacem & concordiam ecclesiæ scindât: ne grauius offendant Christum quàm serui isti, qui cum Christum crucifixissent, tunicæ tamen illi⁹ pepercerunt neq; dissuerunt eam. Sic quisquis non in tota est ecclesia, nullam salutis spem habet reliquam. Sic Petrus claues à Christo accepit pro conseruanda ecclesiæ unitate, unus pro omnibus utiq;, & unitas est in omnibus. Hieronymus hoc ipsum quoq; exponens, refert ad mandata dei: quib⁹ corpus Christi ecclesia tegitur & uestitur. Quatuor tunicæ partes, quatuor sunt ordines siue status ecclesiæ, coniugati, uiduæ, prælati & separati, hoc est, presbyteri & religiosi.

¶ Sunt qui referãt quatuor hos seruos ad quatuor mũdi plagas, quarum peccata Christum crucifixerunt. Quatuor autem uestimenti partes, significant quatuor euangelia. Tunica inconsutilis unica, unũ illum designat spiritualem, abditum & mysticũ scripturæ sensum, qui ab ipo iam inde principio suo ad finem usq;, undiq; iuxtà diuinus, rite cõtextus est, nec quicquam habet aliũde insutũ. Hiero. sup. Marcum.

¶ Quorsum hæc tam coacta? inquies. Aut quo tandem modo persuaderi potest, ut malefici isti suo exemplo, tam sublimia expresserint & repræsentârint mysteria? Audi tu quisquis sic cogitas: quamuis enim mali fuerint isti, factum tamen eorum bonum quiddam significat. Sic quis illam, in quam suffixus Christus est, crucem construxit? ex pessimis utiq; selectissimi. & illa tamen significationem magnorum mysteriorum habet profundissimam. Idipsum magni secretiq; mysterij loco Paulus etiam habens, scribit ad Ephesios: Vt possitis comprehendere cũ omnibus sanctis, quæ sit latitudo, longitudo, sublimitas & profundum. Quid autem est illius latitudo, nisi opera bona in latitudine charitatis? Quid uero longitudo, q̃ perseuerantia in diuturnitate temporis? Quid altitudo, nisi conuersatio cælestis, quò tendimus omnes? Quid uero profundum, nisi gratia dei, ex cuius arcanis & occultis iudicijs proueniunt omnia? Sic crux quamuis à pessimis hominibus præparata, omnium tamen bonorũ nobis fons est & origo: nec quicq̃ illi decedit bonitatis, licet ab impijs atq; inimicis Christo sit facta & impacta. Certe enim hoc illud signum est, quod nisi adhibeatur si Augustin. Augustin. Ephe. 3.

ue frontibus credentiū, siue ipsi aquæ q̄ regenerant, siue oleo q̄ chrismate ungunt, siue sacrificio q̄ alunt, nihil eorū rite p̄ficitur. Audiāt & auscultēt hæc Augustini ꝟba neochristiani p̄fidi, q crucis usum in baptismo, cōfirmatione & sanctissimo missæ sacrificio auersant: recusantes accipere quicquam, quod non ad literam in scripturis cōtinetur, atq; ideo se signo crucis consignare nolunt. Deus tamē eos quoq; per gratiā suā illustrare dignetur, & reuocare ad uerā sacrosanctæ fidei nostræ cognitionē. Amen.

OREMVS.

DE IIS QVAE CIRCA MORTEM *Christi contigere.*

TEXTVS VI. ET VLTIMVS.

Stabāt autē iuxta crucē Iesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalene. Cum uidisset ergo Iesus matrem & discipulū astantem quē diligebat, dicit matri suæ: Mulier, ecce filiꝰ tuus. deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in suā. Postea sciens Iesus quia iā omnia consummata sunt, ut consummaret scriptura, dicit: Sitio. Vas ergo erat positum aceto plenum. Illi uero spongiam plenam aceto hyssopo circumponentes, obtulerunt ori eius. Cum ergo accepisset Iesus acetū, dixit: Cōsummatū est. Et inclinato capite, tradidit spiritum. Iudęi ergo quoniā parasceue erat, ut non remanerent in cruce corpora sabbato, erat enim magnus dies ille sabbati, rogauerunt Pilatū, ut frangerentur eorū crura & tollerētur. Venerūt ergo milites, & primi quidē fregerunt crura, & alterius qui crucifixus

Matth. 27
Marci. 15
Lucę. 23

Matth. 27
Marci. 15
Lucę. 23

est cũ eo. Ad Iesum autẽ cum uenissent, ut uiderũt eum iã mortuum, nõ fregerũt eius crura: sed unus militum lancea latus eius aperuit, & cõtinuo exiuit sanguis & aqua. Et qui uidit, testimoniũ perhibuit, & uerum est testimoniũ eius. Et ille scit qa uera dicit, ut & uos credatis. Facta sunt enim hæc, ut scriptura impleretur: Os nõ cõminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit: Videbunt in quem transfixerunt. Exodi. 12. Numer. 9. Zach. 12.

¶ Ecce rursus alium ex alio dolorem Christi hic Iohãnes adgreditur recensere. Quomodo ille post alapas, uincula, sputa, flagra, spinas, crucem, clauos & innumera conuicia matrẽ dolẽtissimã, cõspicatus adhuc est, cuius pectus gladio doloris transfossum, uiscera illi intima cõmouit. Vere em̃ hic imbecillior sexus fortior apparuit. Quãuis hic quoq; tenerrima uirgo tantis cõfecta doloribus, etiã stare nõ potuisset, nisi tũ floribus uirtutũ ornatissimis, tũ uirtute gratiæ diuinæ suffulta fuisset, sicut & ipsa in Cãticis dicit, Fulcite me floribus. Cæteræ hic quoq; stabãt mulieres & flebãt. facile nãq; ad lachrymarũ flumina gen⁹ est mulierũ, p̃sertim si magna causa moueat. Atq; hoc mõ euãgelista atrocitatẽ passiõis dñicæ exprimere uoluit, dũ ait matrẽ q̃q; piẽtissimã cruce filij ignominiosa, crebro Iudæorũ contẽptu, ludibriosa seruorũ, p uestibus sorte, eorundẽq; pugnacia cõrinua motã, hic demũ ꝛe sensisse gladiũ, quẽ ei Simeon iustus p̃dixerat, ingens: Et tuam ipsius animã pertransibit gladius doloris. O gladiũ uere acutũ, immensam istam doloris acerbitatem. Ecce iam tandem reuelatæ sunt cogitatiões ex cordibus multorũ, quando discipuli etiam offensi fuerũt à Christo. O Maria uirgo sanctissima, in quanto gaudio, quanta lætitia & exultatione filium illum tuum genueras? Sed quicquid tunc doloris & tristitiæ tibi defuit, ita disponente deo, nõne abunde hic tibi pensatum est? Dixit aũt Christus matri suæ: Mulier, ecce filius tuus, Iohannem significans, qui porro Mariæ filij loco futurus erat, idq; adeo de se ipse Iohannes p circũstantias ostendit, Christũ illum intellexisse discipulũ Chrysost. Cant. 2 Cyrillus. Luce. 1 Luce. 2.

quem diligebat. Quamuis enim in uniuersum omnes diligebat discipulos, hunc tamẽ præ cæteris magis amabat, adeo ut illũ pectori suo indormire sineret. Credo, inquit
Augustin. S. Augustinus, ut istius euangelij, quod per eũ fuerat prędicaturus, diuinam excellentiam hoc modo altius cõmẽdaret. Sensus igitur uerbi illius dominici est, Mater mea charissima, in teneris quidem annis à propriis suis defensa est parentibus, in iuuentute à nutritio meo Ioseph, post eum ipse curam illius suscepi: nunc uero ipse quoq; moriturus, tibi ipsam commendo committoq; Iohannes.
Chrysost. Et hic quidem immensam charitatem ostendit, commen
Theoph. dans eam discipulo quem diligebat, & non paruo honore ijs uerbis eum afficiebat. O honorem quem discipulo tribuit, ut illum fratrem suum faceret, dum ei Mariam matris loco commendat, usq; adeo bonum & salutare est manere cum domino Iesu. Docere tamen eo ipso nos quoq;
Augustin. uoluit, ut alijs pleriscq;, dominus, dum quod faciendum admonet, ipse facit. suo nanq; hic exemplo ministros instruit præceptor bonus, ut à filijs pijs impẽdatur cura parentibus: tanquam lignum illud ubi erant fixa membra
Cyrillus. morientis, etiam cathedra fuerit magistri docentis. Magnum quid est, cum matri prouidit suæ, quasi parum de magnitudine doloris curaret, Iohannem uoluit illi ministerium & officium filij exhibere, uicissim quoq; illam habere autoritatẽ maternam in Iohannẽ, ut sic charitate mutua deuincirentur, non minus quàm si naturali uinculo coniungerẽtur. Quis autem dubitet Iohannem deinceps ex commissione optimi magistri, Mariam dilexisse amore & affectu uero filij in matrem?

1. Tim. 5 ¶ At hinc didicit Paulus illud quod dixit: Si quis suorũ & maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Hoc illud etiã est, quod iã olim
Exodi. 21. in lege præceperat deus, lapidandos esse irreuerẽtes erga
Leuit. 24. parentes suos, non aliter atq; blasphemos in deum. Quilibet hic Christianus recogitet, quomodo dominus noster Iesus Christus in cruce pendens inter acerbissimos dolores, omnia tamen sine perturbatione fecit mentis suæ. Ecce enim matrem dilecto commendat discipulo, prophetias implet dũ consummentur omnia, latroni paradisum promittit, pro crucifigentibus orat, spiritum quoq; suũ in pa

ternas manus commendat. Prius autem quàm crucifigere tur, sudauit, turbatus & contristatus est, timuit, ut imbecil litatem susceptæ naturæ declararet. uerum hic iam in eo uirtus patuit diuina. Suscepit ergo illam discipulus in sua, hoc est, in curã suã. sicq; deinceps de omnibus ei prouidit. Augustin.

II ¶ Dixit iterum dominus, Sitio. Ecce hic homo apparebat, qui deus latebat: & idẽ ipse disponebat hæc omnia, quæ patiebatur. Videns itaq; omnia consummata iam eẽ præter potationem, ut hic quoq; scripturæ implerentur, dixit: Sitio. quasi diceret, Vnum hoc est quod nondum fecistis. date mihi bibere, sed hoc ipm q̃d uos estis. Quid aũt iam Iudæi facti erant? acetum in sipidum, eo quòd declinauerant defecerãtq; à sapido illo uino patriarcharũ & prophetarum. Restabat enim hoc, ut scriptura hęc etiam impleretur, In siti mea potauerunt me aceto. Psalm. 62.

Naturale porro erat, ut iam dominus sitiret. siquidẽ multum possunt dolores ad commouendam sitim. Innatum enim calorem exagitãtes, quod in profunditate humidũ est, consumunt, & igneis ardoribus dolentis uiscera urũt. Cyrillus.

Accepto ergo in spongiam aceto, hyssopo circumponebãt, & sic domino porrigebãt, ut dolorem illi grauiorem incuterent. Sed ubiq; interim hic adnititur Christus, nouam hanc mortem fuisse. siquidem in potestate morientis erat, ne priusquam ipse uellet & omnia impleta essent, moreretur. Atqui tu hic malignitatem considera seruorum. nos etenim etiam cõdolemus, dũ tot hostes & inimicos nostros uidemus interfici: isti uero neq; dum pœnis & supplicijs satiari potuere: acetum insuper domino porrigũt, ut illudant magis, & ne quid acerbitati doloris desit, & potus amaritudini, etiam hyssopum circumligant, ut potionem lœtalem efficerent, quemadmodum ait Theophylactus. Chrysost.

Obijcies autem ex Marco, quoniam dicit uinum accepisse eos, Iohannes acetum, Mathæus & Marcus meminerunt arundinis, Iohannes hyssopi tantum. Ad hæc facile respõderi potest, & dici ea omnia esse facta, quamuis non item ab uno euangelista descripta. Primum enim uinum ei obtulerunt cum felle & myrrha permixtum, ut impleretur prophetia Ieremiæ. Quod quidam factum esse perhibent in loco caluariæ, priusquam crucifigerent illũ. Multo aũt Theoph. Matth. 27. Thren. 3.

Psalm.68. pōst contigit illa potatio cum aceto, ut cōsummaretur illud q̄d prædixerat Dauid. Id̄q; designare uolentes Matthæus & Marcus, uini & aceti mentionem tātum fecere.

¶Iohannes itaq; uidens reliquos arundinis meminisse, ipse de ea uerbum nullum addidit. Christus tamen acetū accepit quidem, hoc est, gustauit, sed non bibit. Et cū plures fuerint serui iniquitatis, quisq; pro se aliquid commētus est, quo dominum præ cæteris magis offenderet. Pulchrum est quod hic Bernardus, pater, si quisquam alius, in meditatione certe feruentissimus, contemplatur: Domine, inquiens, quid est quod sitis? Nonne te sitis ista magis, quā crux ipsa excruciat? De cruce taces, ex siti clamas. Quæ igitur sitis illa? nonne sitiebas salutem hominum, salutem animarum nostrarum, gaudiū nostrum?

Bernar.

3. ¶Deinceps iterum ait dominus: Consummatum ē, scilicet ipso facto & opere, quod antea erat in prophetia. Cyrillus uerbum hoc ad passionem Christi refert, siquidē omnis iste tumultuātium Iudæorum furor, qui seruebat in passione Christi, iam in morte eiusdem desijt. Tu igit homo Christiane sic tecum cogita: Consummatæ sunt omnes prophetiæ de Christo, consummatum est & ipsum testamentum uetus totum, nouum nunc nobis nascitur testamentum. Christus etiam quasi hoc ipsum sic secū dicere uisus est: Consummatum est supplicium meum, opus redumptionis generis humani, cuius gratia è summo cælo descenderam natus homo: id quoq; iam consummatū est, idipsum ego illi iam peractum offero in diuinas manus suas. Sic Paulus: Decebat, inquit, eū propter quem oīa, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, autorem salutis eorum, per passionem consummari.

Cyrillus.

Consummatū est.

Heb.2

¶Sequitur: Et inclinato capite, emisit spiritum. Nota hic, quia spiritum emisit, uolens ostendere quia potestatē habeat ipse ponere animam suam, & eandem rursus assumere. Quis enim ita dormit, quando uoluerit, sicut Iesus mortuus est, quando uoluit? quis ita uestem deponit quando uoluerit, sicut se carne exuit quando uoluit? atq; ideo inclinato prius capite, tunc demum mortuus est, cū tamē cæteri homines iam demortui capita sua demittāt. Cum ualido etiam clamore, cum lachrymis & oratione

Iohan.10.

Augustin.

Heb.9.

ſpiritum emiſit, qui in diebus carnis ſuæ preces ſupplicationesq; cũ lachrymis obtulit deo(uide in prima paſſiõe) Articulo 7. puncto 2.

¶ Rogauerunt autem Iudæi Pilatum, ut frangerentur eorum crura, neq; ſic corpora manerent in ſabbato. erat enim dies paraſceues, ſicuti tunc diem ſabbati ſanctius ſtrictiusq; multo obſeruabant, & etiam nunc colunt quã nos Chriſtiani diem dominicum noſtrum, quando iã eõ deuenerunt feſtiuitates noſtræ, ut pro ijs aleæ, cõuiuia & ebrietates colantur. Quamuis tunc quoq; eo ipſo excuſati non fuerint Iudæi: ſiquidem fucum tantũ & prætextũ pietatis præ ſe ferebant, cæterum à uero dei cultu & timore alieniſſimi. quomodo eñ legem domini ſeruauerint, qui legiſlatorem occiderant? Habebant eius rei expreſſum & apertiſſimum mandatum in lege, ne quenquam p noctem ſineret in cruce pendere, quia ſic lex habet: Quãdo peccauerit homo quod morte plectendum eſt, & adiudicatus morti adpenſus fuerit in patibulo, non permanebit cadauer eius in ligno, ſed in eadem die ſepelietur. Sic ex præcepto dei cogebantur crucifixos eodem die ſepelire. & quia erant interdum, qui aliquãdiu poterant in cruce pendentes uiuere, ſicut apud nos ijs contingit non raro, qui rotis imponuntur, uel in palum ſuffiguntur, crura eorum frangebantur, ut ſic celerius morerentur. Deut. 21.

¶ Nec eſt, quod noſtrates principes & præfectos urbibus magiſtratus calumnieris, quòd in patibulum ſuſpenſos non ſtatim deponi ſinunt, ſed quàm poſſunt diutiſſime in illo pendere: neq; enim in eo peccant, quia lex Moſaica in iudicialibus nos Chriſtianos non ligat. Sic multæ ſunt cauſæ, cur aliquis ſepultura careat, puta qui tempore paſchali non confitetur, qui imperatoriam maieſtatem offendit: huiuſmodi nanq; exempla fiunt cauſa reipublicæ in terrorem aliorum, ne & ipſi delinquant ſimiliter. Quid quòd iura etiam ciuilia iubent, latrones famoſos eodem quo latrocinati ſunt loco occidi? Taceo Ieremiam, q quo horrore prædicit impijs iudicia duriſſima, dicẽs: Mortibus ægrotationum morient, nõ plangentur & nõ ſepeliẽtur, in ſterquiliniũ ſup faciẽ terræ erũt. Atq; ideo odio ſceleꝝ, in exemplum malorꝝ, & amore reipub. bene faci- L. capita. famoſos ff. de pœn. Ieremi. 16

unt tum principes, tum primores ciuitatum, dum maleficos & sceleratos insepultos sinunt in patibulis, rotis seu portis ciuitatum pendere.

4. ¶ Fractis iam duorũ latronũ cruribus, cũ uiderent ministri iam mortuũ esse Christum, nõ fregerũt eius crura, sed unus militũ lancea latus eius aperuit, atque id sane uulnus etsi non senserit Christus, quia iã mortuus, dici tñ nõ potest, q̃ acriter penetrauerit pectus & animũ Mariæ. Augustin. Vigilanti aũt, inquit Augustinus, uerbo euãgelista usus ẽ: ut nõ diceret, latus eius percussit aut uulnerauit, sed aperuit, ut illic quodãmodo uitæ ostiũ panderet, unde sacramenta ecclesiæ manauerũt, sine quibus ad uitã quæ uere uita ẽ, nõ intratur. Idq; adeo iã olim p̃figuratũ erat in eo q̃ Gene. 6 dominus præcepit Noe, ut in latere arcæ foramẽ pararet Gene. 2. patentius: quo animalia quæ diluuij interitũ effugere deberent, ingrederẽtur. Et sicut Eua uiuentiũ mater, è dormientis Adæ latere est desumpta, ita plane soporato iam Ada cælesti in ara crucis, capite inclinato, spõsa illius ecclesia catholica mater fideliũ, sumpta est ex eius latere.

Cyrillus. ¶ At hic alij aliter sentiunt. Cyrillus quidẽ fecisse hoc ipsum putat militẽ, ut experiretur an iam mortuus esset Chrysost. Christus. Chrysostomus aũt illud ab eo factũ existimat, ut per hoc placeret ludæis. Deinde homines pios admonet diligenter simul & docet, quid nã contẽplari debeãt circa hoc, q̃ ex latere Christi sanguis fluxit & aqua: qm̃ hac ipsa baptizamur, illo aũt potamur. Vnde q ex calice communicant de sanguine Christi, pari reuerẽtia accedãt, ac si ex ipso latere Christi sugerent uiuum & calentẽ sanguinem. Armenij. Theophylactus etiã, sanguinem, inquit, ex mortuo corpore prodijsse, admirabile est, atq; ideo Armenios reprehendit, qui non miscent in calice uinũ aqua, cũ tamẽ ex latere Christi aqua cũ sanguine fluxerit. Cypria. Qua de re multa habet Cyprianus. ego ijs supersedeo lubẽs. Tantũ te, pie lector, admonitũ hic uolo, ut neochristianorum obserues conatum impiũ insanum̃q; errorẽ, quia & ipsi in eadem hæreseos naui cum Armenijs sedent, non attendẽtes articulũ istum ante tot annos ab ecclesia reiectum, explosum, damnatũ. Longinus ille (hoc enim ei nomẽ erat) intellexit utiq; istud, quicquid erat, miraculum certe naturam exce-

dere: ideoq; credidit in Christū, & ab apostolis edoct' mysteria fidei, tādē in Cæsarea Cappadociæ, supplicia & mortem pro cōfessione nominis Christi ꝑpōstāter passus est: cuius etiamnum festus dies in ecclesia celebratur 15. Martij. Sunt ex grāmaticis theologis quidam, qui hoc multis modis irrident, & nescio quodnam Ionchi somniāt. Verum ego multo plus sanctæ & catholicæ tribuo ecclesiæ, quàm pridianis istorū somnijs, qui uix hodie aut heri nati ipsi, alia ex alijs nobis obtrudere conantur commenta. Equidem sane cur nō magis Augustino crederem, qui ut erat ecclesiæ martyrum proximus, eundem quoq; Longinum appellat, sic dicens: Claui & lancea clamant mihi, q̄ uere reconciliatus sum Christo, si eum uere amauero. Lōginus aperuit mihi latus Christi lācea, & ego intraui, ibiq; requiesco securus. Valla. Augu. in manuali ca. 23.

¶ Idipsum porro miraculum tantum, Iohannes quoq; triplici confirmat testimonio: suo ipsius, quoniam hoc uiderit: deinde Moysis, qui à deo iussus, præceperit ossa agni paschalis frangi, cōminuiq; non debere, atq; ideo in Christo etiam uero agno seruari hoc conueniebat: postremo Zachariæ, qui & ipe ꝑdixerat, Videbūt in quē pupugerūt. Exodi. 12. Zach. 12

¶ Age nunc Christiane homo, erige animi tui adfectū, & contemplare passionem pariter & mortem domini nostri Iesu Christi, quomodo tristatus ille est & conturbatus in mortem usq;. Quomodo præ angustia sudorē sanguineum sudauit, quod omnibus retro seculis inauditum fuerat. Meditare deinceps quibus tumultibus, insultibus & clamoribus irruerint in illum iam orantem Iudæi cum armis, lanceis, clauis, facibus atq; lucernis. Porro ob oculos animi tui tibi ꝑpone, quomō ille à proprio discipulo uēditus, traditus, & ad extremū osculo sit proditus: statimq; uasto impetu captus, ligatus, huc illuc detrusus, & tandē ad Annam sit raptus, adcusatus ibidem & alapis durissime cæsus. Mox ab Anna ad Caipham pari uiolētia attractus; à falsis testibus iniquissime adcusatus, & pro blasphemo morꝭ adiudicatus, nocte tota illusus, consputus, facie uelatus, & ridicule de prophetia inquisitus, à quonam cæsus esset.

¶ Recogita hic quoq;, nec de cætero unquam uide obli

uiscaris anima fidelis, quomodo deus idēq; creator & redemptor tuus, summo mane ex ædibus Caiphæ ad Pilatū abducitur coram omni populo, & ibidē adcusatus statim ad Herodem pertrahitur: ubi quoq; ęterna illa summi dei sapientia pro fatuo reputatur: rursusq; ad Pilatum adductus, denuo durissime & sine omni commiseratione flagris cæditur, spinis acutissimis coronatur, ut iam nullus pateret toto corpore locus, qui non uulneratus & apertus sanctissimo sanguine manaret. Neq; hic aliquis tamen modus fuit. insuper adhuc sanguine madēs, toti ostensus populo est, multisq; modis adcusatus, & ad extremum à Pilato iniquissime condemnatus ad mortem ac supplicīū crucis. Sic itaq; defatigatus & totus lassus, continuisq; pœnis emaceratus, sub graui crucis mole tādem exiuit, quamuis in itinere non semel deficientibus uiribus lapsus sit. & cū in caluariæ locum peruenisset, uestibus suis exutus, clauis cruci adfixus, & in ea pendens, à militibus & seruis Pilati derisus, subsannatus à Iudæis, felle & aceto potatus. Accedit ijs omnibus sanctæ meditationis partibus, quomodo ille alterius quoq; latronis calumniam perpessus, & aspectu dolentissimæ matris est perturbatus, tandemq; inter acerbissimos dolores cū clamore & lachrymis spiritū suum in paternas manus commendauit. Post mortē quoq; latus eius sanctissimum lancea apertum est, sanguineq; simul manauit & aqua in ablutionē animarū à peccatis. Merito igitur illum laudamus, benedicimus & glorificamus, inuocātes eum uoce, corde & animo in secula seculorum.

PIA ET SANCTA

precatio.

¶ O glorioſissime, benedicte & misericordissime domine Iesu Christe, per sudorem sanguineum tuum, per uincula tua, illusionem, flagella, coronam, iniquam condemnationem, per illam quæ te susceptt clauis affixum, crucem sanctissimam, per sitim quam in cruce pro animarum nostrarum salute sustinuisti, per mortem denique tuam amarissimam, propicius & misericors nobis esse dignāre,

uincula quoque nostra disrumpe, peccatorum nostrorum flagra, ipsamq; adeo pro eis debitam pœnam adime, ut tandem læti & alacres appareamus in cōspectu tuo, tecumq; & cum omnibus sanctis tuis uiuamus in secula, Amen.

COLLECTA.

¶Respice, quæsumus te omnipotens sempiterne deus, super familiam hanc tuam oculis misericordiæ tuæ, pro qua dominus noster IESVS CHRISTVS non dubitauit manibus tradi nocentum, & crucis subire tormētum, Amen.

EVANGELIVM

IN DIE PARASCEVES,

quod tamen nonnulli in uigilia Pa schæ dicere soliti sunt,

Iohan. XIX.

POst hæc autem rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathia, eo quod esset discipulus Iesu, occultus autem propter metum Iudæorum, ut tolleret corpus IESV. Et permisit Pilatus. Venit ergo & tulit corpus IESV. Venit autem & Nicodemus, qui uenerat ad IESVM nocte primum, ferens mixturam myrrhæ & aloes quasi libras centum. Acceperunt autem corpus Iesu, & ligauerunt eum linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire. Erat autem in loco ubi crucifixus est, hortus: & in horto monumentum nouum, in quo nondum quisquam positus

Matth. 27 Marci. 15. Lucę. 23.

Matth. 27 Mar. 15 Lucę. 23

erat. Ibi ergo propter paraſceuen Iudæorũ, quia iuxta erat monumentum, poſuerunt Ieſum.

EO erant in Chriſtum odio exaſperati Iudæi, ut de nulla omnino, tantum abeſt de honeſtiore, ſepultura illius prouidere cogitârint. Et tamẽ impleri hic quoq; oportebat iſtam de Chriſto prophetiam, Erit ſepulchrum eius glorioſum. Excitauit itaq; dominus deus cor nobilis & principis uiri Ioſeph ab Arimathia, qui & aliâs uir pius erat, & Chriſti diſcipulus occultus. Qui cum uideret neminem eſſe in Ieruſalem, qui ſibi ſepeliendi Chriſti prouinciam ſumeret, ipſe animoſius acceſſit Pilatum, rogauitq; dari ſibi corpus Ieſu. Arimathia autem, autore Euſebio de nominibus Hebraicis, ciuitas fuit eademq; patria Helchanæ & Samuelis, iuxta ciuitatem Dioſpolim: & illa aliâs appellabatur Armatha Sophtim. Ioſeph diſcipulus CHRISTI erat, & quamuis Theophylactus exiſtimat eum unum fuiſſe ex ſeptuagintaduobus, tamen communis ſententia doctorum eò uergit, quod hic diſcipulus CHRISTI appelletur, quoniam in eum crediderit, fide ſcilicet, nõ numero. *Sic igit*, ut ſatisfieret prophetiæ, Chriſtiq; ſepulchrũ eſſet glorioſum, uenerũt illi duo uiri nobiles & magni nois, Chriſtũ ſepulturi, Ioſeph & Nicodemꝰ: hic uero ille fuit, qui & princeps erat Iudæorum, & antea ad Chriſtum uenerat noctu. Eundemq; adeo Chriſti fuiſſe diſcipulum, inquit beatus Auguſtinus, certo modo in reuelatione corporis beatiſſimi Stephani, ferè omnibus gẽtibus declaratur. facta autem illa eſt anno ſalutis q̃dringẽteſimo ſeptimo, quando ſanctus Gamaliel apparuit Luciano, oſtendẽs ei ſepulchrum ſancti Stephani, Nicodemi & Abibæ, ut ſepelirentur honeſtius: quoniã deus per ariditatem & ſterilitatem afflicturus mundum, decreuerat p eorum interceſſionem miſericordiam illi exhibere. De roſis illius uide Auguſtinum libro uiceſimoſecundo capi. octauo, De ciuitate dei.

Iſaię. 11

Arimath.

Euſebius.

Ioh. 3.

Auguſtin.

Auguſtin.

¶ Nobiles illi duo, qui ſepeliendi Chriſti laborem ſuſcipere non recuſarunt, fidẽ rectam nõdũ habebant, omnia de illo tanquam puro homine opinati, ſed tamen amico

dei. Apostoli autē sepulturæ Christi interfuisse nusquam commemorantur (nisi forsitan Iohannes susceptā iā Mariæ curā, comitatus sit eandem) ne forte Iudæi illos in suspicionem furti de corpore Christi raperent. Duo illi aūt, quamuis nō omnino timore carebant, quo nomine euāgelista alterum discipulum Christi occultum, alterum ad ipsum noctu uenisse commemorat, tamen paulo animosius libernúsque ad crucem accesserunt, iram Iudæorum iam putātes esse sedatam, planeq; tam ignominiosa mortē satiatam. Augustinus intelligendum hoc esse refert hoc modo, quòd ille fiducia dignitatis id fecerit, qua præditus poterat familiariter intrare ad Pilatum. Chrysost. Chrysost. Augustin. li. 3. de consen. euā. c. 22.

¶ Tu uerò hic feruentissimos expende dolores uirginis Mariæ, quæ iam filium suum conspicata demortuū, uidit deinceps miserabiliter adeo de cruce deponi. Vnde inter tot ærumnas, miserias atq; dolores non paruo illi fuit solatio adueniens à Pilato Ioseph, & denuncians corpus sibi Christi esse donatum.

II. Attulit autem secum Nicodemus unguentū myrrha & aloë mixtum circiter libras centum. Vide hic Pickarde stupide, attende neochristiane furiose, & appende quisquis es, qui perire putas quicquid in mortuos confertur. Vtique enim si honor ille funebris iniquus esset, Christus etiam non tulisset hoc modo corpus suum inungi. Dicere ergo, Quorsum ista sumptuum funebriū perditio, uox est Iudæ, indignātis unguentū in corpus Christi impensum: clamantis quoq; uenundatum illud denarijs ducētis, distribui debere pauperibus. Sed quid ad hæc euangelista? Non sane hoc locutus Iudas fuerat, quòd pauperū curā habebat, sed qa sacculū seu loculos portabat & fur erat. Ita periculum graue est, ne similiter plerique faciant neochristiani, non amore pauperum, quos neque in minimo iuuant, sed ut sua inde infarciant marsupia, non attendētes illud decalogi, Non furaberis. Et ut maxime ipsi nullum inde lucrum reportent, tamen auaritiæ studio illud negligunt, ne & ipsi aliquid contribuere cogantur. Matth. 26 Matth. 26 Impensæ funebres. Exodi. 20

¶ Doctores hoc loco causas tres commemorant, cur Ioseph & Nicodemus merito corpus Christi tanto honore & apparatu sepelierint.

Honor. I. ¶ Quia corpus hoc nobilissimæ debebatur animæ, cuius organum etiam peculiare erat & instrumẽtum: decebat igitur illud uel saltem ratione nobilissimæ animæ magis honorari.

Veneratio. II. ¶ Quando corpus hoc ordinatum erat ad immẽsam illam & glorioſam reſurrectionis charitatem, etiã dignius erat ampliori ueneratiõe.

Latria. Damasce. III. Insup q̃q; unitũ illud deitati seu essentiæ duinæ, quoniã quicquid semel adsumpsit deus, nunquam dimisit: & sic idem ille honor ei debebatur, qui aliâs proprie deo tribuitur, sub ratione summi boni, sicuti fit in sacrificio missæ, quãdo sacramẽtum adoramus, non ipsius in se corporis respectu, sed unitæ diuinitatis ratione.

Johan. 12 Quomodo Mariæ Magdalenæ post unctionem corporis sui dixit, Bonum opus operata est in me.

Gene. 50 Ne ergo corpus Christi putresceret, tanta diligentia adcuratum est à Ioseph & Nicodemo. Quod ipsum tamen exemplum Iudæi à patriarcha Ioseph sibi sumpsisse creduntur, quoniam & ille corpus patris sui Iacob iamiam defuncti, preciosissmis sinebat unguentis perungi, sicq; sepeliri, sicuti nobis Geneseos narrat historia.

IIII. ¶ Susceptum itaq; corpus Christi Ioseph & Nicodemus inuoluerunt linteo, ut Iohannes, siue ut Matthæus loquitur, sindoni. Hinc institutum à sanctis patribus est, corporale illud super quo sacerdos in missa corpus Christi cõficit, lineum esse debere, non ex Serico paratum.

c. cõsulto, de consecration. dist. 1 Sic Eusebius inquit: Consulto omnium statuimus, ut sacrificium altaris non in Serico panno aut in tincto quisquam celebrare præsumat, sed in puro lineo uel linteo ab episcopo consecrato. Ex sequenti tamen capite colligere licet, non corpus tantũ Christi linteo esse conuolutũ, sed & caput sudario circunligatum, quod hic forte breui uerbo euangelista complexus est, quum ait: Sicut consuetudo est Iudæis sepelire.

Augustin. Vnde & nos docemur circa funebria sacra, quæ defunctis exhibemus, mores cuiuslibet seruare regionis, neq; nouum & insuetum alijs quicquam cõminisci. Videant hic & confundantur neochristiani, qui sanctum piumq; morem sepeliendi mortuos, non per Germaniam tantum, sed toto Christianismo seruari solitum, abolere ultro, neque obseruare studeant, quum tamen Christus sc-

peliri dedignatus non sit iuxta morem & consuetudinem Iudæorum. Equidem credo singulari quadam permissione dei id ita fieri, ut isti non sepeliantur cum patribus maioribusq; suis, hominibus piis & uere catholicis: à quibus quando per omnem uitam in cultu dei, disciplina uitæ & omnium probitate degenerāt, quid reliquum putas, nisi ut tandem infeliciter mortui, sepultura etiam asini sepeliātur? Honeste & cum omni dignitate Christum sepelierunt Nicodemus & Ioseph: cumq; tempore urgerētur, eo quòd uespere nihil licebat operari, nihil tamen omiserunt quod ad sepulchralem honorem faceret. Mortuus autem in cruce Christus hora nona fuerat, deinde uenientes satellites fregerunt crura latronum. Nicodemus & Ioseph petierunt à Pilato sibi dari corpus Iesu. deinde illud de cruce depositum ex more Iudæorum abluerunt. & quia imminens iam sabbatum urgebat, in proximo monumento sepelierunt, quāuis hoc modo omnia fieri, erat diuinitus institutum & ordinatum.

Sepultura hereticorum.

Ieremi. 22

Chrysost.

Cyrillus.

V. ¶ Quàm porro diligenter locum sepulturæ descripsit euangelista? primum enim fuisse ibi hortum dicit, & in horto monumentum nouum. Quòd hortus ibi fuerit, eò refert, quoniam recursus nobis ad paradisum morte Christi sit præparatus, quem antea peccato amiseram⁹. Conueniens ergo, ut iam in cruce mortuus, sepeliretur in horto, cui suppliciorum omnium, mortis etiam & huius quoq; sepulturæ causa ex horto prouenerat, peccatū protoplasti: quamuis ille ipse hortus etiā ecclesiam designare potest, quoniam sic eam sponsus uocat: Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus. Deinde non longe distabat sepulchrum hoc à loco quo crucifixus erat dominus, sicut hoc nobis fratres qui uiderunt, adnūciare solēt. uix em̄ pedes septingēti intererāt. Et ꝙ sibi Ioseph sepulchrū in horto cōstruxerat, id q̄q; factum est more Iudæorum, quō Amon quoq; rex & Oza monumentum suum in horto habuisse leguntur. Cur aūt ita in propinquo illū sepelierint, partim in causa esse potest imminens iam festiuitas, partim etiam ut facilius sic Maria & discipuli sequerentur, circunlustrantes undique cuncta quæ fiebant. siquidem deinceps quoque per

Cant. 4

4. Reg. 21

omnem uitam suam uirgo Maria circuiuit ibidem, quotidie loca sancta inuisens, ubi captus fuerat dominus, crucifixus, sepultus &c. Quod ipsum multi etiam boni homines adfectu pio isthuc peregrinantes, & uix demum magnis tum laborib⁹ tum impensis peruenientes, factitârunt usq; in hæc miseranda tempora: quibus ut alia pleraque, ita hoc quoq; opus sanctum neochristiani derident. Potest propinquitatis huius & illa reddi causa, ut sic facilius Iudæi custodirent monumentum, minusq; discipulos suspectos haberent de sublato furtim corpore Christi.

Augustin. V. ¶ Nouum insuper erat hoc sepulchrum, neque in eo quisquam adhuc positus erat: ut sicut in Mariæ uirginis utero nemo ante illum, nemo post illum conceptus erat, ita in hoc monumẽto nemo ante illum, nemo post

Chrysost. illum sepeliretur uel sepultus esset. Quamuis id quoq; ut alia, dispensatum est diuinitus, ut in nouo monumento sepeliretur, ne quis alium resurrexisse arbitraretur. Sic præordinauerat dominus sapientia diuina, ut mors sua probaretur, & resurrectio similiter manifestaretur. Quãobrem etiam ante utrunq; latronem mortuus fuerat, & post mortem permisit adhuc latus suum lancea aperiri, dehinc uoluit in monumẽtum nouum deponi, monumẽtum lapide obsignari, à uigilibus custodiri, ut sic angeli, apostoli, lapis, sepulchrum, ipsiq; adeo hostes sui, testimonium ei perhiberent de morte & resurrectione Christi. Et sane necessarium erat, ut euangelistæ summa diligentia mortem Christi omnino certissime describerent. siquidem si in ea uel minimo dubitatum fuisset, quod tamẽ sic quoque in tam diligentissima & accuratissima mortis illius descriptione facere ausi sunt impij Manichæi, quænam obsecro fides resurrectionis eius futura erat? Eodem

Roma. 10. 1. Cor. 15. Ephes. pertinet, quod Paulus etiam in reliquis fidei nostræ regulis diligenter adeo & solicite mortuum esse Christum cõfirmauit. Monumenti porro nouitas, nouum etiam atq; inauditũ de morte ad uitam reditum significat. Quia eñ antea non tẽporali tãtum morte obstricti eramus, sed etiam sub graui mortis iugo & imperio detinebamur, non sine periculo mortis æternæ, tũc demum cum alter Adã Christus Iesus mortuus est, reformauit ille nos etiam in

nouitate quadam mortis, quę tamen somno quàm morti similior sit, nec cuiquam bono metuenda: quoniam pretiosa iam in conspectu domini est mors sanctorum eius. Psalm. 115 Theoph.

¶ Præterea nos illa monumẽti nouitas docet, ut & ipsi renouemur in Christo Iesu domino nostro: quomodo & Paulus consepultos nos esse dicit cum illo per baptismũ in mortem, ut sicut Christus resurrexit à morte per gloriam patris, & nos in nouitate uitæ ambulemus. Postremo inopiam & egestatem CHRISTI hic consideremus, quam etiam propter nos ille sustinuit. Ecce enim natus iamiam hospitio carebat, tectum nullum habebat, in prę sepe tantum repositus est. Deinde per omnem uitæ suæ decursum nec domum habuit, quam inhabitaret, neque quicquam ubi caput reclinaret. Mortuus demum non tantum linteo caruit cui inuolueretur, uerum etiam monumento in quo poneretur. Caruisset́q; ijs omnibus, nisi ita disponente deo, omnia hæc sibi à pijs hominib⁹ essent administrata. Quid quòd nudus etiam ex monumento resurrexit, derelictis in eo linteo simul & sudario, quibus obuolutus fuerat? Et tu igitur cũ hæc & huiusmodi alia audis, cessa ab insana funeris impẽsa. Quid enim sibi hoc superfluum uult & inutile dispendium, quod ipsis qui faciunt plurimum adfert detrimenti, mortuis nullam utilitatem, uel damnum potius? Sepultura enim optima est, uita bene & pie exacta. Et tamen uicissim nihil omnino uelle impendere defunctis, neq; eis iusta persoluere, neq; cum dignitate sepelire, quod nunc neochristiani facere præsumunt, id sane legibus naturæ, canonibus sacris & ciuili iuri repugnat, aduersatuŕq; consuetudini sanctæ ecclesiæ, cui & Paulus multum tribuit, & Augustinus in lib. de cura pro mortuis agenda. Qua de re plura fortunante deo, dicturi sumus in die commemorationis animarum. Quoniam cum Christus post tam abominabilem & ignominiosam mortem crucis, tantis tum sumptibus tum honoribus uoluit sepeliri, qua fronte reprehendere quisquã audeat tanquam Christianis indignum, quod sibi Christus & uoluit impendi, & ab æterno fieri præordinauit? Quid quòd eius sententiæ multi sunt, solum ex omnib⁹ apostolis Iohannem nullo suppliciorum genere ad mor

Paupies Christi. Roma. 6 Johan. 20. Chrysost. Augustin.

tem usq; excruciatum, eo quòd Christum cum dignitate iuuerit sepeliri? Taceo quòd Christus summo mane cũ resurrexisset, prius Mariæ Magdalenæ cęterisq; uisus est mulieribus quàm Petro, quòd illæ etiam mortuo honorem impẽdere curârint, paratis in hoc preciosissimis quibusq; unguentis. Hoc quamuis uulgatum tacere non possum, q; Christus ipsi etiam Iosepho apparuit: quem ideo captiuum tenuerant Iudæi, quoniam corpus domini à Pilato petitum tanta cum dignitate in proprio suo monumento sepelĩsset. Et nos igitur charissimi in Christo fratres, dominum linteo inuoluamus conscientiæ bonæ, hoc prę cipue tam sancto tempore. Vngamus corpus dominicum unguentis pietatis & iustitiæ. Tegam⁹ & restituamus dominum in pauperibus suis, quibus etiã largius paulo nũc necessaria distribuamus. Sit animus noster sicut petra durissima, in fide fortis & cõstans, in oĩbus opibus bonis perseuerans, ne sicut ad uomitũ canis, ad uitia pristina recur
1. Cor. 10 ramus, sit cor nostrum hortus floridus domino nostro Iesu Christo, uariis uirtutum omniumq; operum bonorum floribus consitus. Petram illam monumento Christi aduoluamus, Christum ipsum nimirum. ipse enim petra solida est, quæ ubi cor nostrum occluserit, tunc sane arcem illam habituri sumus inuincibilem, aduersus omnia uitia & pctã, contra ipsos etiã dæmones infernales. Hoc tibi sit in imo pectore semper situm consilium, statimq; ubi te diabolus in superbia tentare occeperit, instar primorum
Gene. 3. parentum, ut cæteros præ te contemnas, te unum aliis omnibus præferas, mox hanc petram pectoris tui monumento aduolue: recogita quomodo dominus ille & deus tuus, cum esset sanctissimus & omnium altissimus, sit humiliatus, cæloq; demissus ab alto, etiam discipulorũ lauerit pedes, traditus, captus, uinctus, illusus, cõsputus, cæsus quoq; flagris, & ad extremum morte turpissima sit condemnatus. Quòd si porro te diabolus lepra titillet libidinis, eandem hanc petram cordi tuo admoue: uide & expende, quomodo Christus corpus suum castigârit, seq; ipsum uigiliis, inedia & laboribus emacerârit: tandemq; post uirgas, spinas & flagella in durissimo lectulo crucis emiserit spiritum suum. Ad eundem modum si & nos cor

pora membraq; nostra castigauerimus, & nosmet in ieiu
niis, abstinentia, uigiliis, atq; laboribus exercuerimus, nul
lam quærentes carnis uoluptatem, nec illecebras pecca-
torum, facile huiusmodi euitabimus uitia. Cæterum, si co Serenus.
lon inuisum morbi genus intima carpit uiscera, hoc est,
si inuidia idipsum existens animo, qđ est colica corpori,
rodit interiora mentis, age & tunc petram hanc aspice
Christum, qui pro crucifixoribus etiam suis rogauit deū, Lucę. 23.
dicens: Pater, ignosce illis. similiter latroni tantum peten
ti, ut sui aliquando meminisset, promisit paradisum. Sed
neq; tot ægritudinibus contentus est diabolus, insuper
etiam hydropisim tibi intentat auaritiæ. est enim hæc
illi modis omnibus similima. Et tunc sane monumento
cordis tui petram aduolue Christum: & uidebis subito re Apoc. 19
gem regum, ditissimum illum omnium, cuius etiam or- Psalm. 23.
bis terrarum est & plenitudo eius, in sua statim natiuita- Lucę. 2
te fuisse pauperrimum, hospitio quo exciperetur caruisse, Matth. 8.
tãtumq; in præsepe repositum: deinde in tota uita sua sic
eguisse, ut nec domũ neq; quicquã quo caput inclinaret,
habuerit. Iamq; moriturum illum, partitis inter seruos p̃
fidis uestimentis suis, nudum omnino ex hoc mundo ex-
cessisse: atq; sic mortuum, proprio etiam sepulchro caruis
se. Quàm autem pauper factus est propter hominem, tã
rursus liberalis, & munificus in suo testamento extitit. pa
cem enim & charitatem discipulis testamento reliquit,
persecutionem apostolis, militaribus seruis uestimenta,
corpus Iudæis, matrem charissimam Iohanni, latroni pa-
radisum, spiritum suum patri cælesti, se denicq; totum ue
luti perpetuũ quoddã μνημόσυνον & memoriale reliquit
ecclesiæ. Merito itaq; fratres in Christo dilectissimi, ab oĩ
uitiorũ genere nobis cauentes, omnẽ porro spẽ & fidutiã
nostrũ, omne gaudiũ, cogitatiõcs denicq; cunctas repone
mus in dño nostro Iesu Christo. Et ille uicissim gratiã no
bis conferet in præsenti uita, non negaturus eriã futurã
resurrectionis gloriã & felicitatẽ æternã. Quam omnib⁹
nobis clemẽter cõcedere dignet deus pr̃, deus filius, deus
spiritus sanctus. Amen.

FINIS Tomi huius primi homiliarq; de tempore, ab
aduẽtu usq; in diẽ resurrectionis dominicæ.

SOLI DEO GLORIA.

Henricus Denne
Henricus Denne

Henricus Denne

Henricus Denne uendicat
sibi hanc librum.

Henricus Denne

Pet. Petrus Lauentriensis
Ingressit 12:60 in quinta classe
sedebat

Deo datto boicco gerte dat
tto

exeit seminare 302

Aduersus veut Chaos
et astros diuinatores
folio 146

279 De septuagesima quare licet dicere
de sacramento 482

de



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN